

500.–
axxyx
6007G

V250 V75

handelt over
boeken en handschriften
in Rome en Griekenland
1e druk Plantijn 1617 –

Op. d. in gedichte stem Pikeanus – (p. 6)

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/hermannushugosoc00hugo

HERMANNUS HUGO

SOCIETATIS JESU

DE

PRIMA SCRIBENDI ORIGINE

ET

UNIVERSA REI LITERARIÆ ANTIQUITATE,

CUI

NOTAS, OPUSCULUM DE SCRIBIS, APOLOGIAM PRO WÆCHTLERO, PRÆFATIONEM ET INDICES

ADJECIT

C. H. TROTZ, JCTUS.



TRAJECTI AD RHENUM,

Apud HERMANNUM BESSELING,

MDCCXXXVIII.

VIRIS

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
DE REPUBLICA STUDIISQUE
OPTIME MERITIS

CORNELIO QUINT,
JCTO.

ET

JOAN. BREYER,
JCTO.

INCLYTÆ URBIS TRAJECTINÆ

CONSULIBUS,

CETERISQUE

FLORENTISSIMÆ EJUSDEM URBIS
NOBILISSIMIS ET AMPLISSIMIS

SENATORIBUS

ACADEMIÆ CURATORIBUS
GRAVISSIMIS.

S. P. D.

CHRISTIANUS HENRICUS TROTZ.


Umile ac leve hoc opusculum notasque meas, ex medio forſan petitas, Veſtræ Tutelæ & Patrocinio ſubjicere, auramque gratiæ Veſtræ hoc ſtudiorum meorum γεύμαλι captare, quibus nihil niſi recondita, ſplendida & excelſa conveniunt, oppido eſſet fallere & pudoris limites tranſilire, Patres conſcripti. Subſiſtite hinc quæſo paululum, antequam tabulam poſcatis meque præcipitis judicii reum condemnetis. In favoris Veſtri ſinu & in gremio florentiſſimæ Veſtræ Academiæ natus & innutritus hic partus, redit ad Auctores ſuos, quorum beneficio, indefeſſa cura & ardentiſſi-

tiſſimo rei literariæ juvandæ ſtudio ad hunc perfectionis gradum, præfiſcine dixerim, adſcendere illi contigit. Tam enim claros in hanc Veſtram Muſarum palæſtram Doctores induxiſtis, ut a finitimis oppidis ſtudia hinc petantur, urbsque Veſtra merito, altera quaſi Roma, *legum parens*, tutiſſimumque Muſarum fugientium domicilium dici mereatur. Quam juvat incidiſſe in ſeneſcentium literarum reductores illos ac reformatores Drakenburchium, Dukerum, Ottonem, & cujus molliter oſſa cubent, piæ memoriæ Eckium, qui me juvenem omniumque horarum ignotum advenam egregia ſua doctrina meliorem doctioremque fecerunt, ope & conſilio adfuerunt, non ſine grata recordatione mihi nominandi. Æquum eſt piumque, ſi quæ mihi ſtudiorum fiducia, illorum fontes & Auctores Vobis indicaſſe, Viri ampliſſimi,

ut conſtet, domi Veſtræ natas fuiſſe has ſtudiorum meorum ἀπαρχὰς & fructus quales qnales. Juvabit etiam Veſtro examini hæc ſubmitrere, quorum ſub moderato & populari imperio duo jam luſtra & quod excedit,molliter peregi. Jam hoc ipſum pulcrum, hoc venerabile, hoc antiquum eſt, peritos in arte, domi foriſque claros deque re publica & literaria optime meritos Vos habere judices, Conſules, Senatores Mæcenates. Longum eſt recenſere, qua humanitate, quo candore & zelo languentes Muſas foveatis earumque cultores excipiatis, ſpatiumque deficeret, præcipua illa ſeculi ſui & futuri ornamenta, uberrimum Virorum clariſſimorum, quos Curia Veſtra produxit, proventum enarrare. Loquantur Annales Mansveltios, Somerios, Radelantios, Voetios, Veldhuſios aliosque, Senatus, Curiæ & civitatis Veſtræ decora, quæ tan-


tum

tum temporis a publicis iisque gravissimis curis deposuerunt, ut ipsis Musis secretioribus vacarent, latiusque audita nomina in secula ire sinerent. Nec sterile & effœtum est seculum nostrum, quin decora ingenia, cum antiquis comparanda, scriptisque pronum ad æternitatem iter sibi parantia produxerit, quæ cum literato orbi diu innotuerint meoque præconio longe sint majora, nominare verecundia prohibet. Vos ergo æquos rerum æstimatores, Mæcenates, Patronos, quod libellus hic invenerit gaudeo, mihique jure gratulor. Vellem ita exasciatus in lucem prodiret, ut calculum plausumque Vestrum mereatur, quem flagitare inverecundum erit: vereor enim ne styli macies ipsaque tractatio, mediocriter forsan docta, judicium elegans tersumque Vestrum reformidet. At volupe erit redire ad incunabula, audire elementa prima, quibus ducibus in-

certa lingua balbutientes infantes loqui olim variarumque gentium idiomata discere sustinuimus. Et si arctissima vestra tempora non sinant perscrutari singula, reputetis quæso, & M. Fabium suos Institutionum Oratoriarum libros Marcello Victorino dicasse, *quod erudiendo ejus nato non inutiles fore* viderentur. Si quæ ego εὐκαίρως ἀκαίρως Auctori adjecerim, hoc Plinii junioris effato culpam meam deprecabor: *Ut pictores absolutam faciem raro nisi in pejus effingunt, ita & ego ab hoc archetypo labor & decido.* Saltem hoc ab humanitate Vobis propria impetraturum me spero, ut libellum hunc juventuti Vestræ natum benigne & libentes suscipiatis, (& si Superis ita visum fuerit, Vestro sub umbone in umbratili otio diutius τὰ ἴδια δίκαια καρποῦσθαι,) magis polita & limata, magis seria & patrocinio Vestro digniora, brevi σὺν θεῷ καὶ Μούσαις in si-

num

num favoris vestri recipiatis, foveatis. Candida interim Vobis sint fata, Viri amplissimi. Deum supplex veneror, ut patriæ rei publicæ & literariæ diu sospites VOS servet & incolumes. Trajecti ad Rhenum pridie Calendas Martias MDCCXXXVIII.



APOLOGIA
PRO
CHR. WÆCHTLERO
CONTRA
Cl. JO. BARBEYRACCIUM.

Solent, qui aliorum ſcripta luci exponunt, in laudes excurrere Auctorum ſuorum, quorum virtutes ſæpe plus æquo extollunt, cum antiquis illos comparant, & ſi Diis placet, divorum numero, a quibus humanum omne alienum, adſcribunt. Rationes hujus rei paulo altius ſi repetas, amicitiam, deſiderium, honorem mortuis exhibendum, adulandi pruritum, partium ſtudium & placendi conſilium cauſantur. Et hinc accidit plerumque, ut inveniant obtrectatores vindicesve ſuos, qui quum alienas laudes æquo animo ferre haud poſſint, in tribunal ſuum Criticum provocant panegyriſtas, lapſu graviore ruere tentantes, quos illi in altum extulerunt. Neutrum mihi placet: Veneror autem ſtudia & qui præclara quædam moliuntur, æternitate dignos judico. Non minore vero laude, meo quidem judicio, cenſendi ſunt, qui Scripta veterum e tenebris protrahunt & bono publico in dias luminum auras exire ſinunt, quam qui ſplendidis

didis nugis litibusque de lana caprina, literato orbi graves terribilesque exiſtere ſatagunt. Facile hinc illis condono, ſi quid amplius de facultatibus & virtutibus Auctorum ſuorum, quam in illis eſt, ſenſerint, & conſtitiſſe illis rationem, unamque alteramve illarum quas ſupra tetigi, cauſarum, nihil ad me pertinentium, ante oculos habuiſſe, apud animum ſtatuo. Me quod attinet, cavi ſedulo, ne ultra merita eveherem Auctores meos, bene gnarus, faſtidire laudes, qui nihil laudabile egerunt unquam vel agere ſuſtinuerunt, ſuo vero merito cenſere quemlibet, qui altius ſapiunt nomenque eruditi vere merentur. His ad animum vocatis parce laudavi ſemper Meos, & niſi ſummo jure præconium mererent, rem ſuam ſibi habere & valere illos juſſi. Unicus Wæchtlerus transverſum me rapuit, effecitque ut aperte oſtenderem Eruditis, me ſtudio partium & aliis blandiendi cupiditate teneri. Actum de me meoque Wæchtlero erit, conclamatum eſt, de ſalute Græciæ dimicatur. Mirabile dictu, cujus fundo quadrupes mea nunquam intulit injuriam, is finium regundorum mecum poſtulare in animum induxit inque ſpongiam incumbere Wæchtlerum, ſatis pro imperio, quisquis eſt, jubet. At ſerio agam & ne locum dem ſuſpicioni jactantiæ & deſpectui, quaſi quem peto à nemine velim ignorari, minime celabo venerabile illud & ſacroſanctum nomen. Sic ſoleo amicos, & quos humaniore & modeſtiori hac indole præditos deprehendo, ut, ſi quem vivum mortuumve erroris arguere conſultum putent, non facile nomen ejus,

niſi

nisi in dedecus calumniandi studio enuncient, ut famæ eorum aliquid detrahant & se aliis præferant, quos pares ferre non possunt. Sed viventes didicimus perituræ haud parcere chartæ, de mortuis vero nihil nisi bene: hi enim quum nullum habeant sensum, exspectant defensores vindicesque. Cum bona itaque tua venia quæro mi Censor: quid Tibi cum meis mortuis? Non placent Tibi Wæchtleriana. Parum refert, erunt post tua meaque fata, quibus & nostra haud placebunt, quique Te judicem suspectum, abominabuntur. Integrum Probabilium opus adgressum fuisse Nostrum, fateor. Suum quemque habere judicium reponit Augusto incorruptæ libertatis vindex Labeo. Eumdemque volverunt lapidem plurimi, quibus non adrisit violenta legum crisis. Et quis non, cui sanum est sinciput, videt, leges pro captu cujuslibet si liceret mutare, integras periodos ex illis eliminare, novasque illis infarcire, sensum affirmativum in negativum detorquere, Jurisprudentiam nostram ex marmorea reddi lateritiam? At qui ipsius Imperatoris, Triboniani omniumque Divorum nostrorum toties sollicitavit memoriam, ferat ne is, modesta sibi opponatur crisis, per quam veritas magis stabilitur & in apricum deducitur? Vellem modestius sentirent, qui humanitatis studia profitentur, ferrentque dissensum, *cum ex ingenio cujusque æstimanda sint, ut omnino par est, qui aliquid forte habent ambiguæ interpretationis*, utor verbis Censoris, suaque mascule vel defenderent vel spongia delerent. Sed hic est communis ille nævus, & homine

mine liberali certe indignus, adverſarium, ut fecit noſter præpoſterus Cenſor, *imbellem* nominare & ad quævis obnunciata claſſicum canere. Tu vero, qui manibus Wæchtleri terram levem optare nolueris, cur quæſo non indicaſti abſurdam, immodeſtam & illiteratam Noſtri criſin? Age, ſi tantum valeas in arte noſtra, tantumque ſit Tibi otii, ut aliena cures, ſecundum regulas criticas à JCtis hactenus excultas, vel ſecundum piæ memoriæ Noodtii dictamen pro lubitu Notas ſingulas examina; cave vero & Noſtri regulas, quas ſibi ubivis præſcripſit, negligas, puta, textum, quantum ſinit ratio, genius linguæ, juris progreſſus, archetypum Florentinum & Baſilica, illibatum ſervare, nec ex aliorum ingenio metiri ſententias JCtorum, novasque illis adfingere opiniones, quæ vix in mentem illis venerunt. Diſcam ego lubens à Sene & artis perito, dummodo fiat candide, ut decet honeſtum, & ſine bile. Hoc ſcias autem velim, indignum me judicare reſponſione ulla, qui humanitatem exuit verborumque lenociniis, re & veritate vacuis, lectoris auram captare ſtudet. Libertatem etiam ſentiendi, animam ſtudiorum, quamque dextre alibi docuiſti, in re literaria ne oblíviſcaris hortor. Ego vero in præſenti non agam cauſam Wæchtleri, quæ commodius alio loco tractanda erit, ſed famam meam tuebor modeſte contra Senem, fama clarum, quem ſtudium partium & aliis blandiendi cupiditas, (ipſius ſunt verba, quæ pace Cenſoris retorquere fas erit) transverſum egit. Citius etiam reſponſionem paraſſem, niſi cele-

celeberrimo Actorum Eruditorum Auctori, in quem pariter faba cuditur, partes meas humane & amice suscipere lubuisset. Sed ne Censoris auctoritas, quam adfectat, & servile illud ἀυτὸς ἔφα praejudicium mihi meisque adferret, nec adversarius triumphum ante victoriam somniaret, ipse hunc Praefationis meae articulum pro virili defendere sustinui. Principio quidem fingit Criticus noster, aegerrime me tulisse, quod Cl. Noodtius integrum opus vindiciarum Waechtlero non opposuerit. Quam belle haec fingit Censor, qui paulo post me finxisse injuriam parum adcurate judicat, ipsius criminis reum me adcusans, in quod ipse inciderat infeliciter paulo ante ὁ πάνυ. Ubi haec dixi? Nusquam quod scio, & fide mea spondeo, ne quidem in mentem meam venisse pulchrum alias argumentum tuum, si optimo Noodtio nocere placuisset. Aut enim agnovit ὁ μακαρίτης victum se esse, aut non; verum si prius, probe fecit quod siluerit, verum si posterius, quod facilius credo, merito dubitaremus, cur pauca haec reposuerit adversario. Jam fac consequentiam, ingenuo suo in reliquis aut diffidit, aut ob alia utiliora noluit ad singula respondere. Et qui potuit *imbellem* Adversarium, ut sinistre censet Biographus noster, judicare Noodtius, cui in paucis respondere non dedignabatur? Haec & alia potuissem ad defensionem Waechtleri adlegare, nisi lateri parcere consultius duxissem, & arbitrum me hos inter duumviros constituere omnino declinassem. Jure itaque redit ad Te infrunita & inverecunda tua oratio

tio, mutatis hisce mutandis: Mitto alia, non quidem à Noodtio, improbaturo, puto, si viveret, sed à præpostero ejus defensore in Nostrum indigne dicta, quæ dicenti tantum probro esse possunt: & ab omni veri specie abhorrent. Non enim verum est, quod scribis, ægerrime me tulisse, & sic hac in fictione, quæ senem & virum gravem, cui ordinata & disposita conveniunt, dedecet, pudoris limites transiliisti omnes. His jungam aliud haud minus venustum & Critico nostro dignum, de quo in antecessum admonendus est Eruditus Lector, & hoc veritati minime esse consentaneum. Id me egisse post utriusque fata, scribit, ut longe supra Noodtium extollerem Wæchtlerum meum. At, pace Tua, ubi hæc dixi? Memini equidem *pag.* 38. *Præfationis meæ*, quum judicium Actorum Erud. recitarem, adjecisse de meo: *non imparem Cl. Noodtio in Jure adversarium, inque cognitione Græcarum literarum aliisque eruditionis partibus sine exceptione majorem.* At, *non imparem adversarium in Jure*, cujus artem, quantum scio, Cl. Noodtius profitebatur, notare longe supra aliquem extollere, nondum didiceram, vellemque Venerabilis noster Censor, hanc novæ Grammatices doctrinam, exemplis classicis, ut par est, confirmasset. Quod autem addiderim, aliis in partibus eruditionis & in Græca literatura majorem fuisse Nostrum, nec ipse Cl. Noodtius, honos sit viri optimi manibus, diffiteretur, si viveret. Nec hoc pertinet ad artem, quam ille profitebatur & de qua inter utrumque quæstio erat, & cui ante omnia, ipso fatente Biographo

circa

circa finem excolendæ intentus fuit Cl. Noodtius, quemque, ut ipſe fatetur paulo ante, exiguam habuiſſe notitiam innumerorum librorum, quos alii legiſſe ſe gloriantur. Quid ſi ergo vel in his præſtitiſſet Noodtio, jurene meritoque majorem aliis in eruditionis partibus eum laudavi? At in Græca literatura præ aliis JCtis & inprimis præ Cl. Noodtio excelluiſſe Noſtrum nec ipſe Cenſor negare poterit, niſi obcœcatus amore literam ſcriptam totque ſpecimina ex Baſilicis deprompta perfricte negare auderet. Taceo cognitionem Noſtri in Hiſtoria Eccleſiaſtica & Jure Canonico aliisque Juribus ad ſtatum Imperii Germanici pertinentibus, quæ vix primis labiis deguſtare ſolent noſtrates. Legere dabitur in Actis Eruditorum qualis quantusque fuerit & æqui rerum æſtimatores, vel me tacente, ficulneas illas contradictiones ridebunt. Plura quoque, quæ famam pudoremque defuncti tueri poſſunt, ipſe Tom. II. Wæchtlerianorum, Deo volente, cum literato orbe communicabo. Audiviſtis, Patres Conſcripti, magnum crimen, ante hunc diem forſan Cenſori noſtro inauditum! parem in jure judicavi meum, quod ex animi ſententia ſcripſi, majorem in aliis. Hinc illa fundi mei calamitas. Provoco; gravis num fuerim Critici noſtri amico, judicet numeroſus ampliſſimusque Eruditorum Senatus. Procul a me fuit calumniandi & obtrectandi animus. Magni feci ſemper Noodtium; exoſculatus ſum doctrinam ejus, & cum ipſo Wæchtlero *pag.* 602. *Opuſcul.* virum ſummum priſcisque parem JCtum eum judicavi

dicavi candide & ſine fuco. Quid? prius ima me dehiſcat terra, ante pudor, quam te violem aut tua jura reſolvam. Omnia vero dicta ſcriptave Viri magni quaſi ex tripode dicta excipere, venenari & pro legis ſanctione habere, præter Juſtinianum hactenus impetravit nemo, nec ipſe tamen erubuit meliora edoctus vineta ſua cædere juſtamque illis correctionem addere. Nusquam etiam, quod ſcio, lex ſcripta eſt, diſſentientibus, gladium ultorem illis minitans, aut quæſtionibus illos ſubjiciens. Sane quum in ipſis dogmatibus ſacris ferre diſſentientes humane & ut decet viros bonos, JCtos, quotidie doceamus, cur quæſo iraſcimur & atra bile laceramus famam eorum, qui novis inventis noſtris, vix ultra milleſimum lapidem progreſſuris & intra anguſta paucarum regionum, ubi civile viget, ſpatia clauſis, ſua modeſte & amice opponunt? Plus autem quam ridiculum eſt modeſtiæ ſpeciem præ ſe ferre, literato orbi nova inventa proponere examinanda, immo artis peritos ad diſſentiendum faciles, ad dubia provocare, mox vero ab uno alterove ad incudem revocata, grandi ſupercilio & adunco naſo ſuſpendere verbisque ſale & pipere ſparſis tela adverſariorum retundere. Abſit, Cl. Noodtio hæc imputare animus mihi fuerit unquam; illum ego placidas inire ſedes, ducere Nectaris ſuccos & adſcribi quietis ordinibus patiar Deorum. Nec ille unquam mihi, nec Wæchtlero adverſario, ejusmodi intulit injuriam, qualem præpoſterus ejus biographus non erubuit in Wæchtlerum, me, & amicum meum, optimum Mencke-

 nium

nium immerentes effundere. Tecum itaque mihi res eſt, mi Cenſor, age, ſi lubet, cominus manus conſeramus. Sic ſolent Germani urges (liceat mihi, tuo exemplo fingere hæc) panſophiam adfectare, ex omnibus aliquid ſcire, forſan de toto nihil. Tuum, ergo hoc in paſſu majorem fuiſſe meo, ambabus largior. Scio ita philoſophari quosdam artis noſtræ clariſſimos. At, venia ſit verbis, feſtinantius juſto judicarunt vel cum diſtinctione res erit explicanda. Qui ubivis eſt, nusquam eſt, & plurimis intentus minor eſt ad ſingula ſenſus, immo hominis vita, fateor, vix ſufficit uni ſtudiorum parti excolendæ; unde prono fluit alveo præſtantiorem evaſurum, qui uni parti vacaverit, inque illa exponenda omnem poſuerit lapidem. Verum enim vero ſi ſororium ſtudiorum vinculum totque illuſtria exempla Ariſtonis, Servii Sulpitii, Labeonis, Trebatii, & ex hodiernis, ſummi Cujacii, Grotii, Conringii, Baylii, Leibnitii & aliorum cogitemus, in fumum abeat vereor hæc philoſophia. Utile ab inutili in quacumque diſciplina diſcernere, nugas & inanes ſubtilitates fugere, præjudicia auctoritatis mature deponere qui didicit; felix cui ingenium, diſcendi methodus concinna, ſubſidia ſtudiorum neceſſaria; in ſumma, cui de meliore luto finxit præcordia Titan: hujus inquam liberale ingenium ad formulam adſtringere, unaque chorda quotidie oberrare patiere? Noſti, Erasmianum illud, ubi decem annos in Cicerone ſe triviſſe gloriabatur Monachus in *Colloq.* cui reponebat Echo ὄνε. Taceo, artes liberales, cognationis quaſi jure tam

arcte

arcte copulari, ut sine periculo & manifesta ignorantiæ professione avelli & dissolvi invicem nulla ratione possint. Pone Jurisconsultum, quam ille jejunus, nudus & invenustus erit, si utriusque linguæ imperitum, historiarum, antiquitatum, philosophiæ & modestæ criseos rudem se profiteatur. Naturale à civili, æquum ab iniquo discernere, veras Juris rationes à falsis dijudicare, jurisque progressum adcuratius enodare, soli sciunt, qui his artibus à prima lanugine operam dederunt. Delibatis vero his studiis, si quid egregie præter ceteros in illis observaverit, idque ὡς ἐν παρόδῳ rei literariæ impertiverit, de termino moto, quasi fines studio tuo positos turbasset, tuum denormans agellum, cum eo ages? Redibit profecto ad Te jure postliminii, neque dedecus tibi, id unum agenti erit, post messem tuam, glandem legentem spicilegium adtulisse. Quid? si vir es, laudabis conatum, miraberis ingenium, lapsum eriges & vitia taxabis, non hominem; immo calcar addes currenti, ne pudorem tibi injiciat, si quando JCtum audiveris Modestini responsum emendantem, quem Græce scripsisse ignorabat, ipse linguæ imperitus, quod contigisse in juventute mea memini. Ad antiquitates ablegabis studiosos, ubi perceperis Artis nostræ professorem, cum à præclaro Grævio interrogaretur quid phrasis Pandectarum, *munus edere*, sibi vellet, *donum dare*, significare responderet. Quis unquam summo Cujacio, Duareno, Hotmanno, Pithœis & innumeris aliis vitio verterit, falcem suam Criticam in Antiquitatum veterumque Auctorum mes-

ſem intuliſſe? Vides ſororium ſtudiorum vinculum, ipſeque, ſi bene noverim, illud probas. Didicimus omnes, niſi egregie fallor, à Germanis, qui quum à prima juventute procul à deliciis educati & labori adſueti Scythicas ferre pruinas didicerint, quid mirum, quod innumeros libros ſe legiſſe glorientur, ut calumniaris. Verum & egregia incrementa poſt renatas literas ſtudiis de ſuo adtuliſſe cogita, quæ ego minime glorior, ſed cautius ut diſcas mercari, moneo, ne numero plurali, quo uti tibi placuit, Germanos pro fungis habere videaris, qui Te criticum in ſuperlativo vel quaſi horrere deberent. Latent ſane omnibus in terrarum angulis ſub ruſtico ſæpe pallio, quos provocatos, armatos doctosque experieris. Sed redeamus in viam. *Res eousque proceſſit*, pergis, *ut Noſtrum quaſi reum peragere voluerint gravis injuriæ Adverſario ſuo illatæ. Scilicet indignum factu, adeo inviſum Wæchtleri nomen habuiſſe Noodtium, quod exprimere in ſcriptis ſuis dedignaretur.* Nusquam equidem, quod ſcio, gravis injuriæ reum feci Noodtium, ergo & in hoc mirifice fallitur Criticus noſter & contra jus & fas fingit injuriam gravem. Visne rationem? quoniam inviſum Wæchtleri nomen habuiſſe Noodtium dixerim, quod in ſcriptis ſuis dedignaretur. Luat ergo & hic Cenſor eamdem pœnam maledicentiæ, quam mihi ſtatuere placuit, puta, ut male audiat & ſtudio partium & blandiendi & cupiditate videatur teneri. Æquum hoc eſt & ſecundum legum præcepta vid. *l. unic. C. de famoſ. libell.*. Sed heri aut nudius tertius me ad jurisprudentiam

acces-

acceſſiſſe titulosque de injuriis ignorare putet, fiat argumentum quæſo: quicunque inviſum alicujus habet nomen, ille gravis injuriæ reus eſt. Atqui inviſum habuit Noodtius Wæchtleri nomen. Ergo Noodtius gravis injuriæ reus eſt. Quæ, qualis, quanta? En novæ Logices ſpecimen. Adeone videor Tibi ineptus, ut neſcirem falſum eſſe majorem & poſſe aliquem haberi inviſum, qui tamen nulla oneratur injuria. Ejusdem farinæ eſt & ſequens concluſio, quod ille gravis injuriæ reus ſit, qui alterius nomen in ſcriptis ſuis exprimere dedignatur. Humanitatis læſæ reum quod fecerim Tuum, ſcribendum erat, & ſic ne γρῦ quidem Tibi repoſuiſſem: hæc enim cogitabam, confirmatus ex illis quæ contra Virum Ampliſſimum ſcripſerat Vir clariſſimus, Jam quilibet optimus erit verborum ſuorum interpres. At pone, revera cogitaſſe, poſſetne defendi, contumeliam eſſe, omnemque contemptum injuriam eſſe verbalem, quum plurimis modis admitti injuriam, manifeſtum ſit? §. 1. *Inſtit. de Injur.* Verba autem: *quidam*, *homo* aliaque ſimilis commatis, an non contemptum ſpirant, quæ ſi non impari adverſario, Viro bono, humano, ſcriptisque claro, quæ innotuerant omnibus præter quam Cenſori, noſtro opponantur, exiſtimationem & verecundiam noſtram omnino lædere negas? Fateor lubens non inauditum eſſe crimen; nam longe gravioribus ſe invicem maculavit ſecta priorum temporum. Quam pulchra philoſophia! Et Phalaridis tauro probe aſſatos lentisque virgis decem per lictores venuſte maceratos fuiſſe homines apud ſeculum prius audivi-

ſem intuliſſe? Vides ſororium ſtudiorum vinculum, ipſeque, ſi bene noverim, illud probas. Didicimus omnes, niſi egregie fallor, à Germanis, qui quum à prima juventute procul à deliciis educati & labori adſueti Scythicas ferre pruinas didicerint, quid mirum, quod innumeros libros ſe legiſſe glorientur, ut calumniaris. Verum & egregia incrementa poſt renatas literas ſtudiis de ſuo adtuliſſe cogita, quæ ego minime glorior, ſed cautius ut diſcas mercari, moneo, ne numero plurali, quo uti tibi placuit, Germanos pro fungis habere videaris, qui Te criticum in ſuperlativo vel quaſi horrere deberent. Latent ſane omnibus in terrarum angulis ſub ruſtico ſæpe pallio, quos provocatos, armatos doctosque experieris. Sed redeamus in viam. *Res eousque proceſſit*, pergis, *ut Noſtrum quaſi reum peragere voluerint gravis injuriæ Adverſario ſuo illatæ. Scilicet indignum factu, adeo inviſum Wæchtleri nomen habuiſſe Noodtium, quod exprimere in ſcriptis ſuis dedignaretur.* Nusquam equidem, quod ſcio, gravis injuriæ reum feci Noodtium, ergo & in hoc mirifice fallitur Criticus noſter & contra jus & fas fingit injuriam gravem. Visne rationem? quoniam inviſum Wæchtleri nomen habuiſſe Noodtium dixerim, quod in ſcriptis ſuis dedignaretur. Luat ergo & hic Cenſor eamdem pœnam maledicentiæ, quam mihi ſtatuere placuit, puta, ut male audiat & ſtudio partium & blandiendi & cupiditate videatur teneri. Æquum hoc eſt & ſecundum legum præcepta vid. *l. unic. C. de famoſ. libell.*. Sed heri aut nudius tertius me ad jurisprudentiam acces-

accessisse titulosque de injuriis ignorare putet, fiat argumentum quæso: quicunque invisum alicujus habet nomen, ille gravis injuriæ reus est. Atqui invisum habuit Noodtius Wæchtleri nomen. Ergo Noodtius gravis injuriæ reus est. Quæ, qualis, quanta? En novæ Logices specimen. Adeone videor Tibi ineptus, ut nescirem falsum esse majorem & posse aliquem haberi invisum, qui tamen nulla oneratur injuria. Ejusdem farinæ est & sequens conclusio, quod ille gravis injuriæ reus sit, qui alterius nomen in scriptis suis exprimere dedignatur. Humanitatis læsæ reum quod fecerim Tuum, scribendum erat, & sic ne γρὺ quidem Tibi reposuissem: hæc enim cogitabam, confirmatus ex illis quæ contra Virum Amplissimum scripserat Vir clarissimus, Jam quilibet optimus erit verborum suorum interpres. At pone, revera cogitasse, possetne defendi, contumeliam esse, omnemque contemptum injuriam esse verbalem, quum plurimis modis admitti injuriam, manifestum sit? §. 1. *Instit. de Injur.* Verba autem: *quidam*, *homo* aliaque similis commatis, an non contemptum spirant, quæ si non impari adversario, Viro bono, humano, scriptisque claro, quæ innotuerant omnibus præter quam Censori, nostro opponantur, existimationem & verecundiam nostram omnino lædere negas? Fateor lubens non inauditum esse crimen; nam longe gravioribus se invicem maculavit secta priorum temporum. Quam pulchra philosophia! Et Phalaridis tauro probe assatos lentisque virgis decem per lictores venuste maceratos fuisse homines apud seculum prius au-

 divi-

divimus novimusque, hæc autem horrenda, qui ſalem habet melioraque probat, ſequetur unquam? Homines emollire debent literæ, & novitatis gratiam jam exuit illa ſtudiorum barbaries. At finxi contemtum, & vilipendi Wæchtlerum dixi, quod Cauſarum patronus eſſet & Doctor Juris, non Profeſſor. Hic latet anguis in herba. Vellem, cum grano ſalis verba accepiſſes, & attento oculo ſequentia legiſſes: nolim enim pudorem tuum gravare, quaſi ſtudio & data opera circumuenire Lectorem propoſueris. Sane deprehendiſſes ſtatim, me hanc objectionem contra malevolos Noodtii obtrectatores moviſſe, ne videretur nimium contemſiſſe adverſarios ſuos; addiſſes etiam mox reſponſionem meam, *candidior in hoc certe fuit Noodtius* & quæ ſequuntur. Eſto, & hæc ex animi ſententia me ſcripſiſſe, ſatisne cauſæ ad hoc conjecturandum de eo habui, qui & amicos & ſuperiores diſſentientes durius quam par erat, exceperat, Te ipſo fatente, *hominem fuiſſe & nolle Te factum.* Et hic tandem cogebaris ab adulandi cupiditate paululum deflectere, quod miror, quum paulo ante judex volueris videri ἀκριβὴς δικαςὴς, καὶ ἀδέκαςος, qui bona ſeculi ſcilicet! intelligeres Solus. Num condonare poſſint Tibi æqui judices, hæc & antecedentia conferentes, haudque ſibi conſtare Cenſorem deprehendentes, videas ipſe. Integrum tandem opus Probabilium adgreſſum fuiſſe noſtrum, ſeque judicem in illis conſtituiſſe ſtomacharis. Miror κȣφολογίαν. Tune, mi Cenſor, æterna Grotii, Pufendorfii aliorumque opera pari animo, pari cenſura & pro-


feſſa

feſſa opera adgreſſus fuiſti. Nemo hoc tulit ægre, contra gratias Tibi pro ſtudio & labore egerunt, laudes etiam cumulatim in te contulerunt. Liceat & mihi jam verbis Tuis utenti, quum tua ſententia Te condemnes, exclamare: *at quæ malum, quæ prurigo, qualis adfectatio, integra tibi ſumere refutanda opera virorum cum quibus Tibi nihil fuit negotii!* At hæc artis erat tot elegantiſſimis emendationibus dubia movere haud levia novisque inventis nova opponere. Tecum ſenſit dubio procul Wæchtlerus, ex ipſis Cl. Noodtii operibus ſatis intelligens, *non leviter operam dediſſe*, verbis utar tuis, *parandis ſubſidiis neceſſariis ad ſua excogitanda & firmanda*, & hinc adcuratiores promptioresque ad dubia reſolutiones ab humanitate Viri Cl. ſibi promittebat. Vides quam elumbia tua ſint argumenta, quæ riſui exponere, famæ tuæ niſi parceremus, in proclivi eſſet. Tu vero non peperciſti tot clarorum Germanorum, quos adlegavi in Præfatione, de meritis & eruditione noſtri, judicio; neque ab humanitate tua, ſolita Tibi, ut fama refert, impetrare potuiſti, quin me & Ampliſſ. Menkenium aliosque, *præpoſteros defenſores* vocares, & indigne dicta quæ dicentibus probro ſint, ſtudia partium, blandiendi cupiditatem, immo aperta mendacia frigide, indigne & inhumaniter imputares. Vide, quid agas, ne famæ tuæ multum detrahat lubricum linguæ. Et habere nos ſcias, quibus, ſi lubeat ex profeſſo te pugilem profiteri, ictus tuos poſſimus excipere & retundere. Perſuadeas Tibi velim, & nos famam noſtram, etſi publicis muneribus haud frui nobis contigerit, in umbratili otiō, quo

utimur, vitam agentes, tueri & maſcule defendere in animum induxiſſe. Provocati & coacti *κατὰ πόδα* rejecimus Tua, nimium ne Tibi blandireris. Si vero perges ejusmodi quisquilias effundere non deerit nobis occaſio, ſi ita Tibi lubeat, magnis operibus inſcriptum nomen tuum mittere in ſecula. Tandem neque Te tuebitur ſenectus, quæ venerabilis eſt in homine, ſancta in viro docto & bono. Quid? & in noſtra civitate ſenectus eſt venerabilis, ſi ordinata, diſpoſita, placida agat doceatque; minime vero juvat hoc prætextu uti, (uti feciſti in controverſia illa cum Ampliſſ. Bynkershoekio excuſanda) ad emollienda inclementius & inhumanius dicta. Repueraſcere ſenes ex Plauto didicimus, maledicentiæ vero pœnis propter ſenectutem liberatos fuiſſe nusquam legimus. Vere dicit Julianus in *l.* 20. *D. de Fideicom. hered.* Κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ σωρῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην, *etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere;* & laudi ceſſit JCto Celſo patrem refutaſſe, *l.* 3. *D. de Cond. cauſ. dat. cauſ. non ſec.* Si quæ interim duriora, currente calamo, tibique parum grata hic emanaverint, cogita, duro nodo durum fuiſſe adhibendum cuneum. Culpam & ego conſueta Tibi & molli hac formula deprecabor lubens, nollem factum. Antequam vero longum valere Te jubeo, verbo moneo, neque me, neque Cl. Ottonem, Doctorem olim meum, cujus auctoritate uſus fui, ipſe Niellii libris deſtitutus, plagii inſimulaſſe Noodtium. Non eſt itaque

quod

quod adeo intemperanter & inpotenti animo laceres Virum Clariſſimum pro virili artem ſuam ut ornet laborante. Cum Niellio emendare non eſt ex illo ſuffurari, & laude dignus eſt qui multa legit aliosque, idem ſentientes, in apricum deducit. En reſponſionem ad Tua, quam exegit verecundia & pudor, quem mihi & amicis incutere adfectaſti. Vellem humanius molliusque ſcripſiſſes mihique veſtigia tua terere liceret, & exemplum placidi Senis ad imitandum mihi propoſuiſſes. Odi ejusmodi lites, & cane pejus & angue fugio, quas tantum abeſt ut literarias vocare liceat, ut potius calumniarum & injuriarum claſſi ſint adſcribendæ. Vitia demum taxare didici non homines, memor illius Plinii *lib. VIII. ep.* 22. *Atqui ego optimum & emendatiſſimum exiſtimo, qui ceteris ita ignoſcit, tamquam ipſe quotidie peccet; ita peccatis abſtinet, tamquam nemini ignoſcat. Proinde hoc domi, hoc foris, hoc in omni vitæ genere teneamus, ut nobis implacabiles ſimus; exorabiles iſtis etiam, qui dare veniam, niſi ſibi, neſciunt.*



PRÆFATIO

AD

Eruditum Benevolumque

LECTOREM.

Onga Præfatione, Lector humane, tua tempora morari, utilitatemque hujus operis, ſcopum Auctoris meumque latius exponere ſuperſedeo. Fugitivo enim Tibi oculo ſi elenchum & ſummaria capitum inſpicere lubuerit, abunde conſtabit, operam & oleum haud perdidiſſe Auctorem. Calculum etiam tuliſſe Eruditorum, tot laudes in eum passim liberali manu collatæ, frequentes allegationes & ipſa libelli raritas, pretium immane quantum illi ſtatuens, ſatis ſuperque teſtantur. Auctor itaque ſuaſorque fui Viro induſtrio H. Beſſelingio, opuſculum hoc raritate ſua Eruditorum commercio exemptum, recudi notulasque hinc inde à peritis adjici curaret. Spondebam lubens ea, quæ perfunctorie & aliud agens libello adſcripſeram, cum editore communicare, ut ſi fieri poſſet, comtius ornatiusque in lucem prodiret. At librario

aurem

aurem continuo de promiſſo vellicante, viriſque doctis & amicis ſtimulum cunctanti addentibus, ſero ad opus ipſe me adcinxi, eaque quæ parata habebam ſponte adnotavi, notulis tantum quibusdam Auctorem illuſtrare apud animum conſtituens. Hinc factum eſt, ut in prioribus capitibus raro inveneris in gurgite nantes; lecto vero & perlecto tractatu, amœnior materiarum proceſſus provocabat diligentiam ſtudiumque, quod ſi recte collocaverim, in lucro hoc deputa, ſin minus, juvenili ætati hæc ſcripta eſſe, neque totum me huic libello vacaſſe, cogita. Hoc vero me ſponſore credas velim, numeroſam librorum ſupellectilem in conſilium à me vocatam, cum ignariſſimis te dimiſſuram ſæpe ignarum eorum, quæ Auctor in compendio explicavit docte, ſolide & adcurate. Araſſe etiam plurimos vitulo Hugonis deprehendes, quos digito monſtrarier & dicier, *hic eſt*, cave a me exſpectes, cui Plinii illud *lib. VIII. epiſt.* 22. hæret animo: *quisquis ille, qualiscumque ſileatur: quem inſignire, exempli nonnihil; non inſignire, humanitatis plurimum refert.* Saltem ſi Reimanno in *Syſtemate hiſtor. liter. p.* 169. *ſequ.* credamus, Voſſius plagii literarii arguendus eſt, quaſi vix Artem ſuam Grammaticam ſine hujus libelli præſidio conſcripſiſſet, quod cum ſolida & ſumma Voſſii eruditio manifeſte refellat, recte temperat præceps hoc Reimanni judicium piæ memoriæ Gundlingius in *Hiſtoria literar.* poſt fata Viri illuſtris a Cl. J. E. Kappens lingua vernacula, publici juris facta *c. III.* §. 15. Sed transeant hæc. Notæ meæ paulo longiores & copioſio-

piosiores in gratiam ſtudioſæ juventutis elaboratæ, hoc habent peculiare, ut rem paulo altius repetant, cauſas examinent, diſſenſum etiam ab Auctore aliisque prodant, recentioresque rem plenius explicantes exhibeant. Addidi paſſim & obſervationes juridicas, partim ut præſentem antiquitatis & hiſtoriæ literariæ antiquæ uſum indicarem, partim ut Juris ſtudioſos, res antiquas faſtidientes, & extra legum tabulas poſitas eſſe, ſiniſtre judicantes, manu ad fontes veræ non ſimulatæ eruditionis ducerem. Suaviter enim errant, qui compendiis formulisque vulgatiſſimis Juris cultores adligantes, antiquitates ruminari vetant ſatisque apud JCtos illas explicari gloriantur. Hoc hominum genus, præfiſcini dixerim, æquus haud amavit, efficiuntque ut in triſti ſtudiorum pallore vix unus & alter accipiat ſoliditatem doctrinæ. Hinc illi belli homines qui præter cantica Gaditana puellis ſuſurrare ſciunt nihil. Hinc illi deſertores & contemptores ſtudiorum, quibus præter compendia & brocardica quædam Juridica horrenda illa Gloſſatorum carmine nihil volupe nihil dulce. Hinc illæ promotiones per ſaltum, idoneorum hominum penuria & mediocriter doctorum turba. Inexhauſtus eſt antiquitatum Græcarum Romanarumque fons, nec ſufficit unus homo nec una ætas huic ſtudio. Singularis quoque ſingulorum eſt ſcopus & antiquos ſcrutandi ratio, alius verba & criticam ſpectantia, alter res & facta exponit, item alius mores & gentium jura & quæ plura: Paucis, idem antiquitates tractantibus accidit, quod Plinius *lib. II. epiſt. 5.* de conviviis refert

refert, *in ratione conviviorum*, dicens, *quamvis a plerisque cibis ſinguli temperemus*, *totam tamen cœnam laudare ſolemus*, *nec ea*, *quæ ſtomachus noſter recuſat*, *adimunt gratiam iis*, *a quibus capiuntur*. Hinc & mihi vitio vertet nemo, horas a ſtudiis vacuas, his amœnitatibus & deliciis conſecraſſe: quam enim ſterilis & infecundus eſt jurisprudentiæ fundus, niſi his inſtrumentis inſtructus. Ætatem tuliſſent Bartoli & Baldi omnisque Gloſſatorum familia, ſi his adjumentis ſuffulta ad legum ſcientiam ſe adcinxiſſent. Punctum tulerunt omne Alciati, Cujacii, Duareni, Hotmanni & quivis alii, qui legum philoſophiam ſolidis his fundamentis innixam, ex lateritia marmoream reddiderunt. Quin & ipſe Juſtinianus Juris progreſſus ab origine cauſisque primis ubi repetierit, hanc ſtudii ſui rationem allegat, *nihil penitus ut antiquitatis ignoretur*. Et Plinius Ariſtonem, Pacis illud decus, laudans *lib. I. ep.* 26. *Quam peritus ille*, inquit, *&* *privati juris & publici? quantum rerum*, *quantum exemplorum*, *quantum* ANTIQUITATIS *tenet*. Non eſt itaque quod criminentur, me, quantum ſinit ætatis & ſtudiorum ratio, his parergis, ſi fas ſit ita loqui, teneri. Specimen dediſſem hac in præfatione, ſingulorum capitum uſum & utilitatem in jurisprudentia indagando, ſubjectis his quæ de Scripturæ neceſſitate jura noſtra perhibent, niſi librarius ad finem properans editionem maturaret. Et niſi ad Marani opera curanda me revocarent Muſæ, in opuſculis à librario promiſſis, de *Jure chartarum* & de *Sacro encauſto* ad *L.* 14. *C. de Reſcriptis Principum* pro virili, hujus libelli

uſum

uſum demonſtrare anniſus fuiſſem. Saltem aliquatenus hæc patebunt exCommentario, *de Scribis*, quem ne ſine comite dimitteremHugonem,adjicere illi lubuit. Interim promiſſis ſtabo, Deo volente in futuris meis, quibus & adjungam ſupplementa & prætermiſſa in Hugonem, quæ nimium feſtinans prelum jam non capit. Errores partim mea partim typothetarum culpa admiſſos pro humanitate ſua corrigat, oro, humanus lector, labentem vero & ſpecie veri à via recta aberrantem modeſta & ſolida criſi, ut decet doctos, erigat, moneat, juvet: medium enim antiquitatis profundum permeanti operoſum erit ſcopulis hinc inde non adlidere inque portu navigare tuto. Denique nec pretio conductus lautoque ſtipendio invitatus, mercenarium operam ſpernere ab Ulpiano in *l.* 1. §. 4. *D. de Extr. crimin.* edoctus, ad ſcribendum me acceſſiſſe reputet, ſed animi cauſſa, horas ſubſecivas ne fruſtra conſumerem,& ut juventuti prodeſſem,illud Senecæ ep. XX. animo volvens continuo. *Qui latitant & torpent, ſic in domo ſunt tanquam in conditivo. Horum licet in limine ipſo nomen marmori inſcribas, mortem ſuam anteceſſerunt.* Ceterum oſores, obtrectatores & calumniatores & qui μονερῶς cum illis famam meam nuper indigne lacerarunt, longum valere jubeo. Utantur, fruantur ſua libidine, ſciantque me improbos illos conatus ridere meaque ſorte vivere contentum. Habeo equidem, quibus publice pudorem illis, niſi & hunc plane ejuraverint, injicere poſſim, ſed nolim mendacia refellere, bene gnarus, *eos qui violento adfectu*

odio-

odioque ſemel correpti fuerint perquam eſſe difficile ſanare, ut Juſtinianus loquitur in *Nov.* 140. in fin. Digni ſunt certe, de quibus illud *Ephororum* in Clazomenios, ſellas eorum fuligine conſpergentes, apud Ælianum, *lib.* 11. *Var. hiſt.* c 15. per præconem publicaretur; τοῦτο δὴ τὸ θαυμαζόμενον· ἐξέστω Κλαζομενίοις ἀσχημονεῖν, *Hoc mirandum: liceat Clazomenius indecore facere.* De vita & ſcriptis Auctoris etſi ſedulo inquiſiverim, nihil novi & curioſi, præter ea, quæ a Philippo Alegambe in *Bibliotheca Scriptorum Societatis Jeſu* jam enarrata fuere, adferre licuit. Ex eo itaque hiſtoricam vitæ relationem cum erudito lectore communicare operæ pretium duxi. Ill. Gundlingius in *Hiſtor. Literaria* d. l. pag. 278. hoc tulit de eo judicium. *Er ſchrieb auch ſein Latein. Sein buch* de Militia veterum equeſtri *iſt wohl gemacht*. i.e. Scripſit eleganter Latine. Ejus liber de Milit. vel equeſtr. bene eſt elaboratus. Et mox hoc de libello judicans: *aus welchen man leicht ſehen kan, daſs er die materie wohl verſtanden. Ger. Voſſius würde ſeine Artem Grammaticam nicht geſchrieben haben, wenn er nicht dieſes Hugonis buch gehabt. Diſer Voſſius lobt ihn dahero auch, ſed raro eum adducit. Doch wil ich deſwegen den Voſſium nicht als einen Plagiarium anſehen, wie Hr.* Reimann *in ſeinem Syſtemate Hiſtor. Literar. gethan.* i. e. Ex quibus facile perſpicere datur, eum materiam probe intellexiſſe. Ger. Voſſius Artem ſuam Grammaticam ſine Hugonis hoc libello vix compoſuiſſet. Hinc laudat eum Voſſius, ſed raro adducit. Nolim interim Voſ-

Vossium adcusare plagii, quod fecit Reiman. in Systemate suo Hist. Liter. Et paulo post. *Da man übrigens, immer so viele Bucher, von neuem ediret, so wäere zu wünschen dass auch der Hugo wieder aufgeleget würde*, & quæ plura, hoc est: Cum quotidie tot veterum Libri de novo prelo subjiciantur, optandum foret, ut Hugonis is libellus typis iterum mandaretur. Cl. Kappen. in *not*. d. §. 18. subject, hæc de libelli hujus raritate & pretio eminentiori adjecit, puta, in Auctione τȣ μακαρίτȣ Gundlingii pro 3½. imperialibus libellum hunc fuisse venditum. Tu vero Lector humane, utere fruere jam cimelio hoc auctiore & forsan nitidiore pro vili & levi pretio, vix illi comparando, quodque stultitiam domino exprobrare haud potuerit. Historicam vero vitæ ejus relationem hanc accipe, ex Philippo Allegambe in *Bibliothec. Scriptorum Societ. Jesu. pag.* 180.

Hermannus Hugo, natione Belga, patria Bruxellensis, editus in lucem anno MDLXXXVIII. Societatis Tirocinium Tornaci intravit anno MDCV. vivido ingenio, canendi & scribendi arte ac laude præstans Humanioribus Litteris eximiam adjunxit Philosophiæ ac Theologiæ peritiam. Flandrica, Italica, Hispanica, Germanica, Gallica Lingua velut materna utebatur. Antverpiæ Litteras politiores docuit, & doctissimos discipulos ad litterariam palmam instruxit, qui tanti sui Magistri ductu

Famam Posthumam Præsulum Antverpiensium: item

Litteras Iaponicas anni MDCVI. *& Chinenses duorum*

rum ſubſequentium, ſui profectus ſpecimen, dederunt in lucem typis Plantinianis. Septem annos Bruxellæ Scholis præfuit; & Latinis B. Mariæ Virginis Sodalibus, viris primariis, quorum habebat curam, pie ac docte, magna Latinæ facundiæ gloria dixit. In Principum Virorum gratiam ultro adſcitus eſt. Illum Dux Arſchotanus in Hiſpaniam comitem & Confeſſarium ſecum abduxit. Cardinalis de la Cueva ad iter Romanum adoptaverat, niſi itineris conſilium fuiſſet variatum. Marchio Spinula, fulmen illud belli, diu illum habuit ſuis Confeſſionibus præfectum; quo tempore Noſtris quoque, qui Regiis in caſtris verſantur, præfuit, ſumma apud Optimates auctoritate, & caritate apud Noſtros, quibus exemplo magis imperabat, quam verbo, primus in laboribus ipſe, primus in periculis. Cum maxima gereret, & plurima ſcriberet, tamen uſque adeo totum ſe ac integrum heroicis & ingenioſis corporis & animi mortificationibus & caſtigationibus, ſpiritualibus item & aſſiduis tenerrimæ ac delicatiſſimæ devotionis exercitiis dedit ac conſecravit, ut revera præſtitiſſe videatur, quod in charta, privatæ & quotidianæ pietatis directoria à ſe ſcriptum reliquit in hæc verba: *Quotidie in colloquio Meditationis proponas te victurum ea ſpiritus novitate, qua fuiſti in Novitiatu.* Voto etiam nuncupato ſemet Deo obligaverat, ita ſe velle caritatem exercere in proximum ut nulli ſubtraheret, ſeu domeſtico, ſeu externo, officia, quæ ipſe egenti quacumque in re præſtare poſſet. Vitæ omnibus virtutum numeris

abſolutæ ſcenam ultimam ſane lugubrem peregit. Nam cum Regiis copiis per Iſulam flumen in Velaviam ingreſſis, mox adverſa omnia eveniſſent, & cum inedia morbiſque noſtris militibus ac Ducibus luctandum eſſet, P. Hermannus egregium nactus eſt campum, caritatem vitamque impendendi. Ipſe ſummis æque & infimis, ſeu in corpore, ſeu in anima juvandis ſemper promptus, ſemper aſſiduus, ſemper integer auxilia conferebat. Cum Principi Chimacenſi, cui erat à Confeſſionibus, contagioſo morbo animam exhalanti adſtitiſſet, totum deinde manipularibus militibus abundans noſocomium Bocholtianum unus curandum ſuſcepit. Hic eum contagioſa febris invaſit: nec tamen animo concidit: egredi e loco illo, quod ſtadium erat caritatis, ante noluit, quam inter Noſtrorum manus & gemitus exportaretur. Ergo ſumpto Euchariſtiæ Viatico, Rhenobercam curru avectus eſt, ibique in Monaſterio S. Bernardi animam Conditori reddidit, die x. Septembris, anno Scriptoribus Belgis fatali MDC. XXIX. ætatis ſuæ XLI. Funus illi magna militum comploratione ductum eſt ad Ædem Sacram Monialium S. Auguſtini, ibique corpus conditum eſt. Scripſit Hermannus:

De prima ſcribendi origine, & univerſæ rei litterariæ antiquitate. Antverpiæ typis Plantinianis Moreti MDCXVII. in 8.

De vera fide capeſſenda, contra Balthaſarem Meiſnerum Lutheranum. & Henricum Braudium Calviniſtam, *pro Conſultatione Leonardi Leſſii*; ad Neo-Evangelicam Synodum Dordracenam, *Lib.*

Apo-

Apologeticos II. Ibidem MDCXX. in 8.

Pia Desideria, Emblematis, Elegiis, & Affectibus Sanctorum Patrum illustrata. Antverpiæ apud Henricum Aertsenium MDCXXIV. in 8. & alibi minore forma. Sunt vero illa jam & Flandrice & Gallice translata.

Obsidionem Bredanam ductu Ambrosii Spinulæ perfectam. Antverpiæ typis Moreti & Meursii MDCXXVI. & rursum MDCXXIX. in fol. *cum figuris æneis.* Ea Hispanice, Gallice, Anglice versa est.

De Militia Equestri, antiqua & nova, lib. V. typis Plantinianis Moreti MDCXXX. in fol. *cum figuris æneis.*

Vertit præterea Hugo Latine ex Italico:

Vitam P. Caroli Spinulæ, pro Christiana religione in Japonia mortui: &

Vitam Joannis Berchmanni Flandro-Belgæ, utriusque Religiosi Societatis Jesu. Utramque typis Plantinianis Moreti MDCXXX. in 8.

Adornaverat quoque, nisi mors occupasset,

Historiam Bruxellæ; patriæ suæ: &

Tomos III. *contra Atheos.*

GUL. OTT. REITZII, JCti
SOMNIUM,

Ad Virum Eruditissimum, Consultissimum

C. H. TROTZIUM,

Quum novam *Hugonis de Prima Scribendi Origine* editionem observationibus suis auctam adornaret,

Carmine Heroico enarratum Rotterodami mense Octobri 1736.

ι αρα ἥδιστον, νομικωτατε Τροτζιε, ὕπνον
Ληςακροασασθαι, καισοιςχοληεςιν ακȣσαι
Λεξω, ὡς κεινῃ σοι νυκτι συνηγορεεσκον,
Ἡ μοι εην πρωτη λιπαρῳ ενι Ροτlεροδαμῳ,
Ὁτlε νεᾳ τιμῃ παρα ὑμετεροιο Λυκειου
Κοσμηθεις, νομιμοστε διδασκαλος αναγορευθεις
Ἡκον αναστρεψας οικονδ'. Αταρ αρξομεθ' ὑπνου.
Ες τινα μοι εδοκουν γνωστων αφικεσθαι ὁμιλον,
Ὁιπὲρ εμοι ταυτῃς [ὁιον μεν εοικε γενεσθαι]
Της τιμης συνεχαιρον, ιδ', ει τινα καινα Φεροιμι,
Πραγματ' ανηρωτων. Τοτ' εγωγ' αλλους μετα μυθους
Ειπον· εμοιγε Φιλος, και πασι δε γνωριμος ὑμιν
Τροτζιος [ὁσκε γραφαις πολλαις τε και ευ μαλα καλαις
Ωφελιμων ηυξησε βιβλων παιδευτον αριθμον]
Ἐκδοσιν Ὑγωνος περι πρωτης τȣ γραφεν ἀρχης
Καινην τικlει, ἑαις μελετησεσιν αυξηθεισαν.
Αλλα παρων τις ανηρ χλευαςης, ηθεα Μωμος,
Θερσιτης μορφην, νομικῳ δε τι ανδρι, εειπεν,
[Ὁς τοσα εκδωσειν, τοσαυτα δε βιβλια αυχει]

Και

Και τοις γραμματικοις εστιν τοις παιδας αγουσι;
Ληρει γαρ Φλυαρει θ' Ὑγων συν Γραμματικοισιν.
Αυταρ εγω [καλην λελαχως ευκτην τε αφορμην
Του διαλεξασθαι περι σου Φιλε, και περι λωστου
Πραγματος, ηδε μαλιστα διοττι και ευχομαι αυτος
Γραμματικων νομικων ἑις εμμεναι] αυτικα ειπον·
Ειτε συ εν σπουδῃ, ητ' ειρηκας ταδε παιζων;
Σπουδῃ, ἰσθ' ὁτ' εγω σε καλεσσομαι ες τον αγωνα
Αντι κακηγοριας ταυτης. Απεκρινατο δ' ὁυτος·
Τουτο μεν εν σπουδῃ ελεγον· αλλ' ου συνιημι,
Τιπτε κακηγοριας δυναμαι εγω εγκαλεεσθαι.
Τον δ' απαμειβομενος προσεφην τουτοισιν επεσσιν·
Ου μονον Ὑγωνα γραψαντα βιβλον μαλ' αριστην,
Αλλα και ὑβριζεις τον Τροτζιον εκδιδοοντα·
Ανερε, ὁι σου μεν παρα πολλα σοφωτεροι εστον,
Παιδειαστε ὑπερ πλειστους τετυχηκοτες ακρας.
Ὑβριος αρτι δικην σοι γραψω· και δυ' εσονται
Τουδε λογου κεφαλαι· προτερα μεν, ὁτι κατεφησας
Ληρειν και Φλυαρειν συν γραμματικοις Ὑγωνα·
Δευτερα ειτ' εσται κεφαλη, ὁτι Τροτζιον ειπας
Τοιουτοις ληροις το τεχνης νομικης μεγαλειον.
Γαι σεμνον. μαλα σφοδρ' αισχυνεμεν ηδε μιαινειν.
Αραγε υμμε κριτας αποδεικνυμι, Φιλτατοι ανδρες,
Ὡστε νομοντε τροπονθ' ἡμων εριδι προοριζειν.
Ὁι δ' ὡς αλληλοισι συνωμιληκοτες εσσαν,
Αμμι διαλεξασθ', ου μακρολογειν δε κελονται,
Αλλα μονας τουτου κορυφας ζητηματος ειπειν.
Και τοτε μοι ὁυτως ρεεν αυδη. Τιπτε συ ληρους
Θειον του γραφεειν τα νοηματα δωρον εειπες;
Ει συ καταφρονεεις τεχνης, ἡ γραμμασι παυροις
Μυ-

Μυριαδας φθογγων εικαζεμεν οιδ᾽ αναριθμους;
Νη Δια, των Σκυθεων, Ινδωντ᾽ αγριωτατα εθνη.
Εις σε αποσκωπτει· ἱνα μη λεξαι δεον ειη,
Ὁττι θεον ταυτης της τεχνης οἱγε παλαιοι,
Δηλονοθ᾽ Ἑρμειαν, ἑυρητορα ἱϛορεουσιν.
Ουχ ἡμας ποιει απεεσι φιλοισιν ὁμιλειν,
Τους δε βροτων εσθλους ταγε γραμματα αθανατιζει;
Παυρα μεν ενδοξων και πως ασαφη, περι ανδρων
Ἱϛοριων τε παλαι γεγονυιων γνοιμεν, εαν μη
Ὁι προγονοι γε γραφειν, ἡμεις δε τα γραμματα αυθις
Ιδμεν αναγνωναι; Προς ταυτ᾽ απεκρινατο τηνος·
Της ρα γραφης οφελος καγω συμφημι ἑκοντι.
Αλλα τι μοι μελεται, αγνοειν η ιδμεναι, ὁσσα
Η ποσα ὁι προγονοι παλαι εσχον γραμματα, ηκεν
Ὁισι χαρακτηρσιν κεχρηνται, η τισιν ὁπλοις,
Η ποιοις σκευεσσιν, ιδ᾽ εν τινι εγραφον ὑλη;
Ὡς εφατ᾽. Αυταρ εγω απαμειβομενος ταδ᾽ εφησα·
Πολλας τ᾽ αρχαιων ρησεις, και παιγνια συχνα
Εκτος επιϛημης ταυτης ου δητα συνειμεν.
Ουτ᾽ αναγιγνωσκειν δυναμεσθ᾽ ἐπιγραμματα, εξ ὡν
Πραγμασι τοισι παλαι μεγα φως ἐπιλαμπεται. ειπερ
Αμμι μελει γραφεας προτερους, καὶ δωδεκαδελτου
Ρωμαιοιο νομους συνιδειν τε και ἑρμηνευειν.
Αλλα τε, κεινος εφη, περι ϛοιχειων γε κεραιας
Φροντιζειν μουνως, και αει εν τοισι πλανασθαι,
Ειτε και εντευθεν μαντευεσθαι, τι γενοιτο,
Ηλιθιων ανδρων μαλα μωρον οἰομαι εργον.
Ἑασουσθαι σε νοεις, ὁυτως μεν απηνταον αυτῳ·
Καν ουπω συμφης, αλλ᾽ αυτοκατακριτος εστι·
Ὁι μεν Ιουδαιοι, ηδ᾽ ἁιρετικων τινες, ηδ᾽ οἱ

Μω-

Μωροσοφοι τουτοις παιζοιντο. Τι τουτο προς ἡμας;
Ει τυγε μη δειξαιο σαφως τοιαυτα ποιουντας
Η παραληρουντας τον Τροτζιον ηδε Ὑγωνα.
Αλλ᾽ ὡρα εστι σου εγκλημα το δευτερον ελθειν.
Ειπε δε μοι, ουκ οισθ᾽ ὁτι ἑν μεν γραμμα μεγιστας
Πολλακι ζητησεις και δυσχεριας παρεχηται
Ητ᾽ εν ξυνθηκαις, ητ᾽ εν νεκροιο πλακεσσι;
Ταυτην ουν συ θελεις νομικου απο ανερος ειναι
Γνωσιν; αταρ νομικων ανδρων ὁσσοι περ αριστοι
Εκλυον, ειτε παλαι ειθ᾽ ἁιμερον, αντιλεγουσιν.
Ὁιγε Γοθοφρηδοι, Γεντειλεις θ᾽, ὁιγε Φαβροιτε,
Και συν Ραιβαρδῳ, Κουακιος ηδε Κυναιος,
Και Τιρακουελλος, Βρισσωνιος, Αλκιατοστε,
Και Ριττερρυσιος, Γειφανιος ηδε Δονελλος,
Και μετα Βουδαιου, Σχελτιγγιος, Ὀττο-τε-μαννος·
Ὁις ετι ζωοντας συναριθμησαιμι δικαιως
Βιγκερρουκιαδην, Ἑινέκκιον, Ουατεροντε.
Ὁι περι γραμματικων και Φιλολογων μελεταων
Πολλ᾽ εσπουδακοτες, αμεληθεισῃ μεχρις αυτων
Τεχνῃ τῃ νομικῃ δοξαν τ᾽ αυγην τε μεγιστην
Εισηγον ἁμα τε σφιν αενναον ουνομα θηκαν.
Τοισιν οπηδευων μεγαλοις. ενι βημασιν, αινης
Τροτζιος αΐδιου και Φημης αξιος εστι.
Την δε συνηγοριαν ὑπεναντιος ἡμος ακουσας,
Ηδ᾽ ὑπο αισχυνης δεδαμασμενος, ουδε γρυ ἑυρων
Μοι αποκρινασθαι, τουτι μονον ειπεν απελθων.
Πραγματα μ᾽ αλλα καλει. καιρῳ δε σ᾽ αμειψομαι αλλῳ.
Ὁι δε Φιλοι ἑτεροι ξεινου τοσσουτον αηδους
Κουφισθεντες, εμοι μεγαλην χαριν εσχον ἁπαντες.
Ασβεστῳ τε γελωτι ὁλος καγχλαζεν ὁμιλος,
Ὡστε μ᾽ εγερθηναι, δεσμων θ᾽ ὑπνοιο λυθηναι. AD

AD

EUMDEM.

Doctrinæ primos, Lector, cognoſcere fontes
Si cupias, iſthæc aurea ſcripta lege:
Quo leviora putas, tanto graviora videbis,
Materie titulos exſuperante ſuos.
Ne dubites tribuenda cui ſit gratia major,
Trotzius Hugonem vincit ubique ſuum.
Si maneant meritis inſignia praemia magnis,
Mox veniet lucro conſociatus honor.

J. FRED. REITZIUS.

AD

AD

R. P. CAROLUM SCRIBANI

Praepositum Provincialem

SOCIETATIS JESU

in Provincia Flandro-Belgica.



UM Antverpiae politiores literas docerem, Reverende Pater, non semel cum exemplis tum verbis me es adhortatus, uti sedulo me in ea studia abderem, simulque incumberem in scriptionem argumenti alicuius, quod posteritati aliquando commendari mereretur. Ego dicto audiens, circumspicere cœpi quam

ad rem praecipue me darem, quando tot iam de re fere qualibet extrusi essent libri, ne vel actum agerem, vel minus etiam agerem quam esset actum, Igitur cum inter legendum, uti fieri amat, adnotarem frequenter, literarum scriptionisque, veluti per transennam, mentionem incidere; meminissemque nihil esse hucusque ea de re accurate absoluteque perscriptum: & vero etiam interiisse omnia, quæ plurima de Scriptura scripsisse Nigidium, scripsit Gellius: adieci scilicet animum ad hoc unum, ut rem obscuram, nec parvam extraherem in lucem. Coepi primum magno impetu excutere & vestigare multa quae huc facere putabam: sed quod pleraque essent a Scriptoribus praeterita, a paucis vero etiam contacta, tantae mihi undequaque objectae sunt tenebrae, ut desperarem me esse exitum aliquem reperturum. Subinde tamen abiectum animum collegi, & Fabij Cunctatoris patien-

tientia rem tentandam esse duxi, donec longa multaque lectione assequerer, quod brevi tempore aut paucorum librorum volutatione videbam perfici non posse. Ergo inter studia aliasque exercitationes ludibundus veluti conjeci in chartas quasdam liturarias quidquid de scriptione aut literis veniret in manus; et en res excrevit in librum, eo fere intervallo quo Antverpiae te Rectore Poësin et Rhetoricam sum professus.

Non nemo forte existimabit tot bonas horas a me male esse collocatas in rem tam exilem et Grammaticam: at ego semper existimavi neminem ita esse iudicaturum qui vel paucas libri hujus pagellas vel etiam titulum recte aestimabit. Non enim de literis tantum scribo (qui fuisset unius alteriusve horae labor) sed de iis omnibus quae attinent ad totius *Literariae rei Antiquitatem;* quae non Grammatica, sed Philologica est tractatio; literae vero minima sunt hujus

libri pars: de quibus tamen ſolis ſi ſcripſiſſem, defenderem me Corvini Meſſallæ exemplo, qui librum totum de litera S conſcripſit; Paſſeratii, qui opuſculum de cognatione literarum; Probi, Magnonis, & a Porta, qui libros magnos de Notis; Trithemii, qui volumen de Polygraphia: Nicanoris, Diomedis, & viri ampliſſimi Erycii Puteani, qui libellos de Interpunctione; Manutii, aliorumque, qui de Orthographia. *Neque enim*, ut Quintilianus ait lib I c. VII. *obſtant hae diſciplinae per illas euntibus, ſed circa illas haerentibus.* Quamquam ut a ronchis illis & naſis omnino tutus ſim, in ſinum tuum, R^de Pater, conjicio hunc libellum meum. Ecquis enim mihi ſuccenſere audeat, paucula de Scriptione a me ſcripta eſſe ad SCRIBANUM? Hoc ſolo nomine vindicatus videor, etiamſi multis praeterea nominibus haſce meas primitias debeo R^æ V^æ. Conſule igitur aequi boni,

R^de

R^de Pater, hoc quantulumcumque affectus & obſervantiae pignus tuo inſtinctu cœptum & affectum; diuque Provinciae tuae Flandro-Belgicae quam gerendam adminiſtrandamque accepiſti, vive incolumis. ita voveo. Bruxellae, Kalendis Junii, M. DC. XVI.

R. V.

Servus in Chriſto

Hermannus Hugo.

ERYCII PUTEANI

IN

R.P. HERMANNI HUGONIS

doctissimum

DE ORIGINE LITTERARUM

Commentarium

CARMEN.

HUGO, *delicium piae Camoenae,*
Nectar deliciumque LITTERARUM,
Qui fontem, laticemque LITTERARUM
A primo liquidum recludis aevo:
Hoc tu nunc latice, atque fonte, magnum
Priscorum mare colligis Librorum,
Novorum mare colligis Librorum;
Et pulchri pretium obtines laboris,
Laboris pretium perenne nomen:
Fructum nos capimus tui laboris.
Namque scire datur tuo labore,
Quis doctos apices, notasque primus
Signavit, tacita loquens litura:
Primus quis calamos fidit tenellos,
Et chartae niveum inquinavit aequor,
Chartae virgineum inquinavit aequor:

Quis

Quis loligine scripsit, & nigella
Sparsit semina, signa LITTERARUM.
Atque scire datur tuo labore,
Quis lignum, lapidesque, quis metalla,
Docto quis graphio lutum exaravit:
Quis ceram docuit loqui subactam
Stili cuspide, spongiamque mellis,
Sed pressam, domitamque, mortuamque,
Inclusam brevis alveo tabellae,
Verba sugere, mella LITTERARUM,
Verba reddere, mella LITTERARUM.
Demum scire datur tuo labore,
Ut malvae foliis libri remotis
Inducti, Philyraeque, codicesque,
Membranae tenues, schedae, papyrus,
Album, fasciculique, paginaeque,
Pugillar bipatens, tomi, cylindri,
Et volumina vasta LITTERARUM.
His in omnibus, Erudite Scriptor,
Tu Cadmum loqueris, sed ipse Cadmus:
Phœnices loqueris, sed ipse Phœnix;
Phœnix ipse, sed alter ille PHOENIX,
Ales Assyrius, sibi superstes.
Ac dum sic loqueris, stilumque doctum
Versas, hoc agis Erudite Scriptor;
Unus ut videaris Eruditus:
Dum jungis genus omne LITTERARUM,
Unus ut videare Litteratus.

Crede,

Crede, crede: erit hic Liber Librorum,
Et lumen dabit hoc tibi Volumen.

DE LITTERARUM NOMINE.

Fecit LITTERULIS LITURA *nomen:*
Sed nunc LITTERULAE *carent* LITURA.

In doctissimum
DE
SCRIPTIONIS
LITTERARUMQUE
ORIGINE
Commentarium
R. P. HERMANNI HUGONIS
E SOCIETATE JESU
Bernardi Bauhusii ejusdem Societatis
EPIGRAMMA.

PAUCA *Philetaeo meditabar scribere metro,*
Versiculis claudis, imparilique pede;
Poscebam PHOEBUM *calamos, unamque Sororum,*
Quae bifidum culmen, Musicaque antra colunt.
Poscenti PHOEBUS *calamos, Virgoque negavit;*
Fregerat ille suos, fregerat illa suos.
Ite mei Vates, dixit Deus, & Dea dixit,
Ite, dabit calamos jam meus HUGO *novos:*
Ite, novas meus HUGO *dabit tabulasque notasque,*
Ite, dabit ceras jam meus HUGO *novas:*
Ite, novum meus HUGO *dabit graphiumque stilumque,*
Ite, & Litterulas jam dabit HUGO *novas.*

Ille HUGO, *quo Gorgonei de fonte Caballi*
Plusque e virgineo flumine nemo bibit:
Ille HUGO, *quo purpurei de vulnere* CHRISTI,
Plus MARIAE *casto ex ubere nemo bibit:*
Ille pius, simul ille HUGO *doctissimus; ille,*
Ars nulla, et nulla est cui peregrina schola;
Hippocrenisatarum grande decus Musarum,
Grande decus Sophiae, grande Oleaeque decus.
Testis adest non grande Liber densumque volumen,
Sed qui vel parvae est sarcina parva manus:
Et tamen ex illo nemo non doctior ibit,
VARRO *licet redeat, Panthoïdesque senex.*
Discere ut Indoctus queat hinc, dediscere Doctus:
Is, male quae didicit; hic, male quae docuit.

Approbatio Superiorum

Carolus Scribani Praepositus Provincialis Societatis Iesu per Flandro-Belgicam: Cum opus De prima scribendi origine, eiusque universa antiquitate, a P. Hermanno Hugone Societatis Iesu sacerdote conscriptum, designati ejusdem Societatis Patres legerint, probarintque; potestate ab admodum R. P. N. Generali Mutio Vitellesco ad hoc mihi facta, ut typis excudatur, permitto: in quorum fidem has litteras manu mea subscriptas officii mei sigillo munivi. Antverpiae, xxvii. Julii, m. dc. xvi.

Carolus Scribani.

Approbatio Censoris.

Libri hi de Origine scribendi, & tota Literariae rei antiquitate, R. P. Hermanni Hugonis e Societate Iesu industria & accurata disquisitione compositi, digni sunt, qui in Literatorum omnium manibus versentur. Datum Antverpiae, xxvii. Iulii, Anno m. dc. xvi.

Egbertus Spitholdius Plebanus Antverpiensis.

PRO-

Summa Privilegii.

Alberti & Isabellae Clarae Eugeniae, Archiducum Austriae; Ducum Burgundiae, Brabantiae, &c. Serenissimorum Belgicae Principum Privilegio cautum est: ne quis Librum, cui titulus est, *De prima scribendi origine, & universa rei literariae antiquitate, ad Reverendum Patrem* Carolum Scribani *Societatis* Jesu *Praepositum Provincialem in Provincia Flandro-Belgica, scribebat Hermannus Hugo ejusdem Societatis* Jesu; praeter Balthasaris & Ioannis Moretorum fratrum voluntatem intra sexennium excudat, aut alibi excusum in Inferioris Germaniae ditiones venalem importet. Qui secus faxit; confiscatione librorum, & alia gravi pœna mulctabitur; uti latius patet in literis datis Bruxellae, xvi. Augusti, m. dc. xvi.

Signat.

I. Cools.

PRAE-

PRAEFATIO
AD
LECTOREM,
De admirabilitate utilitateque scribendi.

Indos *quosdam aevo nostro usque adeo demiratos fuisse scribendi inventionem, refert ex Scriptoribus rerum Indicarum Laelius noster Bisciola libro* VI. *Subcisiv. cap.* XII. *ut audito primum Scripturae nomine accurrerent ad papyrum loquentem audiendam, ut ipsi arbitrabantur. Adeoque narrat Petrus Cieza Tom.* II. *Histor. Peruanae, c.* XXXIV. *Americae incolas ab Hispanis subactos, cum literarum usum vidissent primum, putasse id esse certissimum Divinitatis argumentum, quod chartis scriptis occulta vox inesse posset. Plane sicut apud Athenaeum lib.* X. *cap.* XVII. *Poëta quidam scriptionem ita admirabundus describit, ut Epistolam vocet natura feminam; Literas illius filias, mutas eas quidem, sed quae tamen etiam loquantur absentibus; & a legente, si velit, non audiantur, etiamsi intelligantur. Illud vero longe est facetissimum, quod narratum sibi a viro quodam Religioso, qui anno* MDLXXII. *e Brasilia*

ſilia redierat, ſcribit noſter Ludovicus Richeome in libello quem inſcripſit l'Adieu de l'Ame: *Mancipium quoddam Peruanum ab Europaeo Nobili, qui in Braſilia tum habitabat, ablegatum eſt ad familiarem heri ſui, Nobilem item Europaeum, cum fiſcinula ficuum & literis. In via ſervus hic, hero ſuo ſcilicet monoſyllabus, fructuum novitate & dulcedine pellectus, bonam eorum partem abligurivit, literarum ſuarum ſecurus. Nobilis, literis acceptis, hominem verbis accipere; ille admirari, ecquî id ſciret, & vero etiam abiurare factum. Nobilis contra adferre teſtes literas; alter contra teſtari, literas mentiri, & eſſe inteſtabiles. Ergo mancipium cum indicibus literis remittitur ad herum ſuum. Herus diſſimulat factum. Paucis poſt diebus ſervum remittit cum ficubus & literis, numero adſcripto. Hic ratus ſibi abunde cautum ab indicio fore, literas ſub ſaxum abdit in quo ſeſſum ibat: &, jam literae, inquiebat, etiamſi Argi aut Lyncei ſitis, non videbitis delicias meas. Cum hoc dicto exinanit fiſcinam, & totum ſibi de ficubus inſtruit epulum, relictis pauculis. Quod ſupererat, cum literis defert ad Nobilem: ille numerum in literis quidem integrum, at in fiſcina dimidiatum tantum reperit. Tum denuo adoriri ſervum, manus ambas excutere & marſupium, literarum adferre teſtimonium de numero ficuum: contra ſervus purgare ſe, &*

ſaccu-

ſacculorum oſtendere inanias, literarum fidem elevare, quas certum ſciret, nihil vel per rimas potuiſſe arbitrari, quando eas in ſaxa abdiderat: neque ante doceri potuit illiteratum mancipium, quid poſſent literae, quam ab hero ſuo tergum eius totum conſcriberetur ſtylis ulmeis.

Ridendae quidem opiniones, at certe tamen non abs re in rudibus illis incultisque animis excitatae; quando & Hebraei, ſcriptionis admiratione capti, artem Scriptoriam appellarunt דִקְדּ״ק Dikduk: *hoc eſt ſubtile inventum, ut obſervat Pet. Gregor. lib.* 16 *Artis mirabil. cap.* 11. *& gentes plurimae aliae (ratae non potuiſſe ab homine aliquo tam admirandum artificium excogitari) Deo id aſſignarint. Ita enim Mercurium literarum auctorem apud Aegyptios, facit Plutarchus lib.* IX. *Convival. quaeſt. Saturnum apud Latinos pro earum inventore habitum ſcribit D. Cyprianus Martyr Tractatu* IV. *De idolorum vanitate. Parcis id tribuit Hyginus lib. De fab. cap.* CCLXXVII. *Et nos ipſi ſi ſcriptionis admirandam vim aeſtimemus, neſcio an quid aliud maiori admiratione dignum facile in creatis rebus ſimus inventuri.*

Quid enim magis mirum, quam tam pauculis literis, quae omnes omnino ſunt viginti tres, tot iam varia in omnibus lingvis nomina conſtare, quae ſibi ſingula ſunt diſſimillima? Eſſe au-

autem vocabula adhuc fere infinita, nondum excogitata vel audita quae quilibet potest sibi fabricare. Illud autem facit hanc rem fere incredibilem, nisi oculis ipsis usurparemus, tot et facta et ficta esse vocabula, tantum ex consonantibus vocalium interiectu seiunctis; quae si pronuntiari possent ex solis consonantibus facta, sicut possunt scribi, Deus *bone! quanta, quam incredibilis novorum verborum vis indies conflari posset! Una haec res est quam inter naturae arcana praecipue demirantur Clavius noster et Richeomus, et olim admiratus est Tullius Tusculana* I. *sic exclamans:* Quis sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis terminavit?

Iam vero illud etiam quam mirum, literis visis et lectis nos mentem capere absentium quantocumque temporum et locorum intervallo? Hac namque una in re literae superant quidquid signorum esse potest aut excogitari. Voces enim quae mentem alioqui aperiunt maxime, non tamen nisi brevissimo tempore existunt, nec ad absentes longe pertingunt: neque fere pronuntiari possunt, nisi ab adstante audiantur, quem saepe nollemus audire. Imagines item, quae coloribus fere vitam rerum ipsam nobis ob oculos ponunt, non tamen interiora nobis indicare valent: imo absque literis esset, nec sciremus fere qui ii essent quorum nobis imagines proponunt:

ponunt: unde et nummorum imagines literis fuere circumscriptae; ut eae nempe posteritati id significarent, quod imagines prologui non possent. Magna sane literarum vis; ut fere miseratione digni sint Cabalistae, qui ob hasce res, ut scribit Franciscus Venetus, maiora etiam mysteria inesse literis putarent, dicerentque iis contineri XXXII. *semitas, qvibus* DEUS *creavit mundum. quod fabulatur Rabbi Abraham libro Zepher Ietzira, hoc est, de Creatione, Numquam tamen condonaverim Marco et Colarbaso haereticis, qui teste Tertulliano lib. De praescript. docebant, non posse veniri ad veritatis cognitionem nisi per vim literarum Alphabeti Graeci: qvod Christus ipse vocasset se* Alpha *et* O mega. *Digna Alphabetariorum ferulis capita! aut literariis nominibus qualia fecit Martialis: Alpha penulatorum & Beta togatorum.*

Sed ut de admirabilitate utilitateque scriptionis semel omnia dicam, non alio utar argumento, quam testimoniis sapientum.

Ac primum inter Graecos D. Basilius ita in illius rei laudes excurrit, Epist. LV. *ad Ambrosium*: Magna, *inquit*, semper quidem & multa sunt Domini nostri dona, *&c.* unum vero quod inter maxima reputari potest, hoc est, quod quam longissime propter locorum distantiam seiunctis per literarum alloqvium

** mutuo

mutuo coalescere dedit. Largitus est autem duplicem cognoscendi modum, unum per praesentem convictum et congressum. alterum per consvetudinem literariam.

Theodoretus quoque Cyrensis Orat. IV. *De Providentia non absimiliter est locutus:* Cum absentibus, *inquit*, versamur, et qui longissime a nobis distant: et cum lingva taceat praecipuum sermonis instrumentum, eius loco inservit manus calamo arrepto; quod agendum nobis cum amico, inscribit chartae; & sermonis fit vehiculum non jam lingva, sed manus.

Diodorus Siculus vero libro XII. *Bibliothecae ita copiose disserit de laudibus scriptionis, agens de legibus Charondae:* Cui tanta ingenii facultas suppetit, ut dignis laudibus literarum disciplinam institutionemque se prosequi posse confidat? qvibus solis vita defuncti viventibus commemorantur: tum quos longissima procul terrarum intervalla separatos tenent, hi literarum sese mutuis velut internuntiis salutant, visunt, cum absentibus amicis tamquam praesenti consuetudine, mutuis colloqviis perfruuntur: tum ad bella, sive inter gentes quascumque, seu inter Reges sedanda, quid idoneum: quid magis accommodatum literarum munere posset excogitari? Fœderibus commendandis, pactis, conventis, promissis, testes primi accersuntur, ceteraque

que omnia quibus ſervandis ſumma opus eſt fide, ipſis tuto commendantur; illae commendata quaecumque excipientes, aeterna integritate et inconcuſſa fide cuſtodiunt. Poſtremo ſapientiſſimorum virorum ſanctiſſimas ſententias, oracula Deum, Philoſophorum inventa; diſciplinarum denique omnium praecepta ac monumenta humanarum divinarumqve rerum, ſolae literarum aedes repoſta conſervant, atque a vetuſtatis et temporis voracitate defenſa veluti qvadam divina vi tuendo poſteris ex ordine deinceps per ſuccedentia ſaecula demum aeternitati commendant.

At inter Latinos Quinctilianus lib. I. *cap.* VII. *ſub finem:* Hic uſus eſt literarum, *ait*, ut cuſtodiant voces; et velut depoſitum reddant legentibus, itaque id exprimere debent quod dicturi ſumus.

Plinius libro XIII. *cap*, XI. Hujus unius rei uſu ſcimus maxime conſtare humanitatem vitae, memoriam, ac hominum immortalitatem.

Tertullianus lib. De corona militis: Literas neceſſarias confitebor et commercii rebus, et noſtris erga Deum ſtudiis.

Caſſiodorus libro XI. *Variarum:* Scriptura humanorum actuum ſervatur fidele teſtimonium.

Petrus Gregorius Toloſan. lib. XVI. *De*

Repub. cap. II. Divinum miraculum certe, ut ex XXIV. notis, et interdum apud aliquas nationes paucioribus, infinita vocabula, mentes diverſae, contrariae, actus omnium hominum et ipſae cogitationes poſſint efficacius et perfectius quam ipsa pictura repraeſentari: fiuntque ſcripturae ad perpetuam rei memoriam; conſervat enim ſcriptura quae hominis memoria non poteſt complecti.

Caelius Rhodiginus lib. IV. *cap.* III. Quid illa ſcribendi majeſtas, quae tantarum rerum ſcientiam nobis comparat, vetuſtatem propagat, nil ſinit interire, et quod omnia conterit, tempus cogitur noſtris manibus ſuccumbere? Quid hoc magnificentius? quid aeque mirandum? id eſſe homini datum, in quod ne mortis quidem avida rapacitas ius ullum habeat?

Guilielmus Poſtellus De literis Phoenicum Praefatione ad Carolum Cardinalem Lotharing. Literis tamquam rei immortalitati proximae hoc debemus, quod conſulere aliis poſſumus, ceterisque tam prudentiae quam ſapientiae muneribus uti et poſteritati proſpicere.

Denique omnium argutiſſime ERYCIUS PUTEANUS *(ut ingenioſa ſemper venuſtaque eſt eius omnis oratio) Oratione* XIII. *De Palaeſtra Bonae mentis, commendat ſcriptionis portentum:* Sed quos limites ſolertia humani pati-

patitur ingenii? Poſtquam primum ſive naturae ſive induſtriae miraculum eviluit, loqui; tentavit qviſque etiam ſine voce loqui. Linguae oriſque vices ad manum tranſlatae ſunt, et ſermonis picturam niveum papyri aequor excepit. Parum erat, indicium animi miniſterio formare vocis, niſi et abſentes poſterique audirent. Prorſus imperfectum linguae ingenium mortales cenſuerunt, niſi et calami uſus accederet. Quam vero id arduum, loqui, etiam cum non loqueris; imo quam laborioſum, niſi longa exercitatione ſcriptionis ager ſubactus ſit, is iudicet, qui aeternitatis agere negotium conſuevit. Stilus profecto niſi manum exarantis quotidie laſſaverit, tabellamque literarum impleverit ſulcis, eniteſcere non poteſt. Scribendum eſt, ut ſcribas: et iugi exercitatione opus, ut fructum ingenii colligas. Ab agro nemo exſpectat ſemina, ſed exigit: minimum eſt, quod ſeris. Sic arborem plantare, ſatis non eſt: rigare debes, putare debes, & pertinaci cultu, quidquid ſperas, urgere.

Veriſſime omnia, neque quidquam ſupra iuſtam laudem.

Unum tamen alterumque video mihi contra ſcripturae utilitatem opponi poſſe. In primis, literarum fere tot poſſe mala exiſtere quot lingvae, quam Iacobus appellat univerſitatem

iniqvitatis, *cap.* III. *eaque re Thamum Aegypti Regem noluisse ut Theutus literariam artem inveheret una cum* Geometria, *Arithmetica et Astrologia, quemadmodum refert Caelius libro* XXII. *cap.* XV. *ex Platone. Imo gentes quasdam, ut narrat Sabellicus Enneadum Tom.* I. *penitus scriptionis usu abstinuisse. Et literas a Licinio Imperatore vocatas esse* virus, *et* publicam pestem, *ut de eo prodidit S. Aurelius Victor. Denique videri etiam memoriae allatum esse ingens desidiae periculum ansamque otiandi, quando literis chartisque committimus quae memoriae eramus mandaturi; ut non iniuria admonuerit Plato in Phoedro:* Literas debere esse non memoriae, sed admonitionis medicamina.

Ad haec omnia ita respondebo, ut prius de singulis dicam qvid sit opinandum. Fateor igitur, posse literarum maxima esse damna et incommoda, si quis iis abutatur; adeoque id esse nobis a maioribus argute indicatum fabella illa Segetis Cadmeae, e qua effloruerunt subito acies duae gladiis hastisque armatae, quae mutuis sese vulneribus confecere. Cadmus enim cum existimatus fuerit literarum inventor, et sexdecim primum elementa tradidisse Graecis; hinc iactatus est vulgo seminasse dentes serpentium, qui sexdecim tantum habent omnino dentes; ex quibus natae tot pugnae, quot

modo

modo ardere non inter doctos, verum etiam inter Principes videmus frequenter, propter literas aut libellos. Sed qvid? eone dicemus exterminandas esse ex orbe literas tot malorum et pugnarum caussas? Non profecto magis quam exsecandas hominibus linguas ob maledicentiam. Vites ebrietatem attulere, non tamen exscindendae, sed aqua iis propius admovenda fuit, inquiebat ille; id quod ego lubens Thamo Regi et Licinio Imperatori Barbaris illis μισογραμμάτοις *respondero, in caussa literarum.*

Lascivum aliquod scriptum est? agatur Lacedaemonum lege, qui Archilochi libros propter obscoenitatem condemnarunt. Haereticum scriptum est? agatur legibus Valentiniani et Valentis de comburendis libris haereticorum: agatur legibus Pontificum et Conciliorum, qvibus vetitum est sine Censura libros excudere; et malo facilis medicina, neqve amplius erunt literae virus aut publica pestis. Atque ita literarum patrocinium egregie suscepit Bibliander lib. De ratione communi ling. cap. De stylo et penna: An non stylus acuminatus, *inquit*, pugionis more menti suggerit, providendum esse ne quis innocens appetatur stylo, ne stringatur neu infigatur bonis civibus, sed adhibeatur ut gladius auctoritati militis, qvi ex imperio Ducis in hostes stringitur ad tuendam Rem-

 publi-

publicam? Proferatur igitur ſtylus, ſtringatur in perditos homines, et ad defenſionem bonorum, *etc.* *Neque vero Plato (qui, uti et Pythagoras et Cicero, literarum originem ad coeleſtem naturam retulit) ſcriptionis uſum contempſit, poſtquam tam praeclaros poſteritati ſcriptos libros reliquit: illud tantum voluit, ne memoriam facile ſegneſcere ſineremus, praeſidio otioſarum chartarum; ne doctiores nos eſſe cenſeremus a maiori librorum copia, quam librorum rerumque in iis ſcriptarum ſcientia et memoria.*

Certum enim eſt, nullius omnino tantam eſſe memoriae amplitudinem, qui omnia ita poſſit tenere ut ſcripto complecti. Et ut tantam quis facultatem haberet, aliis tamen iisque quamplurimis utilitatibus hominum inſervit ſcriptura, quibus facile tantillum labefactandae memoriae diſcrimen poſſit compenſari. Quaenam enim ſine literis eſſent ſignificandorum ſecretorum praeſidia ſeu bello ſeu pace? Quae commercia exterorum, aut amicorum abſentium conſvetudo; Quaenam eſſent mercimoniorum commeationes? quae urbium, provinciarum, regnorum ſocietates? Quae denique praeteritorum temporum certa memoria? quae ſpes nominis ad poſteros propagandi per impreſſa veſtigia virtutis?

Vixere fortes ante Agamemnona

Multi,

Multi. ſed omnes illacrymabiles
Urgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia Vate ſacro.
Paulum ſepultae diſtat inertiae
Celata virtus·

Illud, illud, unius ſcriptionis beneficio polliceri potuit Flaccus: non ego te meis
Chartis inornatum ſileri,
Totve tuos patiar labores
Impune, Lolli, carpere lividas
Obliviones.

Scriptioni ergo illud debemus (quo uno Deum proxime imitamur) immortalitatem.

Sed dicet aliquis? hoc tamen eſſe inſigne ſcriptionis vitium, quod, quae ſemel ſcripſeris, ſi poeniteat, ea abs te ſcripta eſſe negare non potes. Et eam ob rem M. Antonium Oratorem nullam umquam orationem ſuam literis commendaſſe, ut ſi qvid poenitendum dixiſſet, id dixiſſe ſe poſſet facile inficiari. At ego contra dico illud unum maximum eſſe ſcriptionis ornamentum ac bonum, quod ſi quae dicere vis, ſcribas, non facile ea dicturus es quorum poeniteat; eaque gratia Auguſtum Caeſarem, ut de eo ſcribit Suetonius cap. LXXXIV. neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites locutum eſſe umquam, niſi meditata et compoſita oratione: ſermones quoque cum ſingulis, atque etiam cum Li-

via ſua graviores non niſi in ſcriptis et e libello habuiſſe. *Quo more legatos fere ac iudices loqui ſolitos, ne exerrarent, ſcribunt Livius, Tertullianus, et Cicero.*

Livius lib. III. *Decad.* III. *de Fabio Pictore. Tertullianus Apologet. c.* II. *Cicero Philipp.* X. *aliique complures, quos laudat Ianus Gruterus in Notis ad Apocolocynth. Senecae. Oſtendunt igitur haec omnia, nihil eſſe de ſumma ſcribendi utilitate admirabilitateque ambigendum.*



SYL-

SYLLABUS CAPITUM.

CAPUT I.

Quid ſcribere? unde dictum? variae item ejusdem vocabuli ſignificationes, et voces nonnullae contrarium ſignificantes. pag. 1

SCRIBO *vel eſſe originarium verbum, vel à γράφω, (γράφω autem non à Cymbrico* Graff) *vel ab Hebræo* כָּתַב. *Quid fata ſcribere? dicam, libertatatem, tutorem, heredem ſcribere? Scribere pro pingere, geſtibus loqui, et arare. Ager ſcripturarius quid? Patres conſcripti, unde? Quid ſubſcribere, praeſcribere, conſcribere, Pingere, arare, effodere, ſulcare, illudere, illinere, ducere, lineare, pro* ſcribere. *Contraria ſunt; liturare, litura coërcere, delere, ſtylum vertere, abolere rubricis, cancellare, inducere, expungere, diſpungere, ſpongia effingere, in ſpongiam incumbere, ubi illuſtratus vetus mos utendi ſpongia.*

CAP. II.

Quid literae? et unde dictae? 9

Vocari Othioth Hebraeis, id eſt, ſigna; Graecis σημεῖα, σήματα, τύπους, χαρακτῆρας, χαράγματα, *id eſt, ſigna, et formas, et ſculpturas: quae viſus objectum ſunt. Latine vocatas literas, qvaſi lineaturas,*

ras, a lineis: ſicut Graece γϱάμματα, non a lituris, non a Cymbrico let-ter-em, *non ab iterato legentium itinere quaſi legitera. Scribendum, litera, ſimplici* t, *non littera. Unde literae dictae elementa?*

CAP. III.

Quae literae, a quibus, et quando ſcriptio inventa? 13

Oſtenſa origo erroris, in quem lapſi plurimi, de antiquitate literarum. Diſſenſiones auctorum pugnantium conciliatae. Literae Hebraicae ab Hebraeis inventae, omnium primae aſſertae; ante Moyſen et Abrahamum inventae primum, et ſcriptae ab Adamo, et ab Enos, aliisque filiis Seth: ea opinio teſtibus et argumentis firmata. Qvomodo ab Hebraeis literae ad alios, velut in colonias deductae; et a qvibus? De litigio literarum coram vocalibus apud Lucianum.

CAP. IV.

De numero literarum. 30

Hebraicae primo tantum decem; deinde excreverunt ad viginti ſeptem, cum duplicibus et finalibus; alioqui omnes omnino ſunt viginti duae. Dictum de auctoribus aliquot Graecarum et Latinarum literarum: nam Graeci primo vel ſexdecim, vel octodecim; Latini item primo tantum duodecim, deinde octodecim literas habuere. Quae tres novae literae Claudii; Quomodo ſcribendum digamma Aeolicum; Nubae populi literas habent quadraginta ſeptem, Sinenſes octoginta millia.

CAP.

bendi per lineas rectas, omnino viginti quatuor: octo in latum, octo in longum per lineas perpendiculares; octo in longum per diametrales. Hebraeorum vetus modus etsi antiquissimus, non tamen optimus. Omnium commodissimus modus, est communis noster. Scribere per versus, modus recentior Hebraeorum, Graecorum et Latinorum vetustissimus. Qvid Βεστροφηδὸν; *quid versus; quid Taepocon; Tabula cum viginti quatuor scribendi modis.*

CAP. IX.

De stylo ferreo, qvi antiquissimus; de osseo, qui inventus ad caelandam ceram. De saxeo stylo Arithmeticorum. De celte ex cap. XIX. *Iobi. De adamantino stylo vitrariorum. De digito et ungve styli loco usurpato. Calamus non inventus ad scribendum, ante usum membranae aut chartae. Penna avium recentior. Penicillus pictorum et Sinensium est calamus. Styli simul et atramenti vicem obeunt, carbo, creta, rubrica, plumbum.*

CAP. X.

De latere ac lapide quae prima materia. De foliis arborum; palma, malvae, oleae, Scriptum in pomo, in fungo, in corio, in frondibus florum; in libris seu tunicis corticeis arborum, in corticibus vivis. In ligneis tabellis quae dictae codices et codicilli a caudice; qvando. In linteis voluminibus; in plumbeis non voluminibus, sed tabellis. Qvid scheda; unde dicti pugillares;

CAP.

CAP. XIII.

De vocis etymo. Unde Latinis epiſtola dicta miſſa et miſſiva. Qvid Apoſtolicae literae; qvid Clericae, Canonicae, Circulares, Captivorum; Confeſſoriae; Commendatoriae, Formatae? Unde dictae Formatae et Formales? Exemplum epiſtolae Formatae, συνθήματα. Decretales epiſtolae, Dimiſſoriae, Apoſtoli, Laureatae, Memoriales, Metatoria, Adventoria, Aſpaſticon, Paſtorales, Synodicae, Syſtaticae, Pragmaticae, Tractatoriae, Tractoriae. Epiſtolae ad mortuos ſcriptae, a mortuis ſcriptae, ad diabolum ſcriptae, ad montem Atho ſcriptae. Literae Vriae. Initium literarum; Gaudere, Bene agere, Χαίρειν. Salutem P. D. Suo vel Suis. Clauſula Graecorum, Pax; Latinorum, Vale. De addendo ſcriptionis die et hora. Quid Cicero pro barbarorum Dato?

CAP. XIV.

Nuntiorum alii pedites, alii equites, alii curules et navales. Veredi et veredarii unde dicti. Qvi dromanarii, curſuales, et palladii equi? Qvid curſus publicus? fiſcalis, clabularis, et caballatio? Angari et Parangaria, Curſus publicus qvando plebi communicatus. Qvi curſores Eccleſiaſtici. Qvid facultas tractoria? Qvi Parochi? Qvid Carioſus? Qvid Saiones? Qvid Hippocomi? Qvis auctor primus curſus publi-

*** ſrae,

ſrae, ignorabiles literae, qvaſi literæ, compendia literarum, σίγλαι, vel ſigla. Siglum deſcendere à ſigillo. Notæ l terae vocantur ſingulae & ſingulariae. Ammianus notatus qvod Ægyptios characteres vocet ſingulas, cum ſint ſigla. Plurimae per notas ſcribendi artes, eaeque olim vulgares. Cauſae ob quas inventae Notae, quatuor: ſecretum, diſtinctio, brevitas, celeritas ſcriptionis; haec poſtrema quanta, quam velox. Notas inventas eſſe, non à Mecaenate, Aquila liberto, Cicerone, Tirone liberto, Ennio, Phylargyro, aut Perſannio, ſed ab Hebraeis circa tempora Danielis Prophetae.

CAP. XIX.

De Notis, inſignibus nobilitatis apud varias gentes; cur ſtigmata dicta notae Threiciae, puncta. ſigna focorum aut fugarum? Servi ςιγματίαι, ςιγῶνες, varii attagenes, Iſtriani, notis compuncti, inſcripti, caelati, literati, encauſti. Serviles notae, partem literae ſingulae, partem ſigla. Crimen, reis nonnumquam inſcriptum, per manus & totum vultum: ſaepius tamen non perſcriptum, ſed ſingulis tantum, aut binis literis expreſſum. Ita K *inuſtum Kalumniatoribus,* D *delatoribus, &* T *furibus,* M *homicidis apud Anglos, ritu à Syris mutuato. Vultum inſcribi vetuit Conſtantinus; denuo juſſit Theophilus Iconoclaſta. Militibus & ſacrificulis inuſtae etiam notae & puncta. Stylus uſtorius, καυτὴρ καὶ καυτήριον.*

In

In sulcos causticos atramentum infusum. Per transennam dictum de Caustice seu pictura ustoria cerarum apud veteres.

CAP. XX.

De notis pecudum. 198

Qvid signare? Signum ingenuum apud Ausonium. Equi σαμφόραι, *non à litera* Σ *inusta, sed ab episemo* ꟸ Σάν Πῖ Κοππατίαι, *ab inusto Kophe sen Koppa, non à* Κάππα. *Ferrum ustorium* τρυσίππιον *vel* ἱπποτροχὸς, *vel* χαρακτὴρ. *Qvid* ἀσφράγιςος.

CAP. XXI.

De notis Jureconsultorum. 202

De his Magno librum conscripsit. Justinianus & Basilius Imperatores earum usu omnibus interdixere: bonum factum, ad vitandas fraudes. Et cetera Notariorum, *Proverbio celebratum. Ostensum quanta subinde ab his notis damna accepta; quam varie earum interpretatio divinata. Unde* ff & Ð, *pro notis Digestorum, seu Pandectarum.*

CAP. XXII.

De notis Judiciariis. 213

Sententiæ à Judicibus per notas scriptæ. A. *Absoluo.* C. *Condemno.* N. L. *Non liquet. Alia tabella ab Augusto data ad ignoscendum.* θ & κ, *notae item condemnationis. Tau, nota superstitum in*

CAP. XXX.

Vis moralis eſt, ſubinde major quam teſtium; ex Jure oſtenſum. Unde id factum? Qvanta in ſcribendo chirographo adhibenda cautio, monſtratum documento Pulcheriae Auguſtae in Theodoſium fratrem. Qvae poena falſariorum? Cur a Juſtiniano vix permiſſa comparatio literarum? Qvi olim falſa Apoſtolorum acta ſcripſerint? Qvomodo punitus Valens dum Baſilio vellet ſcribere ſententiam exilii? Qvod Neronis votum, quando abs ſe quidam capite damnandus?

CAP. XXXI.

Acta ſeu Geſta. Sacra acta primum Clementis, deinde Fabiani juſſu ſcripta. Acta Natalitiorum quae? Repagularia, Diurna acta. Accepti & Expenſi tabulæ. Adverſaria qualia, & unde dicta? cur Transverſa appellata? Qvid ὀπισθόγραφα? Qvid Minutae et πρωτόκωλα? Annotatio. Qvid album? quam multiplex? Qvid rubrum et nigrum Jureconſultis? Qvid Pittacium? Annales quo differant ab Hiſtoria? Antigraphe, Apocha, Antapocha, Arreſtum, Authenticum, Autographum, Auctionariae tabulae, Brevia, Breviarium, Breviculus, Bullae, Plumbatores, Chirographum, Cautio, Commemoratorium, Commentarius, Monitores, Monitoria, Condicta, Diarium, Digeſtum, Diplomata, Edictum, Elogium, Ephemeris, Eulogia, Faſti ſacri & profani, Imbreviatura, Indigitamenta, Inſtrumentum, Inventarium, Repertorium, Kalendarium, Libellus, Laterculum, Mandata libera, Matrices, Notitia,

ſcriptae, & earum pretium in tabula expreſſum. Lupanaria inſcripta nominibus proſtibulorum, et pretio ſtupri. Servi appenſa pretii et morbi tabella venditi. Tragaediarum nomina et auctois propoſita in titulo, dum agebatur. Curiarum nomina in foro ſcripta: tabellae reis appenſae cum inſcriptione criminum. Res amiſſae, fixis programmatis quaſitae. Lapides milliarium et itinerum ſignatores ab inſcriptione dicti, Navibus appicta nomina et veteribus picturis. Tropaeis occiſorum nomina inſcripta, vexillis, ducum. Trajanus cur dictus herba parietaria? Qvo ritu expuncti tituli Tyrannorum.


CAP. XXXIV.

Sinenſibus ea aſſignata. Diverſa et facilior illiorum quam noſtra.

CAP. XXXV.

Qvid volumen, et unde dictum? Qvid cylindri? Unde pagina? Libri omnes olim volumina. Qvid cornua in volumine? Qvid umbilici? A quo primum malleata charta? Libri ubi primum circumciſi. Qvid frontes Librorum? *Charta & frontes pumice Laevigata. Librorum involucra e membrana diverſicolore; mox è tabellis purpura veſtitis; ne Libri barbati, hoc eſt villoſi fierent. Chartae contra tineas cedrino oleo delibutae. Qvid menis et corinis in libris, ex Auſonio.*

DE



DE PRIMA SCRIBENDI ORIGINE ET UNIVERSA REI LITERARIAE ANTIQVITATE,

CAPVT I.

Quid ſcribere? vnde dictum? variae item ejusdem vocabuli ſignificationes; et voces nonnullae contrarium ſignificantes.



SCRIBERE, *eſt vocem aut vocis partes ob oculos ponere per literas.* Ita fere Goropius Becanus libro 3. Hieroglyphicôn. Etymologia vocis SCRIBO vnde fluxerit, incertum. Aut nomen eſt primigenium (vt ſunt in quaque lingua plurima) aut forte a Graecorum

γράφω ducit familiam; non enim abhorret omnino adfinitas literarum, vt de γράφω fiat Scribo. Certe neque mirum esset, neque etiam inusitatum, mutari γ in sc, α in i, φ in b; quo facto fecisti de γράφω Scribo. Ita enim potestate conveniunt hae literae ut facillimus sit earum traiectus: nam Latini olim non habuerunt G, usque ad Carbilii tempora, auctore Plutarcho *; ejus vero loco utebantur C, unde dicebant Secobrica, Cneius & Caius, pro Segobriga, Gneius & Gaius. Ab A item in I, frequentissimus transitus: ut patet in omnibus compositis verborum Taceo & Iacio. Similiter Φ Graecum, in B, mutant semper Macedones, ut scribit in Lexico suo Graeco Arias Montanus: & Græcum ἄμφω, Latini scribunt Ambo. His ita transumtis literis, de γράφω habebis cribo; si S adjeceris ad vehementiam, Scribo. Jam vero Graecorum γράφω, Ioannes Avenarius Germanus in Lexico suo Hebraeo Wittembergae edito, derivat ab Hebraeo כָּתַב chataf, mutato ת in ר vt sit כָּרַב charaf, unde nullo negotio confeceris γράφω. Igitur sic originem suam Scribo ducet a γράφω; & rursum γράφω à כָּרַב cha-

* Nota est JCtorum de Gajo JCto contentio, Gajus an Cajus sit scribendum. A. Augustinus de *Nomin. propriis D. pag.* 104. Cajum scribendum esse contendit. Verum praenominis notam C. ut G. pronunciasse veteres auctor est Quinctilianus *lib.* I. *Inst. orat.* c. 7. Sic et Graeci Γάγος. Et promiscue in Marmoribus et numis Cajus et Gajus reperitur, vide Norisium in Cenotaph. Pisan. Diss. IV. c. 5. et de commutatione literarum C. et G. in legibus nostris, vid. Rad. Forner. *lib.* I. *Rer. quot. c.* 15.

charaf. Denique כָּרַב à כָּתַב chataf, quod significat Hebraice ſcribo, quem Avenarii locum indicari mihi curauit R. Pater Cornelius a Lapide, meus nuper in ſacrae Scripturae praelectionibus Lovanii Magiſter, vir Hebraearum rerum admodum peritus, & totius Scripturae prodituris breuî Commentariis futurus inmortalis. Non adfirmo tamen hanc originem; ſed pronuntio, Non liquere: magis vero adducor ut credam, quam cum Goropio faciam, qui nimis argute eius vocis natales arceſſit a Cymbris.

Γράφω Graecorum, Scribo Latinorum, imo et כָּתַב *Hebraeorum*, inquit lib. 11. Hieroglyph. ſub finem, *natales ſuos Cymbrico noſtro ſermoni acceptos ferre debent.* Grab *enim Cymbris omnem foſſam ſignificat. Voci* Grab *ordine literarum et ſignificatione contrarium eſt* Barg, *quod montem notat. Nos iam* Graf *pro* Grab *dicimus, mutato B in F. Ab hoc poſteriore* Graf, *quod ſignificat fodio, Graeci retinuerunt γράφω, mutato* F *in* Φ, *ut vis literae poſtulabat, unde grammata pro literis*, &c. *Iam Latinorum Scribo manauit a Germanorum* Scrib, *quod Belgae dicunt* Scrif; *cuius verbi ratio petenda eſt a* Scrab, *et hujus rurſus a* Crab, *quod idem eſt ac frico, &c. Qui vero tanta vi fricat, ut ductus ſui ſignum inpreſſum relinquat, is* Scrabben *dicitur, ſibilo vehementiam addente. Hinc denique venit* Scrib *Germanicum, et* Scref *Belgicum vocali longa quod lineam deſignat. Hebraeorum autem* כָּתַב chataf *quo ſcribere deſignant, longius ab origine receſſit*, &c. כָּתַב *enim a* Boeck-teken (*quod eſt librum ſignare*

ſeu ſcribere) deriuari non dubito, ſolo N *reiecto, et verbo praepoſtere pronuntiato.*

Ingenioſa quidem Goropii diuinatio, ſed quam plures, ſcio, ridebunt quam veram eſſe credent. Nos potius exiſtimemus vocem eſſe de Aboriginum genere, quando apud nullam gentem certa exſtant eius familiae veſtigia; vel certe, quod vero videtur eſſe proximum, a *γράφω* & כָּתַב chataf deducamus. Sed hoc iam agamus, quibus praeterea rebus ſignificandis ſit inpoſita vox Scribo: ne qui forte ſaepe alias legerint, multa ſolita eſſe ſcribi, ſed non tamen literis ſcribi, exiſtiment declinatione laboris aut obſcuritatis, praecipua quaeque ſcriptionis myſteria a me eſſe praeterita, qui perſequi omnia pro libri hujus inſtituto debebam.

Igitur, *fata ſcribere* & *fata ſcribunda aduocare*, eſt de recens nati infantis felicitate bene ominari; id quod fiebat die Luſtrico ſeu Nominalium, vt Tertullianus loquitur. vide Scalig. ad illa Auſonii verba: *Dictaſti ſatis verba notanda meis.* lib. II. Obſeruat. cap. XXII.

Dicam ſcribere, eſt nomen alicuius pro inſtituenda accuſatione ad Judicem deferre. Cic. Verr. IV.

Seruo libertatem ſcribere, eſt dare. Quinctil. declamat. 380. & alibi Ulpianus.

Tutorem ſcribere, eſt conſtituere. Cic. pro Cluent.

Scribere pro pingere apud Plin. lib. XXXV. cap. X. *Scripſit Apollinem*, &c.

Scribere digitis, eſt nutibus loqui. Ouidius: *

in digitis litera nulla fuit.

Ennius

* *Amor.* 5. 1. 18. Ennius ex *incert Tragoed. et Com. p. m.* 311.

Ennius de quadam inpudica: *his dat digito literas*, quod Salomon dixit Prouerb. VI. *Annuit oculo, terit pede, digito loquitur.*

Scribere pro arare apud Ennodium in Paneg.

Cum bene molitos incurui dente ligonis
Scribit agros.

Alibi: *Nisi edomitam terram ter quaterque agricolae ligonibus scripserint.* Item Sidonius Apollin. carm. XI. verſ. 412. *in descriptosque per agros*
Fragrat odor.

Scripturarius ager, pro quo depaſcendo, *Scriptura*, hoc eſt, certum vectigal ſoluitur publicano.

Conſcribere, eſt colligere ſeu adlegere, hinc *Patres conſcripti.* eſt & vibicibus verberum notare: Plautus Pſeudolo: *Stilis me totum usque ulmeis conſcribito.*

Subſcribere eſt poſt accuſationem ſecundo aut tertio loco dicere contra reum: unde *ſubſcriptores.* vide Budaeum Annot. poſter. in Pandectas, & Sigon. de Iudic. lib. II. cap. X.

Praeſcribere, longa annorum conſuetudine ius acquirere; apud Iureconſultos.

Haec pauca, ſed fere praecipua ſcribendi vocabula ſuffecerit explicaſſe; quae alienae ſignificationis quadam veluti praeſcriptione irrepſerant in ius aliorum verborum: ſed & ab aliis vocabulis verbum ipſum Scribo, veluti talionis lege inuicem fundo ſuo ſubinde depulſum eſt non inſcita Metaphorae tralatione. Ita *Pingere* pro *Scribere* poſuit Martial. lib. IX. Epigr. XIV.

Nomen Acidalia meruit quod arundine pingi.

Arare et *exarare.* Iſid. ex Atta Satyr.

Mucroneque aremus oſſeo.

in cerata nempe tabella. Ovid. III. de Ponto:

Ad fratrem ſcriptas exarat illa notas.

Effodere. Petron. Satyr. *Verba atroci ſtilo effoderent.*

Sulcare. Ennod.

Otia Niliacis non paſſus carmina biblis
Sulcaui.

Illudere. Horatius lib. I. Sat. IV.

Si quid datur otI
Illudo chartis.

Illinere. Idem ibidem:

Et quodcumque ſemel chartis illeuerit.

Ducere. Ovid. I. Triſt. eleg. X.

Tamen ipſe trementi
Carmina ducebam qualiacumque manu.

Lineare. Marcianus Capella lib. III. *Literarum formas lineare.*

Iam contrarium quae voces ſignificauerint, videndum eſt; nam & eae ad ſcribendi argumentum pertinent.

Liturare apud Sidonium eſt epiſt. IX. lib. VIII.

Litura coercere apud Flaccum epiſt. ad Piſones:

Carmen reprehendite, quod non
Multa dies et multa litura coercuit.

Unde urbaniſſimus ille iocus de litura in Verrem Actione II. *Videtis extremam partem nominis; caudam illam Verris, tamquam in luto demerſam eſſe in litura?*

In ſpongiam incumbere. De ſua Aiace, deleta ſcilicet, dixit Auguſtus Caeſar apud Suetonium capite LXXXV. Scribentibus enim, ad caſtiganda ſcripta, ſemper ſpongia erat ad manum; quam totam atramento imbuebant, ut ita literas litura nigra inducerent: quod Auſonius expreſſit carmine ad

ad Theonem: *Aut cunctis pariter versibus oblinat*
Fuluam lacticolor spongia sapiam.
Vnde est illud Martialis Epigr. x. lib. IV.
Instructum comitetur pumice librum
Spongia; muneribus conuenit illa meis.
Non possunt multa nostros, Faustine, liturae
Emendare iocos; vna litura potest.

E quibus locis adparet, talem fuisse spongiae vsum, non ita multis obseruatam. Alioqui spongia sola sine atramento deleri poterant literae e pugillaribus & gypso, ut hodieque facimus adspersa saliua; de quo ita Varro:

Sin displicebit tam tibi latum mare,
Tantum parato spongiam deletilem.

Adnotauit autem Cuiacius, ab optimis quibusque scriptoribus pro *delere* dictum esse *spongia effingere*. ita Cicero pro Sestio: *Spongia sanguinem effingi.* Cato: *Fiscinas spongiâ effingat.* Apuleius I. *Vulnus spongia effingens.* Liuius lib. XXXIX. *In domo spongiis effingi solent.* Haec ille lib. XIII. Obseru. cap. XIII. *

Delere. Cicero pro Cluent. † *Digito legata deleuit.* e cera vel e charta, opinor, deletitia, qualis est flaua illa nostrorum pugillarium; nam digito alioqui deleri nequissent. Spongia enim deletili (ut Varro eam vocat) sulci cerei obduci non possunt; sed tantum literae vel creta, vel atramento, vel carbone, vel rubrica, aut etiam stilo in charta de-

 leti-

* De usu spongiae apud antiquos late Pitiscus in *Lexico Antiqv.* voce *Spongia* et ad d. Sueton. locum.

† *Cap.* 14. In tabulis ceratis testamentum fuisse scriptum rectius conjicit Sylvius ad *d. l.*

letitia ductae ; vt patet ex illo Augusti responso, dicentis, suam Aiacem incubuisse in spongiam, hoc est deletili spongia deletam.

Stilum vertere. Horat. Sat. x. lib. i.

Saepe stilum vertas, iterum quae digna legi sint Scripturus.

Cicero ii. Verrina: *Vertit stilum in tabulis suis.* Diuus Hieronymus epist. ad Domnionem: *Stultus ego qui meliorem stili partem eam legerim quae delerit, quam quae scriberet.*

Abolere peremptoriis rubricis. Sidonius Apollinaris libro viii.

Cancellare. Transuersariis lineis sicut cancellis inducere, inquit Nebrissensis. Unde forte Cancellarius dictus, quod responsa et rescripta Principum mala scripta cancellet.

Inducere. Cicero lib. i. ad Att. epist. xv. lib. xii. epist. xii. lib. xiii. epist. cclxxii. vide Forensia Budaei.

Expungere. Plautus Cistellar.

Ut expungatur nomen ne quid debeam.

Ita, *milites expuncti*; et, *stipendiis militem expungere*, apud Paul. lib. penult. de re militari, est militem aere diruere. *

Di-

* Est L. penult. D. de *Re milit.* quae Papinianum habet auctorem *lib.* 19. Responsor. non Paulum, ut Auctor noster; neque Tarruntenum Paternum, ut Russardus, Charondas, & J. Curtius *lib.* iv. *Conjectur. cap.* 17. contendunt. illi enim non scripserunt libros responsorum. Neque cum Vulgata, Haloandro, Russardo et Nostro vox *impendiis* mutanda est in *stipendiis. Impendium* enim rationes inpensarum notat, Brisson. d. v. Hinc *inpendiis expungere* est, rationibus eximere; *expungere*, de qua voce vide Lipsium 1. *Dial.* 2. *de Milit. Rom.*

Dispungere. Seneca lib. IV. Benef. cap. XXXI. *Apud me istae expensorum acceptorumque rationes dispungentur.* Hic finem facio, & copiam dispungendi, si fui longior.

CAPUT II.

Quid Literae, et unde dictae?

QUONIAM supra diximus scriptionem omnem fieri per literas, hic fuit ante alia de iis agendum. Igitur literas definit Isidorus libro I. cap. III. *Indices rerum, signa verborum.* Gregorius Tolosas lib. XVI. Syntax. cap. III. *signa pronuntiationis.* Melius sane quam Scaliger lib. I. De cauff. ling. Lat. cap. V. qui eas vocat *minimam partem dictionis*; melius quam Goropius lib. III. Hermath. qui cum veteribus quibusdam contra Scaligerum, adpellat eas *minimam partem vocis.* Neque enim literae seu scriptae seu non scriptae, possunt partes esse vocis aut dictionis, qua vox aut dictio est, nisi qua scripta vox aut dictio est; quando omnis vox aut dictio, qua tales sunt, soni sunt: litera autem qua litera est, objectum visus est, (neque enim litera auditur, sed sonus literae pronuntiatae; neque quamdiu scripta non est, litera est:) ecquid igitur res visibilis pars erit soni? Recte ergo literae signa pronuntiationis: etiamsi enim pronuntiatio in sono consistat, potest tamen ejus signum aliquod sub visum cadere. Sic Hebraei literas אותיות Othioth, id est, signa, vocant, inquit Greg. Tolosas lib. XVI. c.

III. De arte mirab. Sed proprie ea vox significat signa signorum; id quod clarius literarum indicat naturam: sunt enim literae signa vocum, voces autem signa rerum; sunt ergo literae, signa signorum. Atque hinc confirmatur Isidori sententia, definientis, literas esse *indices rerum; signa verborum*. Primo enim literae signa sunt vocum, deinde signa rerum per voces. Loquor de literis non hieroglyphicis: quarum nonnullae signa sunt vocum simul & rerum; plurimae autem signa tantum ipsarum rerum, ut adparet in Notis hieroglyphicis, Astronomorum et Arithmeticorum. Certe non possunt mihi probari quorumdam veterum Grammaticorum, ut Prisciani, Diomedis & Marii Victorini opiniones, qui literam definiunt vocem aut minimam partem vocis. Illud autem miror praecipue, neque illos ipsos sibi satis constitisse in litera definienda; nam Diomedes libro II. & Priscianus lib. I. dicunt; *vim ipsam seu potestatem vocari elementum; literam autem esse figuram tantum illius potestatis*; ex Scauro, qui literam appellat *vocis, quae scribi potest, figuram*. Quomodo igitur litera erit vox, aut vocis pars, si est *ipsius elementi nota quaedam et imago*, ut loquitur Priscianus. Sic Graeci σημεῖα, σήματα, id est signa, teste Herodoto; item τύπους, id est formas: χαρακτῆρας, χαράγματα, id est, sculpturas: propriissime vero γράμματα vocant, id est lineaturas, quia γραμμαῖς, hoc est, lineis constat. Sic denique *Latini*, inquit Scaliger loco citato, *quia literae omnes lineis constant, a lineando, eas primum dixere lineaturas, deinde literas*. In quam sententiam pridem etiam scripsit Bibliander in Commentar. literarum: *Denomi-*

nominantur literae, inquit, *a lino, unde linea et lineamentum etiam dicitur*. Vera, nisi fallor, Bibliandri & Scaligeri sententia: nam & Marcianus confirmat libro III. ubi sic loqui facit Grammaticam: *Mihi attributum literarum formas lineare.* Oculi ergo obiectum sunt literae, sicut & omnes lineae, non aurium; quare pars vocis aut dictionis, hoc est soni, quî erunt? Hinc adparet etiam Prisciani error, qui *literas a lituris, quod delerentur*, derivat: *prius enim factae quam deletae*, inquit Scaliger. Sed occupat his verbis Scaligerum Goropius: *Bene fortassis, nisi mortales quoque homines vocarentur.* At meo quidem iudicio frustra est illa Goropii similitudo, neque Scaligeri ratiocinationem infringit: non enim recte homines vocarentur mortui, ut mortales vocantur. Sic literae sane non recte liturae, etsi forte possent liturabiles dici. Insurgit denuo Goropius: *Litura non solum deletionem, sed etiam tectorium seu incrustationem significat apud Columellam; ab hac litura, litera dici videtur; cum nempe tabulis primum cera illinebatur ad scribendum; quae cera instar crustae alicuius seu liturae erat, quando tabulis erat allita.* Abit in hanc sententiam cum Goropio Neapolitanus A Porta lib. De not. furt. cap. XII. Ego tamen abeo in alia omnia: nam quia si a litura tali litera dicta est, quomodo igitur literam prima syllaba omnes Poetae producunt, lituram prima syllaba corripiunt? *Bella res*, inquit Goropius, *quasi non omnes veteres duplici tt litteram scriberent, non autem literam, ut in Orthographia sua adnotauit Manutius.* Tamen Goropi, plurima veterum exempla faciunt. ut Manutio vix credam; & certe ratio facit, quia non

non ſcribitur *littura*, unde tamen vis ita ſcribi *litteram*. Denique cur non credam, literas apud Latinos dictas eſſe a linea, quando Graeci a γραμμὴ, id eſt linea, eas appellant γράμματα? quando tu ipſe Goropi, lib. ſecundo Hieroglyphicôn ſub finem; verbum Scribo deriuas a Cymbrica voce *Screff*, quae lineam notat, ut ipſe interpretaris? Fateor tamen, ingenioſum eſt tuum de literae etymologia commentum; adeoque dignum viſum quod huic loco intexerem, ne quid de literae etymo deſiderari poſſet: Let *membrum ſignificat: quae vox a delicatioribus Lit effertur. Apud Cymmerios*, Em, *vocem notat, unde* Aeſem, *halitus, qui eſt eſca vocis*, Aeſ-em. Ter, *vel* Der, *articulus eſt, quamobrem* Let-ter-em *notabit, membrum ipſius vocis. Sed quia* Let *dicimus et* Lit; *ex litterem, Latinus fecit litteram; quae nobis iam breuitatis cauſſa, in ſingulari eſt* letter, *in plurali* letteren. Non abnuo, vt alius quis Goropio hoc credat; ſed vereor id eſſe unum de paradoxis illis de quibus ipſemet Goropius dicit initio libri III. Hieroglyphicôn, *Audiuiſſe ſe frequenter a viris Latinae, Graecae, Hebraicae linguae peritiſſimis, dogmata ſua plurima rationibus niti admodum firmis, et talibus vt eas vel reiicere vel frangere nequeant; ſed tamen adduci non poſſe ut ea probent aut vera eſſe fateantur.*

Iam vero nec probare poſſum Iſidori & Servii opinionem, qui *literam* quaſi *legiteram* appellant, quod legentibus praebeat iter, aut legendo iteretur. Multo vero minus ſtomacho meo facit frigidum illud Marii Victorini figmentum: *Quidam dixerunt leuiteram, quia leuat ut iteretur, id eſt, delectat*

lectat iterum ut scribatur. * Illud autem omnino certum habeo, literas esse *elementa* dictas, vt Iul. Scaliger & Tolosas docent, quod ex illis componantur dictiones, sicut ex his corpora mista: quod adfirmant item Priscianus & Tertullianus lib. v. contra Marcionem. Clarissime autem his versibus Lucretius docuit libro II. De rebus natura. vs. 687.

Quin etiam passim nostris in versibus ipsis
Multa elementa vides, multis communia verbis;
Cum tamen inter se versus et verba, necesse est
Confiteare alia ex aliis constare elementis.

Unde admiror Diomedem Grammaticum, qui ita literam dividit ab elemento, vt litera sit id quod scribitur, elementum autem vis ipsa & potestas literae. †

CAPVT III.

Quae literae, a quibus, et quando scriptio inuenta.

NON alia res est, in qua plures magisque pugnantes sententiae reperiantur; atque haec tracta-

* De literarum origine haec adnotat Henr. Ernstius *lib.* I. *c.* 25. *Var. Observ. T.* v. *Thes. Jur.* omnes originem trahere ex elementis literarum J. et C. atque sic ad lineam rectam vel curvam referri posse.

† Aliter haec explicat H. Ernstius *d. l. c.* 26. a voce Graeca Στοιχεῖα *gradus*, per quos et in quibus unaquaeque res ad sui perfectionem tendit, elementorum significatum repetens. Sic στειχω *ordine incedo* et Latinorum elementum ab ἐλάω *progredior*. Plura de arte scribendi et inventione literarum dabit Ill. N. H. Gundling *in Histor. liter. Germ. tom.* I. *c.* 3. §. I. *et* 6.

tractatio de prima literarum & ſcriptionis origine. Videas diſſipatum Penthei corpus. Quod vero huic diſputationi tenebras denſiſſimas adfert, eſt ipſa ſcriptorum nimia multitudo. Unde profectum, vt neoterici maxime in tam diuerſas ſententias diſceſſerint, non animaduertentes ſcilicet Gentium totarum & Regionum nomina fuiſſe interuallis temporum mutata, in quibus repertae & excogitatae primum literae; & easdem Regiones ac Gentes diverſis nominibus apud veteres appellatas ſubinde fuiſſe; immo & literas mutatas a quibusdam, ſervatam tamen ſartam tectam linguam; ut de Hebraeis nemo ambiguum habere poteſt. Et vero ab aliis retentas literas, mutatum loquendi genus; vt certum eſt de Italis & Hiſpanis, de Gallis, Belgis, Germanis, & Anglis. Hinc enim uſu venit, ut qui neſcierunt, Hebraeos exempli gratia ante tempora Noe uſque ad Adamum fuiſſe gentem ſine nomine Hebraeorum; poſt vero eamdem vel ab Heber filio Sale, vel ab habitatione trans, ſeu עֵבֶר *heber*, flumen, Hebraeam eſſe dictam: deinde a temporibus Iacob eamdem appellatam eſſe Iſraeliticam; denique vocatam Iudaicam: ſubinde vero ab Aſſyria in qua habitauit, Aſſyrios; a Phœnicia, quam coluerunt, Phœnices; ſicut Chananaeos, Aramaeos et Syros: hinc inquam factum ut inter ſe adeo digladiati ſint, non obſeruantes tamen ſe rixari de nomine, conuenire de loco & gente.

Vult enim Philo literas ab Abrahamo primum inventas: Joſephus Judaeus, & ex eo Polydor. Virgilius, Opmerius, Gregor. Toloſas, Ludouicus Viues, Ioannes Annius Beroſi interpres, excogita-

gitatas eas esse ab Enoch filio Seth, diu ante tempora Abrahami; Bibliander, ab Adamo; Eupolemus, Eusebius, Clemens Rom. Cornelius Agrippa, Crinitus, Textor, Giraldus, a Moyse; Clemens & Cyrillus Alexandrini, Herodotus, Pompon. Mela, Herodianus, Rufus, Festus, Zopyrion, Phornutus, Plinius, Lucanus, Iosephus Scaliger, a Phoenicibus; D. Cyprianus, a Saturno; Tacitus, ab Ægyptiis; nonnulli in Bibliotheca Diodori, ab Æthiopibus: alii ab aliis, usque ad nauseam. Igitur ne deinceps in hisce Cymmeriis tenebris errabundi vagemur, hoc primum statuendum est; Primam gentem illam quae ab Adamo per filium eius Seth, per Noë, per Heber, per Abraham deinde descendit ad Israelitas, seu posteros Jacob, prima aetate, quae fuit inter Adamum & Noe, nullum certum habuisse gentis nomen, sed toto orbe fuisse dispersam aliisque permistam, unoque cum Caini posteris idiomate usam: *Erat terrae labii vnius et sermonum eorundem*, inquit Scriptura Gen. XI. capite. Post Noe item usque ad Heber LXVII. annis a diluvio; vel tantum usque ad habitationem Arphaxat ultra flumen, eadem gens adhuc anonyma fuit. Sed postea, vel ab עֵבֶר *Heber*, quod trans significat; vel ab Heber filo Sale, vocata est Hebraea: quod unum nomen retinuit, donec Iacob vocatus est Israel, ac tum coepit praeterea vocari Israeliticus populus. Eadem autem gens a posterioris Scriptoribus vocata est Assyrii, Syri, Phoenices, Aramaei & Iudaei, ob loca quae inhabitavit, ut scribunt Guilielmus Postellus ad Cardinalem Carolum, Ioan. Annius in Not. Berosi, Sigon. de Repub.

Repub. Hebr. lib. I. cap. I. Polydorus Virgil. libro I. cap. VI. Bibliander De ratione linguarum, Iosephus Scalig. in Notat. Eusebii, in posthuma item epistola quadam ad Christoph. Puteanum, & in Explicat. nummi cuiusdam Constantini, ubi sic ait: *Chananaeis, id est, Phoenicibus tempore Abrahami lingua Hebraica fuit in usu.*

Haec porro gens Hebraea sola retinuit proprium idioma (quo antea omnes omnino homines fuerant locuti, Adam, Sem, Noë, eorumque posteri) post Babylonicam confusionem, inquit Sigonius loco citato, Opmerius, Viues, & complures alii, de quibus post. Mutauit autem literas, auctore Hieronymo, cum iis quas hodie ab Esdra habemus, ut scribunt praeterea plurimi. Eae enim fuere veteres, quas postea adferam Adamo adsignatas in Bibliotheca Vaticana, immo iis forte priores sunt illae decem quas Irenaeus vocat Sacerdotales.

His constitutis, arbitror omnino certum esse, primas literas fuisse Hebraicas: nam prima lingua fuit Hebraica*, vt constat ex nominibus primis *Adam* & *Eua*. *Omnes autem fere gentes*, ait Ammonius Philosophus a Giraldo laudatus, *quemadmodum propria sibi voce, ita singularibus ac propriis quoque usae literis*; neque literarum figurae ante coeperunt esse diuersae, quam diversitas idiomatum

* Hoc aperte negat Jo. Clericus in *Dissertat.* Pentateucho adjecta: de *Lingua primaeva*. Adde Gundlingium *d. l.* §. IV. ibique allegatos, et Morhof. in *Polyhist. T.* I. *lib.* IV. c. I. Verosimilior Auctoris sententia est, et post longam disputationem ad primos parentes Adamum et Evam erit recurrendum, vid. elegantem Steph. Morini *Exercitat. de Lingua primaeva.*

tum nata eſt in confuſione Babel. Numquam enim unius alicuius linguae aut gentis literas legimus fuiſſe diverſas; niſi forte capitales ſeu initiales, medias & finales, ut apud Arabes; vel ſolas initiales & finales, ut apud Hebraeos; vel ſolas capitales, ut apud Latinos: aut certe quando gens aliqua in alterius venit poteſtatem; a qua cum legibus etiam literas acciperet.

Atque ut auctoritatibus Scriptorum eam opinionem confirmem: eſt in primis Plinii haec ſententia lib. VII. cap. LVI. ita loquentis: *Literas arbitror ſemper fuiſſe Aſſyrias*; id eſt Hebraeas, ut ego interpretor, quia in Aſſyria ab Hebraeis primum habitata fuit, ut nemo ignorat, etiam ſecunda aetate, a Noe uſque ad Abrahamum; & ante item quam ipſi Hebraei vocabantur, a primis hominibus prima aetate; qui omnes Hebraice loquebantur.

Deinde eſt eorum omnium ſententia, qui, ut idem Plinius ſcribit: *Literas apud Syros repertas volunt, et apud Phœnices*. Syria enim, vt ex Plinio notauit Polydorus lib. I. cap. VI. dicta fuit & Aſſyria, & Phœnicia, & Palaeſtina; & Judaea, et Babylonia. Verba Plinii lib. V. cap. XII. ſunt hujuſmodi: *Syria quondam terrarum maxima et plurimis diſtincta nominibus: namque Palaeſtina vocabatur, qua contingit Arabes, et Judaea, et Cœle, dein Phœnice*, &c. *ac magis etiam meridiana, Babylonia; & ultra Armeniam, Adiabene, Aſſyria ante dicta.* Cum Plinio ſtat Xenophon libello de Æquivocis; capite de Æquiuoco Proteos; his verbis: *Tota regio quae eſt a Sydone ad Jamineum portum cum ante Aſſyria diceretur, e Phœnice nomen*

accepit, &c. In quae verba ita commentatur Ioan. Annius: *Nini proprium nomen Aſſyrius; is ſubegit Aſiam totam et Africam usque ad Libyae terminos; hinc omnes illae regiones a victore dictae Aſſyria; ſicut poſtmodum inferior haec regio, a Syro victore, dicta Syria.* Euſebius autem et in Notis ſuis Scaliger dicunt, Syros degeneraſſe ex Chananaeis ſeu Phœnicibus, qui omnes loquebantur Hebraice. Idem obſeruat Poſtellus ad Carolum Cardinalem, Phoenices eosdem eſſe qui dicebantur Hebraei, eſſeque easdem Phoenicum et Hebraeorum literas.

Eſt item eorum (qui plurimi ſunt) ſententia; qui nempe literas primas faciunt eſſe Phœnicias, hoc eſt Hebraicas, ſeu Chananaeas, ut deinceps interpretabimur cum Theod. Bibliandro, de origine literarum, & cum Ioan. Annio, interprete Beroſi, qui in Beroſi Praefatione easdem facit literas Chaldaeas, Phoenicias, & Aſſyrias. Ii autem fere ſunt: Timo Syllographus apud Sextum Pyrrhenium: Φοινικὰ σήματα Κάδμου.

Lucanus:

Phoenices primi (famae ſi credimus) auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

Plinius lib. v. cap. XII. *Ipſa gens Phoenicum in gloria magna eſt literarum inuentionis.* Clemens Alexandrinus lib. I, Stromat. *Cadmus erat Phœnix qui fuit Graecis literarum inuentor, vt ait Euphorus: alii autem dicunt Phœnices et Syros primos excogitaſſe literas.* Nec abſimiliter ſentit Cyrillus Alexandrinus lib. VII. contra Iulianum Apoſtatam. Laurentius Valla ad lib. Tuſc. Ciceronis, laudat eius ſententiae teſtes, Herodotum, Herodianum, Ta-

citum

citum, Rufum, Festum. Gyraldus Dialog. 1. De Poet. adfert praeterea Pompon. Melam, Zopyrionem, Phormutum, Suidam (ipseque mox addit: *Sunt inter Auctores qui Phoenicias & Hebraeas easdem pene fuisse literas tradunt, atque ab Hebraeis Phoenicas accepisse; non ab Aegyptiis, ut Tacitus credidisse videtur; quae vera est opinio.* Theodorus Bibliander lib. De rat. ling. cap. de orig. literarum. *Plutarchus Phoenicibus, ut plerique alii, adscribit hoc inventum. Phoenices autem Hebraeos intelligere videtur. Cum enim quaestio mota esset cur Alpha primum locum obtineret inter literas; respondet: Quia Alpha bovem significat Phoenicibus, quem ipsi primum aestimant inter res necessarias: Aluph autem bovem significat apud Hebraeos.* Ergo iidem sunt Phoenices & Hebraei. Guilielmus Postellus de Phoenicum literis Praefat. ad Cardinalem Lotharingiae; & cap. de prisco Phoenicum charactere: *Graecos habuisse usum literarum ab Hebraeis, qui iidem sunt Phoenices, Eusebius ex nominum ratione testatur. Sed more Chaldaico, addito fere ubiuis ad vocabuli finem elemento, A, vocabula protulerunt; verbi gratia, Alfa pro Alef, Beta, pro Beth, Gamma pro Gamel seu Gimel, Delta pro Dalet.* Denique Iosephus Scaliger epistola postuma ad Christophorum Puteanum, & in Explic. nummi Constant. *Ex numismatis* inquit, *quae quotidie effodiuntur in partibus Tyri et Sidonis, in quibus characteres illi* (Phoenicii) *extant sine ulla mutatione; nam lingua Hebraica est quae in usu fuit Chananaeis, hoc est Phoenicibus, tempore Abrahami.* In Notis item Eusebii circa annum orbis conditi MDCXVII. *Phoeniciis olim omnes et Chananaei et Hebraei usi sunt, adhucque Samaritani utuntur; ne-*

que aliae in usu fuerunt a temporibus Moysis, usque ad excidium templi.

Sed ne longum faciam, adferendo auctoritates non omnino clarissimas; clarissimis verbis eamdem sententiam tradidere, Ioannes Annius, initio libri primi Not. Berosi: *Quod*, inquit, *ab Adamo coeperint literae et disciplinae infusae, non est ex fide tantum, sed etiam historia Gentilium, et traditione Chaldaeorum, qui se Astronomiam et literas habuisse ante Alexandri monarchiam, tribus millibus et* DCXXXIV. *annis asserunt. Erant igitur in usu literae et ars fusilis, mille annis ante inundationem. Porro viuente Adamo et agente annum* DCXXII. *natus est Enoch Genes.* V. *Quare coniectura est et firmum argumentum, eumdem Enoch ab ipso atauo suo primo Adamo suscepisse literas.* Item Petrus Gregorius Tolosas lib. XV. Reipub. cap. I. his verbis: *Constat antiquissimam esse literarum inuentionem, eamque traxisse originem primam et characteres ab Hebraeis, non a Chaldaeis vel Graecis.* Paulo vero superius: *Ab Hebraicis characteribus aliarum linguarum et nationum characteres efformati et tracti videntur; paullum pro more, et antiquitate, et usu variati, et a rectitudine in aliam delineationem vel imperitia scribentium vel alio casu declinantes.* Item sub finem: *Fuere tamen aliae gentes, quae vel aliquas addiderunt, vel alias figuras adinvenerunt ex consensu receptas.* Theodorus Bibliander Commentario de literis, cap. de Grammatica et literis: *Primus homo*, inquit, *et Patriarcha totius humani generis literas divina inductione reperit.* Polydorus Virgilius lib. I. cap. VI. *Reperimus ante diluuium Noe apud eos omnino usum fuisse literarum. Iosephus enim*

enim in I. *Antiq. cap.* IV. *tradit filios Seth* (*qui fuit filius Adae*) *in duabus columnis disciplinam caelestium rerum a se primo inventam conscripsisse. Quo apparet jam tum literas fuisse; quas, fieri potuit, vi aquarum deletas Moysen dein adinvenisse*, &c. *quapropter rectius, mea quidem sententia, Philo primam literarum inuentionem tribuit Abrahamo qui Moyse antiquior est. Nisi hoc sit potius filiis Seth attribuendum, qui ipsum etiam Abrahamum multis annis praecesserunt.* Angelus Rocha a Camerino Commentariis in Biblioth. Vatic.. *In Bibliotheca Vaticana e regione primae columnae parastaticae a tergo introitus Bibliothecae pictus est Adam*, &c. *Supra hujus caput literae Hebraicae antiquae leguntur: ad ejusdem pedes inscriptio Latina in hanc legitur verborum formam: Adam diuinitus edoctus primus scientiarum et literarum inuentor. Ratio autem ipsa persuadet, Adamum*, &c. *characteres aliis praemonstrasse*, &c.

Vero simillima, vt ego quidem censeo, Polydori, Bibliandri, Tolosatis, Annii, & Angeli sententia; quam tenuerunt praeterea Ludouicus Viues in cap. XXXIX. lib. XVIII. De ciuit. Ioannes Tzetzes Chiliad. XII. Opmerius Chronici sui fol. XVI. Neque aliud, opinor, dicere voluit Plinius, cum scripsit lib. VII. cap. LVI. *Aeternum sibi videri esse literarum usum.* Et ex Platonis Tymaeo Iustinus Martyr, *apud Aegyptios multorum annorum millium usum literarum fuisse proditum*; quam nempe ab omni hominum memoria, etiam initio conditi orbis usum fuisse literarum. Bene ergo ait Opmerius loco citato. *Non Esdram primas inuenisse literas, ut Hieronymus putauit Praefat. in lib. Regum, et Agrippa lib.* II. *Occultae Philosoph.*

 sed

ſed ab eo potius (poſtquam patriis ſedibus fuerant depulſae) jure quaſi poſtliminii vindicatas et Iudaeis reſtitutas, ut ſcripſit Auguſtinus lib. XVIII. de civ. cap. XXXIX. in haec verba: *Non eſt credendum quod nonnulli arbitrantur*, &c. *Hebraeas literas ſolum a lege coepiſſe, quae data eſt per Moyſen, ſed potius per illam ſucceſſionem Patrum, memoratam linguam cum ſuis literis cuſtoditam; nam Moyſes in populo Dei conſtituit qui docendis literis praeeſſent, priusquam diuinae Legis ullas literas noſſent: hos appellat Scriptura, Grammaton iſagogos.* Similia ſunt Auguſtini verba Quaeſt. LXIX. Exodi, diſputantis qui ſint γραμμάτων εἰσαγωγεῖς. *Hic ſane ſignificatur quod ante Legem datam habuerint Hebraei literas*, &c. *Nonnullis enim videtur a primis hominibus eas coepiſſe, et perductas eſſe ad Noe, atque inde ad parentes Abrahae, et inde ad populum Iſrael.* Omnino autem clara ſunt Suidae verba, voce Adam: *Adam*, inquit, *primus homo Dei manu effictus*, &c. *Hujus ſunt artes et literae, hujus ſcientiae rationales, et non adſtrictae legibus rationis; huius, prophetiae, ſacri ritus, purgationes, leges ſcriptae pariter et non ſcriptae; hujus denique ſunt omnia inuenta et diſciplinae, et quaecumque ad vitam atque conuictum utilia ſunt et neceſſaria.* Et certe credibilis omnino eſt illa Opmerii aliorumque coniectura; nam eodem prorſus modo Diodorus Siculus demonſtrat erraſſe Graecos in laudando Cadmo, ut primo Graecarum literarum auctore, qui tantum fuit earum inſtaurator, poſtquam Graecae literae omnes ingenti diluuione fuiſſent extinctae. Adeoque ſimili errore narrat Ludouicus Viues lapſos eſſe Eupolemum, Artapanum, aliosque profanos ſcriptores,

ptores, qui Moyſen de Hebraicarum literarum vindice, fecerunt etiam primum auctorem. Et Guilielmus Poſtellus de Literis Phoenicum, ad Carolum Cardinalem ſcribit, ſingulas fere gentes (ut homines ſemper ambitioſi ſunt) ſibi inuentarum literarum gloriam vindicaſſe; Arabes autem, ut id poſteris perſuaderent, literarum ſuarum (quas ab Hebraeis habuere) nomen, figuram & ordinem fere conturbaſſe, ne internoſci poſſent, aut ſimilitudinem cum iis habere viderentur. Igitur rationibus et teſtibus nunc videor ſatis probaſſe, primas literas fuisſe Hebraicas, primamque ſcribendi artem ab Hebraeis eſſe inuentam, auctore Setho, vel ejus patre Adamo. Quamquam illud veriſſimum eſt, non adeo frequentem fuiſſe primis illis temporibus literarum uſum, cum quod paucis adhuc eſſent notae, ut fieri amat primis fere rerum omnium exordiis; tum quod rara eſſent ſtudiorum negotiorumque commercia: * unde

* Vix eſt ut Auctori adſtipuler, cujus conjectura vel ex hoc dubia redditur, quod primi parentes haud indiguerint literis, in illa temporum ſimplicitate fideli rerum geſtarum memoriae omnia mandantes. Fallitur Auctor Adamo ejusque poſteris literarum inventionem vindicans. etenim nec vola nec veſtigium hac de re in S. Scriptura reperitur. Nimium hercle ſibi blandiuntur, qui Adamum libros ſcripſiſſe hariolantur, quos inter eſt Vir, caetera doctiſſimus Thom. Bangius in *Exercit. Philolog. Philoſoph. pag. 6. ſeq.* et cum eo Reimannus in *Hiſtor. liter. Antediluv. pag.* 35. quos erudite refutavit Stellingfleet in *Orig. Sacris c.* 11. *pag.* 72. P. Lambecius in *Prodromo hiſt. liter. lib.* 1. *c.* 3. §. 2. Ante tempora autem Moyſis, omni ſapientia Aegyptiorum inbuti, literas ab Aegyptiis jam fuiſſe frequentatas veroſimile mihi videtur. Illas vero magis excoluiſſe Moyſen inque ordinem redegiſſe exiſtimo. Minime tamen opus erit cum

Chr.

Chaldaei, Pythagorei item ac Druidae, pleraque mysteria sua ἄγραφα per manus propagabant ad posteros, vt adnotauit Iulius Scaliger lib. 1. Poet. cap. 11. quod Latinos etiam initio fecisse narrat ita Liuius lib. VI. *Tum quod rarae et paruae per ea tempora literae fuere, una custodia fidelis rerum gestarum, memoria.*

Iam illud videndum, ad quos primum ab Hebraeis literae velut in colonias deductae sunt? quibus item auctoribus nouae apud singulas fere gentes, pro diuersitate linguarum sunt excogitatae. Ad risum usque Scriptores hic secum pugnant, & cum aliis, ut in hanc rem Lilius Gyraldus scripsit Dialog. 1. De Poetis; cuius hic verba subnectam: *Numquid vetustiores ceteris Atticorum literae? minime, inquam, puto. Vetus tamen est Graecorum proverbium, ut Atticis literis aliquid factum affirment, quod sit vetustissime factum. Scribit Val. Harpocration, id quod etiam aliqua ex parte Suidas, quod scribendi ratio apud Graecos per vigintiquatuor literas sero est ab Ionibus reperta. Theopompus quoque* XXV. *Philippicarum, foedera ait aduersus Barbaros, non Atti-*

Chr. Thomasio *Tom.* 1. *Obs. select. obs.* 19. §. 8. 10. *et sequent.* et in Dissert. de *Morum cum jure scripto contentione* §. 12. 13. primum Auctorem literarum eum faciamus, etsi forsan non immerito scripturae Hebraicae instauratorem. Neque morantur nos dissentientes, per tot temporum intervalla vix potuisse commercia exerceri sine literis clamantes; his enim satisfecit jam Morhofius in *Polyhist. T.* 1. *lib* 4. *c.* 1. §. 9. Facile interim largior Fr. Junio de *Pictura Veter.* artem pictoriam ansam praebuisse literarum inventioni. nam et scripturam quae imaginibus consistit antiquiorem esse ea, quae literis peragitur, cum Morino *Exerc. de Lingua primaeva* 2. 5. conjicio.

Atticis literis, ſed Ionicis ſancita fuiſſe; quaſi, ut puto, dicat literis recentioribus. Sunt tamen qui hoc in Cecropem Athenienſium Regem et legiſlatorem vetuſtiſſimum referunt; qui vel eas apud Athenienſes inuenerit primus, vel obſoletas renouauerit; cum forte in omni Graecia literae deperditae fuiſſent, aquarum, ut creditur, alluvione; vt eſt apud Diodorum Siculum. Cornelius autem Tacitus per figuras, ait, animalium Aegyptii ſenſus mentis effingebant, et antiquiſſima monumenta memoriae humanae, impreſſa ſaxis cernuntur, et literarum ſe inuentores perhibent; ut hinc facilius illa Lucani verba pateant:

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat; in ſaxis tantum volucresque feraeque,
Sculptaque ſeruabant magicas animalia linguas.

Subiungit Tacitus: *Inde Phoenices, quia mari praepollebant, literas intuliſſe Graeciae, gloriamque adeptos, tamquam repererint quae acceperant. Quippe fama eſt, Cadmum claſſe Phoenicum vectum rudibus adhuc Graecorum populis, artis eius auctorem fuiſſe. Alii Danaum prodiderunt; quidam Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum; et temporibus Troianis Palamedem Argiuum memorant* XVI. *literarum formas, mox alios, ac praecipue Simonidem ceteras reperiſſe. Literas quidem nos* (verba ſunt Lilii) *in Muſarum libello docuimus a Muſis inuentas fuiſſe; ſed enimuero Ariſtophanes Aeſchyli versus quosdam commemorat, in quibus videtur aſſerere Prometheum inueniſſe literarum compoſitionem. Plato inſuper, et ab eo Cicero, item Diodorus et Lactantius a Mercurio Aegyptio, quem Thoyth vel Thoth (Theut, Teuthatem vel Thautum alii vocauere) literas inuentas prodidere apud Aegyptios: alii ab Iſide Dea; nonnulli ab Anubi.*

Sunt qui Rhadamanthum aſſerunt, apud Aſſyrios. Phrygiarum vero literarum ſunt qui Herculem eum, qui Aegyptius fuit, inuentorem faciant. Plinius ait arbitrari ſe, literas ſemper fuiſſe Aſſyrias. Alii apud Syros repertas volunt, quod Euſebius adſtruit ex antiquis. Addit Plinius, utique in Graeciam attuliſſe e Phoenice Cadmum ſexdecim numero; quibus Trojano bello Palamedem adieciſſe has quatuor Θ, Ξ, Φ, Χ. *Totidem item poſtea Simonidem Melicum* Ψ, Ζ, Η, Ω. *quarum omnium vis in noſtris recognoſcitur, Ariſtoteles decem et octo priſcas fuiſſe, et duas ab Epicharmo additas* Θ *et* Ψ, *quam a Palamede mavult. Anticlides quemdam in Aegypto inveniſſe literas nomine Memnona tradit, annis quindecim ante Phoroneum antiquiſſimum Graeciae Regem. Epigenes e diverſo, apud Babylonios* DCC, *et* XX. *annorum obſervationes ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas docet, gravis auctor in primis: qui vero minimum, ut Beroſus et Critodemus ajunt, quadringentorum et octuaginta annorum; ex quo apparet, ut idem ait Plinius, aeternus literarum vſus, vel, vt ego interpretor, vetuſtisſimus. In Latium literas attulere Pelasgi; plerique Carmentam aiunt, quae et Nicoſtrata dicta eſt, Euandri mater: atque ideo ab intio ſexdecim tantummodo Latinorum literae fuerunt, ſicut Graecorum, ut oſtendimus. Et paene easdem fuiſſe idem Plinius aſſerit. At vero Tacitus ſcribit, in Italia Hetruſcos literas a Corinthio Damaratho, Aborigines ab Euandro Arcade didiciſſe. Scribit Socrates, Wilphilam (quem Gulphilam etiam vocatum video) Gothorum Praeſulem Gothicas literas excogitaſſe. De quibus omnibus extant et hi verſus apud Crinitum ex Biblioth. Septimana, lib.* XVII. *De honeſta diſciplina:*

Moſes

Moses Hebraeas primus exarauit literas, *
Mente Phoenices sagaci condiderunt Atticas.
Quas Latini scriptitamus, edidit Nicostrata:
Abram Syras, et idem repperit Chaldaicas;
Isis arte non minore protulit Aegyptias,
Gulphila prompsit Getarum quas videmus ultimas.

Simplicius scribit Isidorus lib. I. *cap.* III. *Literae Latinae et Graecae Hebraeis videntur exortae. Ad Latinas autem postea addita* F, *ex duplici Gamma conflata hoc modo* F. *et hinc illi nomen digamma. ita addita* H *spiritus nota, ex duobus ut putatur Graecis accentibus* (ψιλὴ *et* δασεῖα) H, *tum etiam* ͻC *antisigma a Claudio, pro Graeco* Ψ. *Scribit Eustathius literas longas, id est,* H *et* Ω, *itemque duplices, primum Simonidem intulisse; cuiusmodi sunt* Z, Ξ, Ψ. *Philostratus in Heroicis, inventionem literae* Υ *Palamedi tribuit, quod subindicat etiam Martialis:*

Turbabis versus, nec litera tota volabit,
Unam perdideris si Palamedis avem.

Ex Graecis tamen quidam prodiderunt, sexdecim illis antiquis Cadmum Milesium addidisse has tres, Θ, Φ, X. *Post haec Simonides Ceius, duas addidit vocales longas* H *et* Ω. *Syracusius vero alter Simonides, vel ut alii opinantur Epicharmus, tres superaddidit,* Z, Ξ, Ψ. *Sane in Samo quatuor et viginti literae Graecorum primum repertae produntur a Callistrato, ut Andron in Tripode: idem vero Jonum literas tradidit Atheniensibus,* &c. *Homerus autem Maeonius (ut ex quodam Archilochi fragmento apparet) Olympiade* XXII. *Craecas literas et earum formas emendavit. Quas enim Cadmus illius nominis quintus e Phoenicia attulerat*

* Correxit hunc versiculum Vossius de *Art. Grammat. lib.* I. *c.* 9. quem vide. Adde Lambecium in *Prodr. hist. liter. lib.* I. *c.* 6. *pag. m.* 45.

lerat in Graeciam, rudes erant, inquit Xenophon lib. de Aequivocis, non Phoeniciae, ſed Galatarum et Maeonum characteribus perſimiles. Sane hoc loco miſſa facio, quae Annius Vetulonius commentus eſt, multa et curioſa ad faſtidium uſque: Gallorum enim et Hiſpanorum literas Graecis vetuſtiores aſſerere non dubitavit, quin et ab illis Graecos accepiſſe. Hucusque carptim accepta verba Lilii Gyraldi ex Dialog. I. Hiſtor. Poet. ſed revera tamen non ita leves ſunt rationes Annii illius Vetulonii ſeu Viterbienſis, e Dominicana familia inſignis Theologi; quibus ita de Gallis et Hispanis loquitur in libell. Xenoph. cap. de Aequivocatione temporum: *Quod circa initium Nini fuerint literae atque leges non ſolum Hiſpanis, verum etiam Gallis et Germanis, auctor eſt Beroſius. Is in* V. *Antiq. ſic dicit: Anno* IV. *Nini literis et legibus Germanos format Tuiſcon gigas; Celtas vero Samothes, et Celtiberos Tubal.* Hinc ita ratiocinatur Annius: *Iberi igitur, Samothes et Tuiſcones, patres literarum inveniuntur ante Graecos, plus quam mille annis; ut Ariſtoteles in Magico et Zenon vere aſſerunt; et non Graeci, ut Ephorus mendax*, etc. Item in lib. V. Beroſi ſic habet Annius: *Strabo qui Octaviani tempore floruit, ſcribit in* IV. *Geographiae Baeticae, quod aſſerebant Hispani ſe habuiſſe literas jam ante ſex millia annorum Ibericorum, qui efficiunt duo millia Solarium. Si vero ab Octaviano ſupputes retro duo millia annorum, pervenies ad vigeſimum annum Nini*, etc. *Quare conſentiunt fere Beroſus et traditio Strabonis de origine literarum apud Hispanos: quales autem Hispanorum characteres eſſent, opinio mihi eſt, quod quales et Sagi et Tuſci.*

En quantae Scriptorum rixae, quantae ſententiarum pugnae; Quid credas? quid non credas? Quid

Quid iterum dicas de Agrippa, qui lib. I. occult. Philoſ. cap 2. Gothicarum literarum auctorem facit Cordanum Epiſcopum? Francicarum, quemdam Doracum ſeu Hictium; Quid de Aventino, qui lib. 4. Annal. Bojor. ſcribit Slavicas inventas a Philoſopho Methodio? Quid de Aimonio, qui lib. 3. cap. 42. narrat, Gallos a Childerico Rege juſſos recipere has quatuor Graecas, Ω, X, Φ, Θ. quod idem ſcribit D. Gregorius Turon. lib. 5. Hiſtor. Francic. cap. 44. Lis eſt, quae fatiget omnia tribunalia; etiam illud Luciani urbaniſſimum, in quo Vocales ipſae judicant; Sigma accuſatur furatrinae, Tau agit iniuriarum cum Sigmate; in quod illos ambulare jubeo, quibus haec non ſufficiunt. Ego hic quod verius eſſe judico, ex Guilielmo Poſtello, Angelo Roccha, Annio, Petro Gregorio, Iſidoro, Bibliandro, aliisque, quid ſentiam adſcribam: videri nempe primas literas eſſe Hebraicas; ex his proxime natas eſſe Chaldaicas quae vix extant; deinde Aſſyrias, ſeu Babylonicas, ſeu Syriacas, ſeu Aramaeas, auctore Abrahamo, ut conſtat ex inſcriptione Bibliothecae Vaticanae. Chaldaicae enim literae eaedem nunc omnes ſunt (olim aliae) quae Hebraeae, neque aliud eſt Chaldaica lingua quam dialectus Hebraicae, ut ſcribit in Grammatica ſua Chaldaica Guido Fabricius Boderianus. Iterum ex Syriacis ſeu Aramaeis natae ſunt Iſmaeliticae ſeu Arabicae, quibus hodieque vtuntur Turcae, Tartari et Saraceni, auctore Volaterrano lib. XXXIII. cap. II. Ex Syriacis, Samaritanae item, quae ad eas propius quam ad Arabicas accedunt. Et forte ex iisdem Gothicae, non multum his abſimi-

absimiles, quas Joannes et Olaus Magni, Archiepiscopi Upsalenses ambo, aiunt diu ante Latinas literas inuentas, fuisse Aquilonaribus vsurpatas. Ex Hebraeis etiam natae sunt Jonicae seu Atticae apud Graecos antiquissimae, et Graecorum item modernae. Post Graecas Latinae etiam ex Hebrais. Aethiopicae et Aegyptiae non ex Hebraeis natae sunt' sed e rerum figuris; neque enim tam sunt literae, quam imagines et compendia sententiarum aut vocum. Aliarum gentium literae non liquet quando sint, aut a quibus deductae. Nam de Cimbris quae scribunt Goropius et Scrieckius, de Gallis Postellus, de Hispanis Annius Viterbiensis, difficulter sane mihi videntur credibilia. De prioribus autem quae dixi, vera esse ostendam capitibus V. VI. et VII. ubi ex literarum nominibus apud eos omnes iisdem, iisdem item figuris prope ac potestate id declarabo.

CAPVT IV.

De numero literarum.

NIHIL fere simul natum et perfectum est; *Cruda puerperia et viridis puer excidit alno.* Facile inventis aliquid additur: unde et quae rudiora paucioraque sunt, priora esse non inepte coniicimus: ursa catulos lambendo refingit. Igitur hinc nouo argumento confirmo superioris capitis sententiam; nempe, videri omnium omnino antiquissimos characteres esse Hebraicos: nam hi, Irenaeo teste, primum tantum decem fuere; quam pauci in nulla omnino lingua alia fuisse primum

mum usurpati, a nullo auctore memorantur. Quomodo igitur a Phoeniciis literis vult Scaliger descendisse Chaldaeos, Hebraeos, et Graecos characteres? cum illae (ut ipsemet numerat) semper fuerint numero XXII. Hebraei characteres primum solummodo decem: Graeci vel sexdecim, ut Plinius; vel octodecim, ut Aristoteles; Latini non plures. Quid? an qui a Phoenicibus ad Chaldaeos, ad Hebraeos, ad Graecos ad Latinos, Phoenicias literas transtulit, in itinere reliquarum est oblitus quas hi Phoenicibus habuere pauciores? Vnde igitur alias tradidit, alias praetermisit? An forte Θ, et Φ, et Υ, Palamedeae aves; quae instar volucrum alatae sunt, homini de manibus evolarunt? Sed redeo ad institutum: *Inconstans est sententia*, inquit Gyraldus Dialog. I. De hist. Poetarum, *non apud Latinos modo et Graecos, sed aliarum quoque gentium scriptores de ipsarum literarum numero: nam et Graecorum quidam tredecim tantum literas esse voluerunt, quod totidem sint vocis elementa, ut scribit Halicarnass. in Rhetoricis; alii fere voluere esse innumerabiles, ut Pyrrhonius colligit. In qua re et apud Latinos variatum. Sed et hodie pleraeque Orientales et Meridionales nationes in literarum numero variant: alii enim viginti sex sibi literas adscivere; alii sex etiam ultra iis addidere usque ad triginta duas. Alii multo plures, vt Nubae Africae populi, qui quadraginta septem literarum notis uti produntur.* Imo P. noster Nicolaus Trigaultius histor. Sinensis lib. I. cap. V. ita de iis scribit: *Apud Sinas, non pauciores literae quam voces numerantur; eas tamen inter se ita componunt, ut* LXX. *aut* LXXX. *millia non excedant.* Chaldaei vero et Syri seu Aramaei, quantum con-

iicere

iicere licet, magis ſtabiles fuiſſe videntur. At verò Hebraei ipſi, ut et Aegyptii varii fuere, ſi Irenaeo credimus, ita ſcribenti lib. II. cap. 41. adverſ. haereſes: *Antiquae et primae Hebraeorum literae, quae Sacerdotales nuncupatae, decem quidem fuere numero. Scribuntur autem quaeque per quindecim, noviſſima litera copulata primae*, &c. Sane ut Hebraeorum literae ſunt viginti duae, ita et Syrorum et Chaldaeorum, Hebraeae tamen ad viginti ſeptem excreuerunt, cum iis videlicet, quae duplices, ſeu biformes, et finales vocantur. Quin et viginti duae illae, vetuſtiores aeſtimantur, ut ex Davidis Pſalmis quibusdam et Jeremiae Threnis, Salomonisque Proverbiorum fine.

Hic omnino numerus literarum Hebraicarum: ſed quae fuerint primae illae decem Sacerdotales apud Irenaeum, non ſatis ſcio, quis item ceterarum auctor, quis duplicium inventor? aqua mihi haeret.

De auctoribus auctarii apud Graecos et Latinos aliquanto ſaepius et clarius loquuntur Scriptores, ſed varie; ita ut hallucinari videantur, quod notatum ſupra. Vel enim Palamedes, ut vult Plinius; vel Pherecydes, ut ſcribit Apulejus, invenit has quatuor, Θ, Ξ, Φ, Χ: vel ſane Palamedes intulit primas ſexdecim, ut ſcribit Tacitus, quem in Notis ſuis ad Suetonium, fortiter contra Lipſium aſſerit Caſaubonus: vel ad has octodecim, Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ, Φ, duas adjecit Epicharmus Θ, & Ψ: longas vero vocales Η & Ω, Simonides: Υ forte Palamedes, ut Martialis & Philoſtratus, vel Pythagoras, ut inſcriptio Bibliothecae Vaticanae.

Dupli-

Duplices, Z, Ξ, Ψ, forte Simonides, ut Euſtathius; forte Epicharmus, ut alii.

Latini vero, inquit Polyd. lib. I. cap. VI. *Graecorum imitatione, literas ſex ad priſcas ſuas duodecim addiderunt*, F, K, Q, X, Y, Z.

Conſiderandum autem a quibus acceperint: F digammon ab Aeolibus acceperunt; quod, Priſciano teſte, apud antiquiſſimos Latinorum eamdem vim atque apud Aeoles habuit: ſed deinde Claudius Caeſar, ut Tacitus ſcribit lib. XI.* F pro V conſonante recipiendum conſtituit; ut Fulgus pro Vulgo. Unde Quinctilianus lib. I. cap. VII. *Non inutiliter Claudius Aeolicam illam ad hos uſus F literam adjecerat*. In quae verba Torrentius apud Suetonium cap. XLI. Claudii, monet legendum eſſe Ⅎ digammon, pro V. Sic OctaⅎIa, &c. Et recte: nam ita etiam Priſcianus: *Apud Aeoles olim* Ⅎ *digamma, id eſt Vau, ab ipſius voce profectum, teſte Varrone et Didymo, qui id ei nomen eſſe oſtendunt; pro quo Caeſar hanc figuram* Ⅎ *ſcribere voluit.* Plura in hanc rem vide apud Angelum Roccha in Biblioth. Vaticana. Lipſium in Tacito, et Julium Scalig. lib. I. De cauſſ. ling. Latin. cap. VII. Illud tamen praeterea hic obſervandum eſt, apud Latinos F poni cœptum pro PH, ut Fama pro PHama. Unde cum Sueton. cap. XLI. ita dicit de Claudio: *Novas etiam tres commentus eſt literas*; Ita intelligendus eſt, ut velit literam F, tantum

C quo-

* *Ann. cap.* 13. Sueton. in Claudio. *c.* 41. vide Lipſium ad d. l. Taciti. Sic pro *gravare* factum *grafare*, & pro *grafatores gravatores* dicimus, Salmaſ. *Exercit. Plin. pag.* 775. *a. C.* De commutatione literarum V. & B. vide Rad. Forner. *lib.* IV. *rer. quot. c.* 20.

quoad novum pronuntiationis modum ab eo esse inventum; atque ita unam de tribus Claudii literis fuisse novum illud digamma Ⅎ: nam figura ejus non a Claudio, sed ab Aeolibus primum ficta est. Altera autem litera (auctore Prisciano et Marciano Capella) fuit ϽCἀντίσιγμα; pro litera Ψ. Tertia quae fuerit, non satis constat; nisi quod Vertranius Maurus in ea verba Taciti, ubi de hoc Claudii invento loquitur, scribat, se legisse Romae apud Velium Longum in libro De orthographia manuscr. apud Strossium literam novam a Claudio excogitatam, similem ei notae quam pro adspiratione Graeci ponunt: de quo videndus Quinctilian. lib. I. Institut. cap. IV. et VII. Sunt tamen qui volunt tertiam illam Claudii literam fuisse X, pro literis SS, vel GS. quod Lipsio in Tacit. non probatur; sed omnes tres, vivo adhuc Claudio, fuere tandem sepultae, ut refert Tacitus.

K Latini a Graecis sumpsere, sine necessitate, primus id fecit Salustius ludimagister, ut narrat Isidorus libro I. *

Q visa est esse pinguioris soni quam C; quo auctore, nescitur. Sunt qui Licinio Calvo tribuunt: Biblioth. Vaticana, Euandro.

X, ix, ut pronuntiamus pro CS, vel GS; ideoque iis ambabus carere poteramus, inquit Quincti-

* K. Literam hinc inter abundantes refert Quinctilianus I. *Inst. Orat.* c.4. Alia dabit Spanhemius de *Praestant. et usu numism. Diss.* II. p.74. Notam fuisse calumniatorum fronti inustam literam K. patet ex Ulpiano Dig. XLVIII. ad SCt. Turpil. vide Amplis. Brencman. de *Lege Remmia tom.* III. *Thes. Jur. pag.* 1574. *sequ.* Cl. Heinecc. IV. *Antiqu.* 16. 3.

Quinctilianus * et Isidorus †; inventum Claudii Imperatoris.

Y et Z a Graecis accepta sunt ‡. Eorum usus tantum est in iis vocibus quas e Graecia integras Latini in linguam suam intulerunt.

G pro C primus apud Latinos substituit Sp. Carbilius Grammat. auctore Plutarcho, qui mos huc usque inveteravit **. At non ita feliciter evenit res Claudio Centiniano, qui (ut Pomponius refert, Dig. de Orig. Juris, titul. II.) literam S pro R invexit; ut nempe Fusios et Valesios diceremus, pro Valeriis et Furiis ††. Dulcis palati et

* *Lib.* I. *Inst. Orat. c.* 4.

† *Lib.* I. *c.* 4. ante Augusti tempora non fuisse in usu, et pro ea C. et S. scripsisse veteres tradit, hinc Auctor noster inventum Claudii Imperatoris esse perhibet. Sed fal itur, et diu ante Augustum literam X fuisse in usu Leges agrariae et de finibus regundis, tabulis aeneis incisae, et Duilliana columna evincunt. Noris. de *Cenotaphio Pisano Diss.* IV. §. 2. *pag.* 447.

‡ Z. Frequenter pro S. usitatum Salmas. *Exercit. Plin. pag.* 898. *b. E.* Broekhusius in *Propert.* II. 13. 43. Ad tempora Augusti pro Z. Romani ponebant SS. Isidor. I. 4. Plura de his duabus literis dabit Auctor Dissertationis de *Priscis Graecorum et Latinorum literis*, apud Cl. Montfaucon. *in Palaeograph.* §. 45. *seq. pag.* 565.

** Vide supra *pag.* 2. *in Notis.*

†† Liquido contrarium pronunciat Pomponius in *l.* 2. § 36. *D. de* Orig. Jur. *Idem Appius Claudius, Centimanus* dicens, *qui videtur ab hoc processisse, R. literam invenit: ut pro Valesii Valerii essent & pro Fusii Furii.* Male itaque Auctor Appium literam R. eliminasse inque ejus locum τὸ S. induxisse adserit. Caninam hanc literam R vocat Pers. *Sat.* I. *vs.* 109. Unde adposite scripsisse Ulpianum in l. II. Mela §. 5. ad L. Aquil. *Cum eo qui canem irritaverit*, docet Gen-

oris hominem, qui literulae unius asperitatem non ferret. Nec vero melius cecidere conatus Arrio illi Catulliano, qui nimium adspirationibus delectatus, passim eam vocalibus praefigebat:

Chomoda dicebat, si quando commoda vellet
Dicere; et hinsidias Arrius insidias.

Dignissimus autem exitus consecutus est commentum illud Flori, volentis Augusto persuadere, pro O passim scribendum dicendumque esse AV, ut Aula et Plaustrum, pro Olla et Plostro. Augustus enim ut belle hominem erudiret, postridie ad se adventantem, non Florum, ut solebat, sed Flaurum appellavit; quo risu homo ridiculus novitatibus deinceps abstinuit. *

Porro

til. *Parerg.* 1.13. In errorem autem Auctorem duxisse videtur Festus, qui voce R. scribit, veteres R. pro S. saepe scripsisse, quasi dicat, durius olim pronunciasse antiquos mollius posteros S. pro R. ut adhuc hodie Itali, Malvasia *Marmor. Felsin. Sect.* IX. *c.* 3. *in fin.* Ceterum Appium invenisse literam R. limpido falsum est, quidquid etiam B. Branchu *c.* 10. *Obs. Jur. Rom. p* 96. et in *Addendis pag.* 237. contra Jo. Nic. Funccium V. Cl. mihique amicum disputaverit. Satisfecisse illi putem amicum in *Spicilegio Literario pag.* 18. 19. quod contra B. Branchu, prodiit Marburgi 1723. Tutius forsan erit dicamus, antiquissimum hunc rerum Romanarum scriptorem literam R. non quidem invenisse, sed usum ejus ad alia vocabula extendisse, Cic. *lib.* IX. *ad famil. ep.* 21. Nec opus est censura Ill. Spanhemii de Praestant. *numism. Diss.* 2. *pag.* 104. Summa itaque ratione Gerh. Coccejus in *Comment. ad Pompon.* ad d. l. 2. §. 36. *D. de Orig. Jur.* nondum in tot vocibus illam receptam et sensim adplicatam fuisse plurimis vocabulis conjicit.

* Veteres nusquam aspiratione nisi in vocali utebantur Cicer. *Orat. c.* 48. Dausqu. *Ortogr.* 1. *pag.* 26. Ciaccon. Columna

Porro etiamſi portenti inſtar haberi debet, tam parvo e literarum numero, tantum tam diverſorum in omni lingua vocabulorum numerum conflari poſſe; illud tamen longe admirabilius eſt, effici poſſe, ut omnes omnino totius Orbis gentes, etiamſi diſtinctiſſimis utantur ſermonibus, ſeſe intelligant, non quidem locutione, ſed ſcriptione. Adeoque, ſi cui tam ſagax fuiſſet ingenium tempore Babylonicae permixtionis, potuiſſet is omnes homines locutione diſſidentes, una literarum ſocietate vincire, et in turris exaedificandae officio continere. Jucunda dignaque haec res eſt, quam eruditi expendant; quemadmodum nempe non obſtante ſermonum diſſimilitudine, ſolae literae ſarcire poſſint dilaceratam tot gentium ſocietatem.

Si ſingulae literae impoſitae eſſent, non vocibus, ſed rebus ipſis ſignificandis, eaeque eſſent hominibus omnibus communes; omnes omnino homines, etiamſi gentes ſingulae res ſingulas diverſis nominibus appellent, ſingularum gentium ſcriptionem intelligerent. Apparet ea res in literis Aſtronomorum hieroglyphicis. Hi Taurum, verbi gratia, ſcribunt hoc ſigno ♉, Geminos iſto ♊. quibus iisdem ſignis viſis, Taurum et Geminos eſſe facile intelligent omnes et Hebraei, et Graeci, et Latini, et Galli, et Itali, et Hiſpani, et Angli, et Poloni, et Germani, et Belgae, etc. ſi tamen locutione easdem res exprimant ſinguli, nulli intelligent ſe mutuo: *Taurum* enim appellant Latini; *Schor*, Hebraei; Ταῦρον, Graeci; *Toro*,

lumna roſtrata *theſ. Antiquit. Roman.* Graevii *Tom.* IV. *pag.* 1828. D. De Floro vide Sueton. in *Veſpaſ. c.* 22.

Toro, Itali et Hiſpani, *Taureau*, Galli; *Verre*, Belgae, *Stier*, Germani; *Beick*, Poloni; Angli, *A bulle*. Ita *Geminos*, Latini; *Theomim*, Hebraei; Διδύμοις, Graeci; *Gemeaux*, Galli; *Doppii*; Itali; *Zwyllingen*, Germani; *Tweelinghen*, Belgae; *Doblados*, Hiſpani; *Dwoiſtii*, Poloni; Angli, *Twoo*. Atque ita Sinenſes et Japones, qui linguis tam ſunt diſſimiles quam Hebraei et Belgae, mutuos tamen libros et ſcriptionem legunt atque intelligunt, quia earumdem rerum ſignificativis literis iisdem utuntur, ut ſcribit Nicolaus Trigaultius noſter in Sinenſi Expeditione.

Eſt autem hujus arcani haec, ut puto, ratio; quod res et earum conceptus in omnium hominum animis ſint iidem (neque enim Hebraei aliter concipiunt canem aut equum, atque Hiſpani et Galli) unde et ſigna earumdem rerum ſignificativa, ſi omnibus fuerint communia, ſuggerent quoque omnibus eosdem rerum conceptus. At ſi ſigna fuerint non rerum, ſed vocum ſignificativa, voces quidem illas facile legent omnes ii, quibus fuerint ea vocum ſigna communia *; at certe (quia apud ſingulos fere diverſae ſunt ejusdem rei voces, ut patet in Tauro et Geminis) non intelligent quid illae voces ſignificent. Non enim Graecus intelliget librum Gallicum Graecis literis ſcriptum, etſi

* Hinc patet poſſe inveniri ejusmodi characteres et ſigna, quibus idiomata omnia intelligere datur, etſi varias variarum gentium linguas ipſas nec pronunciare nec loqui nobis ſit integrum. Copioſius hac de re diſſeruit Morhoſius *Tom*. I. *Polyhiſt. lib*. II. *c*. 11. *c*. 6. *n*. 83. *ſequ. et lib*. IV. *c*. 2. *n*. 5. *et c*. 3. *n*. 6. Tenzelius in *Menſtruis* 1693. *pag*. 521. *menſe Julio*. De ſcriptura Sinenſium per imagines et characteres vide *Memoires de Litterature Tom*. IX. *pag*. 328.

etſi eum facile leget. Ergo ut et legere et intelligere quivis poſſet quaelibet ſcripta, neceſſe eſſet omnibus communes eſſe literas aliquas, non vocum, ſed rerum proxime aut conceptuum ſignificativas. Sic nempe coire poſſent denuo homines omnes, veterem illam primi orbis ſocietatem tanto olim ſermonum divortio diſſipatam: ſic nullo uſpiam opus eſſet interprete; nulla hominum librorumve eſſet inacceſſa ſapientia. *

Sed forte objiciet quiſpiam, rem eſſe omnino faſtidioſiſſimam ac deſperandi laboris, tot literas facere et diſcere quot ſunt voces: atque adeo nec ita ſatis fore octoginta literarum millia, quot Sinenſes habere narrantur. Huic ego reſpondeo: Fac eſſe centum literarum millia, fac eſſe plura; cedo, an non in quolibet cujuscumque gentis idiomate, tot vocabula ſunt et plura; an non ea omnia diſcit et memoria tenet quivis opilio et ſubulcus? An non ſuas omnes literas callent Sinenſes, qui totidem habent quot voces? Cur ego difficilius eſſet nos etiam et quosvis alios totidem literas diſcere ac voces? Velim aeſtimetur haec res, neque difficilior opinione eſſe credatur.

CAPUT V.

De Ordine literarum.

IDEM fere ordo literarum ſervatus eſt a gentibus omnibus qui ab Hebraeis, extra Arabes ſolos,

* Quam autem difficile ac operoſum ſit ejusmodi Philoſophicam linguam excogitare Morhofius d. l. *pag. m.* 740. et alibi oſtendit.

los, qui plus nimio gloriae cupidi, literarum ſuarum ordinem, ut et figuras noluerunt videri ab aliis accepiſſe. Graeci et Latini veteribus literis, novas ſuas tantum inſeruerunt vel ſubjunxerunt. Inſpice penitius et non dubitabis. ו Vau Hebraicum quod ſexto loco ponitur, a Latinis tantum inverſum eſt r, eodemque loco cum eadem poteſtate retentum. Graeci vero ejus loco ſubſtituerunt epiſemon ϛ, forma non multum abſimile; eadem cum ו poteſtate numerandi: notat enim ϛ Graecis, ſex; ſicut ו Vau Hebraeis: ipſum autem ו mutarunt in Y, et rejecerunt in calcem.

Iterum Graeci rejecerunt Hebraicum ק Coph, ejusque loco ſumpſerunt inverſum צ Tſade pro Ψ, quaſi Pſade. Quibus ſolis expunctis ex Aphabeto Graeco et Latino, habebis eumdem fere ordinem cum Hebraeis, ſed ſuis et nouis literis auctiorem; uti obſervavit Guilielmus Poſtellus Commentariolo de literis Phoenicum, ad Cardinalem Lotharingiae. Porro ordinem quem hodieque habemus, partem natura, partem error induxit. Graeci ſuum a Palamede Nauplio ferunt inventum, vel a Simonide, ut apud Lucianum eſt in Judicio vocalium.

A apud omnes gentes literarum agmen ducit; Auſonius in *Technopaegn. de literis monoſyll.*

Dux elementorum ſtudiis viget in Latiis A.

Eſt enim A, inquit Scaliger lib. I. De cauſ. ling. Lat. c. XXXVIII. *prima notiſſimaque infantis vox, cum qua vitae hujus ſpiritum primum hauſimus; neque re ulla eget alia quam hiatu oris ſolo* *, *ſine ullo cete-*

* Scaligeri auctoritate forſan inducti fuerunt, qui literas

ceterorum motu instrumentorum, etc. *Primores consonantium autem sunt* B, G, M, *quare Arabes atque Hebraei Graecique longe quam Latini sapientius, qui statim post* A *ponerent* B, *post quam* G, *non* C, *ut nostri: facilius enim* G *quam* C *pronuntiatur.*

L *quoque facillima fuit atque inter primas reponenda; lactentis enim aetatis est, itaque udam Graeci appellarunt.*

R *judico postrema in sede recensendam, sed ante duplices tamen; quarum unaquaeque eo loco statuetur quo ejus origo fuit; ut* Ψ *prima sit, quia* B; *at* Ξ *ultima, quia C; media Z, quia* D; Q *novum inventum Latinorum aut statim post* C, *aut omnium ultima collocaretur.* N *autem post* L. *Neque vero idem ordo apud omnes nationes esse debet, sed ut cuique frequentior est litera, ita prior alia esse debet.* Haec Scaliger⁹, ut ego quidem judico, judicio non malo. Mihi tamen magis arrideret, literas hoc ordine censeri saltem apud Latinos. Primum vocales A, E, I, O, U. Deinde consonantes mutas, quae ante se cum vocali pronuntiantur, L, M, N, R, S. Deinde quae pronuntiantur cum vocali post se, ut sunt, B, C, D, G, P, T. Deinde eas quae novae quidem sunt, sed non necessariae, F, H, K, Q. Denique duplices, ut X, pro SS, vel pro CS, PS, Y, Z. Videtur enim hic ordo magis esse ex natura pronuntiationis; quae etiamsi ad scriptionem non fa-

 ciat

ras plerasque Hebraicas ex nota et signo oris originem traxisse existimarunt. Sic Caspar. Neumann. in *Clave dogm. Heber* Wratislaviae 1712. vid. Acta Erud. An. 1713. pag. 73. Verum hanc sententiam Gallnm quemdam in *Dissertations critiques* solide rejecisse, docet Gundling in *Histor. liter.* c. 3. §. 8.

ciat (cum ſcriptu literae omnes ſint aeque faciles, licet nonnullae pronuntiatu difficiles) tamen dedit originem ſcriptioni; prius enim pronuntiatae ſunt literae quam ſcriptae; et earum etiam formae pronuntiationi accommodatae factae ſunt. Nolim tamen ego jam auctor eſſe veteris ordinis immutandi: qui id faceret, nae ille pueris Alphabetariis grande adferret negotium. Per me licet ut priſcas ſuas ſtationes teneant literae; niſi forte ſaltando velint loca ſua permutare, quod ingenioſe finxit de literis Sophocles in Amphiarao Satyrico, ut refert libro x. Athenaeus.

CAPUT II.

De Figuris literarum.

HEBRAICOS characteres omnes compoſitos eſſe ex ſola litera, Iod varie colligata, ingeniose obſeruauit Guilielmus Poſtellus libro De Phoenicum literis ad Cardinalem Lotharing. verbi gratia: Aleph ex quatuor Iodim ita connexis א; Gimel, ex tribus ג; Vau, ex duobus ו; Mem et Sin, ex quinque ם ס. De Latinis vero non male Scaliger libro I. De cauſſ. ling. Latin. cap. XXXIX. *Figura*, inquit, *literis accidit per lineas: omnis autem linea aut obliqua aut recta eſt. Literae autem omnes aut linea aut lineis conſtant: item aut recta, ut* I; *aut rectis, ut* H; *aut obliqua, ut* O; *aut obliquis, ut* Q; *aut recta et obliqua, ut* P; *aut obliqua et recta, ut* G; *aut recta et obliquis, ut* R, B, K. Haec diviſio eſt a ſubſtantia. Ab accidenti autem talis: *Perpendicularis una*, I; *duae*, H;

H; *eaeque iugatae. Duae angulares ad medium perpendiculum.* A. *Una pendicularis cum una iugata,* L; *cum duabus,* F; *cum tribus,* E. *Duae perpendiculares, diametro quadrati iugatae,* N; *et iacente ſitu huic adverſa,* Z. *Duae diametrales,* X. *Sunt et curvae inordinatae,* S; *nam Graeca ex aequo reſpondet ſibi,* Σ; *cui ſtans adverſatur* M.

Item aliter literae dividi poſſunt; in ſimplices et compoſitas, quales ſunt ȣ et F; prior ex υ et ο; poſterior componitur ex ΓΓ.

Figurae autem ſunt apud varias gentes, variae; de quibus Guilielmus Poſtellus, Ioannes Baptiſta Palatinus, Bibliander, et Angelus Roccha de Camerino, Ioannes et Theodorus de Bry.

C A P V T VII.

De Nominibus literarum, et eorum ſignificatione ac cauſſis.

NON opus fuerit Delio aliquo natatore ad divinandam nominum (quae literis ſuis variae gentes impoſuere) originem et cauſſam: conſtat enim inter omnes, ab Hebraicorum characterum nominibus, gentium omnium literas eſſe appellatas, vel ex ſola vocabulorum affinitate.

Pronuntiant Hebraei:
Aleph, Beth, Gimel, Daleth, He, Vau: Zaijn, Cheth, Teth, Iod, Caph, Lamed, Mem, Nun, Samech, Ain; Pe, Tſade, Coph, Reſc, Scin, Tau. *

Pro-

* De alphabeto Hebraeorum vid. Thom. Bangius in *Coelo*

Pronuntiarunt olim Chaldaei, ut docet Ioannes Potkenius Agrippinas in Psalterio Chaldaico; et Munsterus in Grammatica Chaldaica; vel, ut alii malunt, Indiae populi:

Ha, La, Ha, Ma, Sa, Za, Sa, Ka, Ba, Ta, Ha, Na, A, Cha, Vua, A, Za, Ta, Da, Gha; Tha, Pa, Za, Za, Fa, Pa. Sed verius Chaldaei sic pronuntiarunt, auctoribus Theodoro et Ioanne de Bry: Elpha. Vath, Gau, Dau, Zau, Vt, Zec, Vu, To, Hit. Caccar, Harar, Lendin, Neta, Pu, Fu, Puso, Sam, An, Sagiuu, Kal, Rab, Siui, Reb, Ten.

Pronuntiant Syri veteres, auctore Scaligero in Eusebio:

Alpha, Beta, Gamla, Delta, He, Wau, Zeta, Heta. Theta, Iota, Kappa, Lambda, Me, Nun, Simcha, Oe, Phe, Tzode, Kophe, Roe, Scin, Thau.

Syri recentiores, eodem auctore, et aliis:

Olaph, Beth, Gomal, Dolath, He, Wau, Zoe, Heth, Teth, Iud, Chuph, Lomad, Mim, Nun, Semchath, E, Phe, Tzode, Kuph, Resch, Schin, Thau. Aliter vero auctoribus Ioanne et Theodoro Bry: Alyn, Bem, Gem, Dein, Ethimi, Fetin, Gith, Iothin, Kami, Kamin, Latim, Moin

Coelo oriente seu Exercit. de *ortu et progressu liter.* Cracoviae 1661. Vide Morhofium *Tom.* I. *Polyh. lib.* IV. *c.*2. §. 10. *et c.* 10. §. 8. De Literis Romanorum Claud. Molinet *Histoire de la Fortune des Lettres Romains Paris* 1684. 12.

in, Michoin, Olip, Phiſai, Quinin, Roſi, Schith, Thoth, Vi, Xit, Yn, Ziph.

Arabes, Turcae, et Perſae:

Aliph, Be, Te, The, Gim, Hha, Cha, Dal, Dhal, Re, Zain, Sin, Scin, Sad, Dhad, Ta, Thda, Ain, Ghain, Phe, Caph, Kaph, Lam, Mim, Nun, He, Faff, Ie, Lam-aliph.

Phoenices, Samaritani, Iones, et Graeci:

Alpha, Beta, Vita, Gamma, Delta, Epſilon, Zeta, Zita, Eta, Ita, Theta, Thita, Iota, Kappa, Lamda, My, Ny, Xi, O micron, Pi, Rho, Sigma, Tau, Ypſilon, Phi, Chi, Pſi, O mega.

Aegyptij, auctoribus Theodoro et Ioanne Iſraele de Bry:

Athomus, Biuithyn, Chinoth, Dinaim, Eni, Fin, Gomor, Heletha, Ioquum, Kayta, Luzamin, Mithe, Nayn, Obelat, Pilon; Quin, Iron, Sichen, Tela, Vt, Xiron, Ipph, Zaim, Thou.

Aethiopes, iiſdem auctoribus:

Alph, Beth, Geml, Dent, Hoi, Vaue, Zaj, Haut, Harm, Thait, Iaman, Caph, Laui, Maj, Nahas, Saut; Hain, Pais, Aph. Pſa, Zadai, Zxappa, Kaph, Res, Saat, Tauj.

Iaco-

Iacobitani iisdem auctoribus:

Alpha, Veda, Gamma, Delda, E, Tzo, Zieda, Eta, Theta, Ioda, Cabba, Lambda, My, Ny, Exi, O, Pbi, Rou, Sigma, Ta, Ye, Fi, Chi, Ebsi, O mega, Scei, Vei, Hach, Hori, Sima, Ti.

Latini, Hispani, Galli, Itali, Germani, Angli, Belgae, etc.

A, Be, Ce, De, E, ef, Ge, Ha, I, Ka, eL, eM, eN, O, Pe, Qu, eR, eS, Te, V, iX.

Illyrii, ut est in Bibliotheca Vaticana.

As, Buck, Viede, Glagoglie, Dobro, Iest, Sgiviete, Sielo, Semglie, Isge, I, Iu, Kako, Liude, Mislete, Nasc, On, Pokoi, Erzi, Slouo, Turde, Vk, Hir, Fi, Zi, Ciaru, Od, Scai, Sctai, Ier, Iat, Iust, Ieriest.

Armeni in Bibliotheca Vaticana:

Pien, Chiim, da,
Aip, Iec, Za, Ae, Iet, Tho,
Bien, Giem, Ta,

Chien,
Ge, Zza, Tza,
Gien,
Ze, Inni, Liun, Hhe, Dha, Ho, Ssa,
Kien,
Xe, Tza, Xa,
Quien,

Chat, Ie,
Scha, Zca,
Glal, Hie, Mien, Chi, Nu, Vua,
Sa, Zia,
Gal, Gie,

Be, Zche, Rha,
Se, Vieu, Dun, Re, Zzo,
Pe, Sche, Rra,

Yun, Aipiun.

Schla-

Sclavi, auctoribus Ioanne & Theodoro de Bry:

Ac, Buc, Cothno, Dobro, Feiu, Gaglose, Hy, Ilsouo, Iesti, Misalre, Nam, on, Pochi, Teurus. Reti, Sier, Te, Vlo, Xnie.

Saraceni, auctoribus Ioanne et Theodoro de Bry:

Alemoxi, Bendi, Cati, Delphin, Ephoti, Foithi, Gaipoi, Hethini, Ioithi, Karthi, Lechimi, Melatil, Nabelot, Oithi, Corizeth, Inthoath, Rati, Salaty, Tothin, Azothoth, Hirconi, Aronithi, Zozim.

Moscovitæ, auctoribus Ioanne & Theodoro de Bry:

As, Buki. Vide, Glahol, Dobre, Iest, Selo, Ziemla, I, Y, Ie, Cako, Lude, Misliti, Nas, On, Pokoy, Rezi, Szlouo, Tuuerdo, Vk, Pher, Her, Or, Cha, Cza, Tza, Scha.

Porro, ut ad significationem veniam: א, Aleph, quasi Aluph, id est Princeps, Hebraeis dicta, inquit Bellarminus noster in Grammatica Haebraea. Cur autem Princeps? Quia prima nascentium vox, ut Julius Scaliger. Angelus Caninius Anglarensis; in Institut. ling. Syriacae אָלֵף/ Bovem interpretatur. Ita etiam Josephus Scaliger in Eusebii Notis. Bovem autem animalium principem aestimabant, ob utilitatem. Graeci ἄλφα vocant; quod Tyriis bovem significat; ideo inquit Plutarchus in Sympos. *Quia bos Cadmo occurrit, dum urbem in Boeotia condere vellet, ideoque Alpha*

Alpha omnibus literis praeire voluit. Accedit Plutarcho Hesychius: Ἄλφα, βοὸς κεφαλή.

ב, Beth, id est domus, ab imitatione. Chevalerus, Caninius, Bellarminus. Graeci, Βῆτα, Latini, priore tantum syllaba, Be. Hinc Ausonius:

Dividuum Beta; monosyllabon Italicum B.

Sunt qui ejus sonum ab ovium balatu docent acceptum: unde Cratini versus est in Διονυσαλεξάνδρῳ:

Stolidus tamquam ovis, bebe dicens ambulat.

ג, Gimel quasi Gamal, id est Camelus, a gibbo, inquiunt Chevalerus, Caninius, Bellarminus, Graeci Γάμμα παρὰ τὸ ἀμᾷν, a metendo, quod similis sit falci. Latini Ge, apud quos nova haec litera, Sp. Carbilii commento; ante enim pro ea utebantur C, ut Cajus, Cneius, pro Gajo, Gnejo, Ausonius:

Praevaluit postquam Gammae vice functa prius C.

nec alia fuit opus mutatione, quam rectum pedunculum adjicere hemicyclo G, quae figura Graecis pridem nota non quidem inter literas, sed inter numerorum formas, auctore Mario Victorino; qui ait, Latinorum G esse idem quod Graecorum episemon. De quo Beda egregie lib. De indigitatione: *Graeci*, inquit, *tres numeros, notis propriis quae ex Alphabeto non sunt, depingunt. Prima est* ϛ, *nota numeri* VI. *Altera* G, *quae vocatur Cophe, et valet inter numeros* XC. *Tertia est* ϡ *enneacosia; quae valet* DCCCC.

ד, Daleth, quasi Deleth, id est porta, a similitudine. Chevalerus, Caninius, Bellarminus. Graeci, Δέλτα; Latini D. Hinc Ausonius male, ut observat Scaliger: *Non*

Non formam, at nomen Deltae gero Romuleum D. Romuleum enim D, eſt verum et vetus Delta Jonicum, non vero Δ, Graecorum.

ה, He, nomen a ſono fictum, inquit Bellarminus. Caninius vermem punici interpretatur. Latini Ha. Auſonius:

Spiritus hic flatus tenuiſſima vivificans H.

ו, Vau, id eſt uncinus, a forma. Pro hac una, duabus utuntur Graeci, Φ et B; Latini eF, vel V conſonante. Arabes pronuntiant Vau vel Gau.

ז, Zajin, quaſi Zen, id eſt arma; exprimit enim clavam. Zeta apud Graecos et Latinos. Pro quo hi antiquitus utebantur G. Marcianus: *Tetum dicebant quem nunc Zetum.* Vocata eſt apud Marcianum Capellam Sepulchralis litera, quod morientium dentes ita diſtringantur in modum Z. De hac facetus ludus eſt Bauhuſii noſtri, ut ſunt argutiſſima ejus omnia Epigrammata:

O ZETA *felix! o beata littera!*
Quae dulce, croceum, mite, floreum, vernum,
Blandumque Zephyri blanda nomen inchoas!
Sed nec beata es tota, tota nec felix;
Nam triſte et horridum, et pice nigrius nigra,
Fimoque olentium olentius capellarum,
Etiam ſceleſti, ZETA, *ſcribis Zoili*
Miſella nomen. Mitte ZETA, *vah, mitte*
Ferale nomen: quid tibi cum Zoilo?
Nam voce in iſta litera innocens nulla eſt;
Tu nomen orbis optimum, tu peſſimum
Eadem figures? non feremus hoc vates;
Numquam feremus. Sit ſupremum hoc: Zoilum
Aut mitte ZETA, *aut te vocabimus* THETA.

ח, Cheth, a ſono inquit Bellarminus. Caninius quadrupedem interpretatur. Chi Graecis, Auſonius:

In Latio numerus denarius, Argolicum X.

ט, Teth, a ſono, ait Bellarminus. Caninius involucrum vocat. Tau Graecis et Thita: Latinis Te, De utroque Auſonius:

Malus ut antennam fert vertice; ſic ego ſum T.
Anſis cincta duabus erit cum Jota, leges Θ.

י, Jod, manus, inquit Caninius. Sed Bellarminus et Chevalerus quaſi Jad, hoc eſt ſpatium, quod ob exilitatem ſuam vacuum relinquit. Graecis Jota, Latinis I. Auſonius:

Litera ſum Jotae ſimilis, vox plena jubens I.

Quo egregie alluſit Epigrammatophorus noſter, quem Italis etiam audio eſſe admirationi:

Hunc eſſe vere Jeſuitam dixeris,
Quem per rubentem et Sole et auro Pervam,
Criſpum per Afrum, perque Memnonias domos,
Et horridam Arcton, una mittit litera.

כ, Caph, palmam interpretatur Caninius. Bellarminus a Caphaph, incurvare. Eſt enim tota curva. Graeci K et X; Latini C: nam et Latinum C, olim ſic pingebatur ⟨. Unde apparet fluxiſſe a Graeco K; recto tantum pede amputato; ut notat Julius Scaliger et Auſonius confirmat:

Cappa fuit primum Boeotia; nunc Latium K.

ל, Lamed, a Malmad, id eſt ſtimulo, ſeu veru. Graeci Lambda. Latini eL.

מ, Mem, macula Caninio; vel, ut Bellarminus, a ſono, ut in aliis linguis. My Graeci, Latini eM vocant. Auſonius:

Vocibus in Graiis nunquam ultima conſpicior M.

נ, Nun,

נ, Nun, piſcem interpretatur Caninius; Bellarminus a ſono format. Graeci Ny, Latini eN. Auſonius:

Zeta jacens ſi ſurgat, erit nota quae legitur N.

ס, Samech, baſis, inquit Caninius. Continuatum et in ſe ductum, ait Bellarminus. Graeci Sigma; olim San, donec Ξ admiſſum: Latini eS. a vetuſtiſſima autem Sigmatis figura, quae talis erat, *C*, ſtibadim ſeu menſula vocata eſt Sigma. Martialis *lib.* XIV. *Epigr.* 87. *vs.* 1.

Accipe lunata ſcriptum teſtudine Sigma.

Item *lib.* X. *Epigr.* 48. *vs.* 6.

Septem Sigma capit. Sex ſumus, adde lupum.

ע, Aijn, fons Caninio; Bellarmino interprete, oculis, aſpiratio eſt ſolis Hebraeis nota. Arabes pronuntiant Hain et Gain.

פ, Pe, os ſeu vultus. Graecis Pi, Latinis Pe; Auſonius:

Hoſtilis quae forma jugi eſt, hanc efficiet Π.

Scribit Halicarnaſſeus, veteres diu pro Π uſos eſſe Δ.

צ, Tſade; venabulum ſeu hamus. Propria Hebraeis litera. Arabibus Tzad et Thad.

ק, Coph, a Cuph circulo. Vel, ut Caninius vult, ſignificat ſimium. Graeci K, Latini C, et Q: quae ultima ex ſemicirculo literae C concrevit in circulum, cauda appenſa, hoc modo, Q, ad diſtinctionem literae O, ut Scaliger adnotavit: ejus autem loco primum utebantur C, teſte Auſonio:

Praevaluit poſtquam Gammae vice functa prius C,
Atque alium pro ſe titulum replicata dedit Q.

quamquam et apud Graecos haec figura erat epi-

 ſemon,

ſemon, ſeu numeri nota, valens nonaginta, ut ſcribit Marius Victorinus: *Nec Q invexit Latinus ſermo; ſed apud Graecos fuiſſe, cognoſcere poteſtis, ſi Pontificum libros legeritis; et ſervire numero, et ſignificare nonaginta.*

ר, Reſch, quaſi Ros, id eſt caput. Graeci Rho; Latini eR. Auſonius:

Auſonium ſi Pe ſcribas, ero Cecropium P.
Et Rho quod Graeco, mutabitur in Latium P.

Caninam literam vocat Perſius: *

Sonat hic de nare canina
Litera.

Lucilium credo imitatus illo verſu.

Irritata canes quod R R *quamplurima dicat.*

non ſcriptu, ſed pronuntiatu difficilis litera, quam Demoſthenes didiciſſe fertur, catellam irritando. Eſt ſcrupus inſignis apud Epigrammatographum noſtrum Bauhuſium de tribus hiſce ejusdem literae nominibus ER, RO, RES:

Sesquipedalis ſum, Judaica, Graja, Latina,
Inque pedis medio pars mihi pulchra roſae eſt.
Tres habeo dentes, Grajum unum, unumque Latinum,
Tertius Hebraei de caris ore venit.
Si me non dicis, dicis, ſi dixeris, erras:
Cuncta Deus faciat, quae queat; iſta nequit.

ש, Scin, quaſi Scen, id eſt, dens, a forma; propria Hebraeis litera. Arabes dicunt S Sin.

ת, Tau, ſignum ſive terminus; quia claudit Alphabetum, ſicut Aleph inchoat. Graeci Tau, Latini Te. Harum porro literarum ſignificatio-nes,

* *Satyr.* 4. *vs.* 102. vide quae hac de litera diximus ſupra pag.

nes, alias longe adfert Eusebius lib. ix. et x. De praepar. Euang. et ex eo D. Hieronymus Commentariis ad Threnos et Epistola ad Paulum; quos aberrasse quidem, demonstrat egregie Goropius Hieroglyph. lib. i. sed ipse multo certe miserabilius lapsus, cum totius Alphabeti Hebraici literis omnibus, miram quandam orationem ad Spiritum sanctum docet contineri; secutus, ut opinor, Martini Gilberti commentum, qui Hebraicum Alphabetum in septem sententias literis Hebraicis significatas dispertit; de quibus nihil habeo dicere simplicius, quam quod

Turpe est difficiles habere nugas.

Sed ut ad priorem literarum significationem revertar; mirari satis non possum caussas, ut mihi quidem videre videor, ita longe quaesitas. Verbi gratia, ב Beth significare domum. Quae enim similitudo illius figurae cum domo? ג, Gimel, significare camelum, cum sit similior muscae? ד, Daleth, portam potius significare quam uncum? צ, Tsade, venabulum potius quam trullam? Et cur, oro, literae his nominibus appellatae sunt, ut faciamus eas rebus dictis esse similes. Quid scriptioni cum domo, camelo, porta, venabulo, etc. Fateor mihi hic aquam haerere; nec legere memini uspiam, qua caussa inditae literis fuerint hae appellationes.

Jam de vocalibus obiter dicendum. Veteres Hebraei, inquit Bellarminus cap. II. quod proprie vocales non haberent, utebantur earum loco quatuor consonantibus, Aleph, He, Vau, Jod. Per Aleph et He exprimebant A; per Vau, O et V. Per Jod, E et I. Praeter quas,

 Grae-

Graeci habuerunt E longum, ſeu H, et Ω, et Υ.

E, Ε῎ψιλὸν, olim ſcribebatur hoc modo $\overline{E}$, inquit Joſephus Scaliger ad Euſebium. Tribus autem obelis jugulatur, medio, ſummo, et imo; ut diſtinguatur a Ⱶ ſpiritu, a Γ, γάμμα, a L, Lambda, a Ꮁ, C vetere. Ita Scaliger Julius lib. I. De ling. Lat. cap. XL. Auſonius:

Praeſto quod E *Latium ſemper breve Dorica vox* E. *

H, Ἦτα apud Jones erat nota ſpiritus, ſicut hodieque apud Latinos. D. Hieronymus libro De nominibus Hebraicis vocat eam extenſam vocalem; hoc eſt ἀντίϛοιχον τῷ ἒ. Sic Auſonius:

Η*ta quod Aeolidum, quodque* E *valet, hoc Latiale* E.

O μικρὸν, figuram habet ab oris rotunditate qua os componimus dum O pronuntiamus. Olim autem pronuntiabatur plane ut ȣ, Auſonius teſte: †

Una fuit quondam qua reſpondere Lacones
Litera, et irato Regi placuere negantes.

ȣ autem poſt ſcribi coeptum eſt pro O. Auſonius:

Hoc tereti argutoque ſono negat Attica gens, ȣ.

quam literam, quia Philoxenus reſcripſit Dionyſio ſe revocanti, vocarunt Φιλοξένειον γράμμα.

Ω μέγα

* Plura hac de litera dabit Salmaſ. Exercit. Plin. p. 54. b. G. 198. a C. 743. a C. et *pag.* 430. b. C. C. Malvaſius *Marmor. Felſin.* Sect. VII. c. 12.

† Immo literae O et U frequenter fuiſſe commutatas late docuerunt Noriſ. in *Cenotoph. Piſan. Diſſ.* IV. p. 469. Spanhem. de *Praeſt. numiſm. Diſſ.* II. p. 73. et Malvaſ. d. l. V. 10. et VII. 3.

Ω μέγα opponitur Ο μικρῷ Aufonius:

Et fuprema notis adfcribitur Argolicis Ω.

His ambobus refpondet O Latinorum. Aufonius:

Ω quod et Ο Υ *Graecum, compenfat Romula vox* O.

Υ ψιλόν. Pythagorae bivium dicta, a ramofis brachiis. Aufonius:

Pythagorae bivium ramis pateo ambiguis Y. *

V, Latinis propria litera; ut Aufonius notavit:

Cecropiis ignota notis ferale fonans V.

De hac Prifcianus: V *loco confonantis pofita, eamdem prorfus in omnibus vim habuit apud Latinos quam apud Aeoles Digamma* F.

CAPVT VIII.

De quadruplici fcribendi modo. Primo, a dextra ad laeuam in latum. Secundo, a laeua ad dextram in latum. Tertio, a laeua ad dextram, et rurfus contra per verfus. Quarto, fummo finiftro latere chartae in imum verfus dextram fine regreffu.

In plana tabella aut charta per lineas rectas, modi fcribendi fingi poffunt omnino vigintiquatuor; octo

* Saepe in nominibus propriis apud Romanos literae V et Y commutabantur, Norifius in *Cenotaph. Pifan.* IV. *p.* 440. et Salmafius *Exercit. Plin. p.* 21. *a. A.* In medio aevo plerumque litera Y diplomatibus adjiciebatur, quod quafi notam affirmandi Ya explicat doctiffimus Mabillon. *lib.* II. *de Re Dipl. c.* 10. *p.* 111.

octo in latum, octo in longum, octo in diametrum.

Primus, a ſummo dextro ad laeuum in latum, qui eſt vetus Hebraeorum. Secundus, a laeuo ſummo ad dextrum in latum, qui iam eſt fere omnium, praeterquam Hebraeorum et Sinenſium, Tertius, ex utroque miſtus, ſed a laeua incipiendo? qui fuit recentior Hebraeorum, et antiquus Graecorum ac Latinorum. Quartus, ex vtroque item miſtus, ſed a dextra incipiendo. Quintus, ab imo dextro ad laeuum, in latum. Sextus, ab imo ſiniſtro ad dextrum in latum. Septimus, ex utroque miſtus, ſed a laeua incipiendo. Octauus, ex utroque item miſtus, ſed a dextra inchoando. Nonus, a ſummo latere dextro in imum: Decimus, a ſummo ſiniſtro in imum; ſed hi ambo lineis perpendicularibus; qui poſtremus eſt Indorum, Sinarum, et Aethiopum. Undecimus, a ſummo latere dextro in imum, et rurſus ab imo ad ſummum. Duodecimus, a ſummo ſiniſtro latere in imum, et rurſus ab imo in ſummum verſus, qui eſt Gothorum. Decimus tertius, ab imo dextro ad ſummum: Decimus quartus, ab imo ſiniſtro ad ſummum; et hi ambo per lineas perpendiculares. Decimus quintus, ab imo dextro in ſummum, et rurſus a ſummo in imum per verſus. Decimus ſextus, ab imo ſiniſtro in ſummum, et rurſus a ſummo in imum per verſus. Decimus ſeptimus, ab angulo dextro ſummo in imum ſiniſtrum, linea diametrali. Decimus octauus, ab angulo ſummo ſiniſtro in imum dextrum, linea item diametrali. Decimus nonus, ab angulo dextro in imum, et ab imo in ſummum rurſus

per

per verſus. Vigeſimus, ab angulo ſiniſtro in imum, et rurſus ab imo in ſummum. Vigeſimus primus, ab imo angulo dextro in ſummum ſiniſtrum, linea diametrali. Vigeſimus ſecundus, ab imo angulo laeuo in ſummum dextrum, linea diametrali. Vigeſimus tertius, ab imo dextro in ſummum ſiniſtrum, et rurſus a ſiniſtro diametraliter in ſummum dextrum. Vigeſimus quartus, ab imo ſiniſtro in ſummum dextrum, et a dextro rurſus in imum ſiniſtrum diametraliter.

Ex his viginti quatuor reperio quatuor tantum fuiſſe uſurpatos; primum, ſecundum, tertium, et decimum: et ſunt ſane inter hos etiam modos aliqui valde incommodi, ut mirer vel quatuor diverſos potuiſſe placere gentibus diverſis.

Primus omnium et antiquiſſimus eſt, Hebraeorum vetus a dextra ad laevam linea recta in latum: horum enim cum primae ſint literae, oportet et ſcribendi modum eſſe primum: quod eo facilius credendum eſt, quo modus ille incommodior atque imperfectior eſt; et prima quaeque ſolent eſſe incultiſſima maximeque rudia. Etiamſi enim Hebraeorum Rabbini glorientur, ſe imitari caelorum motum ſcribendo a dextro in ſiniſtrum; non tamen ea gratia efficient, modum illum ſcriptionis eſſe laudandum; quando et ita literae ſcriptae calamo ac manu leguntur, quae nobis ob oculos contemplandae relinquuntur, cum a laeuo ordimur ſcriptionem; et omnium animantium item primus ac naturalis motus extrorſum explicatur, et cetera opera quoque extento brachio, non retracto inchoantur; quando denique Hebraei ipſi ſingulas literas inter ſcribendum inchoant a latere

 laeva

laeva in dextrum, etiamsi adiunctionem literarum ad literas ducant a dextro in sinistrum, ut acute obseruarunt Angelus Roccha in Biblioth. Vatic. et Iul. Scaliger lib. I. De causs. ling. Lat. c. XLVI. qui tamen illud suopte ingenio ridicule affingit Hebraeis, eo ita eos scribere coepisse, quod prius texturam invenerint quam scripturam: textores vero primum tramae filum introrsum iaciant, coacti, non natura; quoniam dextra manu cum incipiunt, et sinistrae operam vicissim petunt, sic motus fuit auspicandus. Cedo enim Scaliger, si coacti ita tramam iaciunt, quia sinistra eam reiaculari debent, cur quando sinistra ad scribendum opus non est, manum libere non explicant extrorsum a laeuo in dextrum? Insignis etiam hac in re est Goropij fabella, qui libro tertio extremo Hieroglyphicon, ait, a Cadmo Hebraeos ita primum doctos esse praepostere scribere, ea caussa, ut discerent aliquando hac sua scribendi incommodissima ratione, Cimbros (a quibus literas nempe acceperant) in literarum quoque scribendarum modo esse imitandos. Egregiam, ita me Deus amet, diuinationem!

Nec pueri credent, nisi qui nondum asse lavantur. Porro hanc scribendi rationem Aegyptii ab Hebraeis accepere, ut Herodotus testatur lib. II.*

Hebraeorum modo veteri proxime, nisi fallor, successit modus quem supra numeravimus tertium: is nempe qui a laeua in dextram, et rursum a dextra

* Pomponius Mela lib. I. c. 9. ait, *eos literis uti perverse.* A dextra vero ad sinistram scripsisse pariter Graecos Romanos & Etruscos exemplis probat Dickinsonius in *Delphic. Phoeniciz. c.* 10.

tra in laeuam tendit per verſus: quem Nauclerus volumine primo, generatione LIV. ſcribit Hebraeis traditum eſſe ab Eſdra ſcriba * quem Graeci, auctore Pauſania libro v. vocarunt βυστροφηδὸν, ea re, quod boues inter arandum ab extremo ſulco convertantur in proximum ab eodem latere: atque hinc, ut id credam, etiam vehementius adducor, quod Cadmo literarum apud Graecos inventori, dum Boeotiam conderet, bos occurrerit, quem Graeci Ἄλφα appellant, a quo primae literae, nomen Ἄλφα impoſuit: ergo et a boum in arando more morem induxerit ſcriptionis, quae ſtylo velut aratro fiebat in cera: hic autem modus a Graecis deinde venerit ad priſcos Latinos; de quibus ita Iſidorus libro VI. cap. XIV. *Verſus vulgo vocati ſunt: quia ſic ſcribebant antiqui ſicut aratur terra; a ſiniſtra enim ad dextram primum deducebant ſtylum, deinde convertebantur ab inferiore, et rurſum ad dextram verſus; quos et hodie ruſtici verſus vocant.* †

Tertius ſcribendi modus eſt a laeua in dextram, ſine retrogreſſione ad laevam. Hic jam communis eſt plurimarum gentium, quia commodiſſimus et decentiſſimus: cum enim omnem literarum, etiam apud Hebraeos, virgulae ita inchoentur, decet totam ſcriptionem ita perfici, ut eadem ſit ratio totius et partium.

Quartus ſcribendi modus eſt Syrorum, Indorum, Æthiopum, et Sinenſium. De Syris Andreas

* Sine idoneo Auctore.

† Hinc forſan deſcendit phraſis Latina: *Literas exarare.* Ceterum leges Solonis hoc modo ſcriptas fuiſſe tradit Euphorion apud Didymum et ex hoc Suidas.

dreas Masius in Grammat. Syriaca: *Siri non a dextra ad sinistram versus ducunt manum, ut Judaei faciunt, cum scribunt: sed eam ex adverso positam reducunt sensim ad se per chartam transverso situ collocatam; propterea quod sic commodius aptiusque ipsorum literae formentur; ceteroqui legendi ratio prorsus eadem est quam Hebraei tenent.* Igitur Syri lectionem incipiunt a litera quae in scriptione erat summa; eamque faciunt esse in latere dextro, vertendo chartam dum legunt. De Indis ita Poggius lib. IV. De fortunae varietate: *Scribunt Indi, non ut nos aut Hebraei, in latus dextrum aut sinistrum, sed a summo ad imum ducentes calamum*, linea nempe perpendiculari. Non explicat Poggius in quod latus faciant linearum ad lineas adjunctionem; at certum quod versus dextrum: nam id de Sinensibus aperte scribit Nicolaus Trigaultius Belga e Societate nostra, Sinicae Expedition. lib. I. cap. V. *Sinicae scriptionis situs* inquit, *e diametro nostrae adversarius est; nam ad dextram a summo in imum ducunt manum, nos a sinistra ad dextram in latum progredimur.* Denique de Aethiopibus circa Meridionales insulas narrat Diodorus Siculus libro III. cap. XIII. *Non scribunt per latus, ut nos, sed a superiori parte linea recta ad inferiorem.* *Hunc scribendi modum Graeci appellarunt Taepocon, auctore Festo: *Taepocon*, inquit, *Graeci soliti sunt appellare genus scribendi deorsum versus, ut nunc dextrorsum scribimus.* Sed quid verbi sit Taepocon, non

* Verba Diod. Siculi *lib.* II. *prope finem* de Insulae Taprobanae incolis ita se habent: Γράφουσι τοὺς στίχους οὐκ εἰς τὸ πλάγιον ἐκτείνοντες ὥσπερ ἡμεῖς ἀλλ᾽ ἄνωθεν κάτω καταγραφόντες εἰς ὀρθόν.

non miror vel a doctioribus ignorari, et praeteriri a Tiraquello in Notis Alexandri Neapolitan. lib. II. cap. XXX. quando ita varie legitur in diversis exemplis apud Festum, ut monet Dionysius Gothofredus: Tahenpocon, Tamperon, Tempocon, Taempoton, Tampercon, Taencopon, Taenpton. Quis non rideat haec monstra verborum? *

Quintus scribendi modus falso tribuitur Gothis a Theodoro Zwingero lib. I. volum. IV. ubi sic scribit ex Olao Magno: *Secundum longitudinem a summo ad imum, et hinc rursus adscendendo, veluti per spiras (quales sol annuo motu per Zodiacum facere dicitur) scripserunt Gothi veteres in saxis vetustissimis, quae etiamnum extent.* Sed nusquam hoc scribit Olaus. Sunt enim tantum haec ejus verba lib. I. cap. XXXVI. ex Joannis Magni De Gothis lib. primo cap. VII. *Longe ante inventas literas Latinas, Aquilonaria regna suas literas habuerunt. Cujus rei indicium praestant eximiae magnitudinis saxa, veterum bustis ac specibus apud Gothos affixa. His itaque (ut in historia charissimi fratris mei Joannis Magni antecessoris Archiepiscopi Upsalensis libro I. cap. 7. habetur) apicibus res gestas lapidibus imprimentes, sempiternae memoriae tradiderunt.* Joannes vero Magnus tantum haec amplius addit: *Haec saxa literarum formis inscripta, persuadere possint, quod*

* Andreas Dacerius ad *Festum hac voce* palmariam emendationem Joan. Croio debere se fatetur, *in Observ. ad Nov. Test. c. 9.* legenti *Toëporchon*, hoc est, τὸ ἐπ᾽ ὄρχον ubi literae sunt ἐπ᾽ ὄρχον seu κατὰ στίχους dispositae, instar arborum in viridario a summa pagina ad infimam. Alia dabit Lilius Gregor. Gyraldus de *Poët. Dial.* I.

quod ante universale diluvium, vel paullo post ibi erecta fuissent, neque toto reliquo opere de Gothis, mentionem facit literarum. Certissimo autem lapsum esse Zwingerum ostendit Bonaventura Vulcanius libello de literis Getarum seu Gothorum, ubi omnes eorum inscriptiones scriptae sunt a laeva ad dextram in latum, more nostro vulgari; nulla omnino a summo in imum per versus * Quamquam

* Lubet hic adnectere modum scribendi prorsus singularem & jocularium, quo Romani uti solebant, si quando servos in fraudem creditorum vel legis Fusiae Caninae testamento manumittere animum inducerent. Scilicet nomina servorum in *circulo* scribebant, legibus, quae scripturae ordinem servantes, primum, et deinceps reliquos, tanquam testatori magis dilectos, ad legitimum usque numerum, libertate donabant, hoc pacto illudentes, Paulus, *lib.* IV. *Sent. tit.* 4. Gajus *lib.* I. *Inst. tit.* I. *l.* 60. *l.* 83. §. I. *D. de Hered. instituend.* Verum placuit, omnes in servitute retinere, propter circuli incertitudinem. Ex sententia autem Ulpiani in *l.* 24. §. 17. D. *de Fideicom. libert.* Si *ordo non pareat sortiri eos oportebit, ne aliquam ambitionis vel gratiae suspicionem Praetor subeat.* Revera itaque in circulo scripsisse nonnumquam moribundos existimat Nicol. Henelius in *Otiis Vratislaviensib. c.* 7. *pag.* 60. ubi ad inlustrationem juris veteris ex Bartholo aliisque exemplum allegat Franciscanorum minorum, quibus Urbanus Papa praeceperat tria nomina fratrum in scriptis sibi dare, unum ex illis ut Cardinalem crearet; at hi tria nomina in formam Spherae cum Papa communicabant, ne digniorem ex ordine scripturae cognosceret. Urbanitatem vero hanc cum urbanitate compensabat Urbanus, Ordinem, dicens, pervertistis, et ego Ordinem pervertam, spretisque tribus illis, Ordinis Generalem evexit. Aliter autem Joseph. Nerius *lib.* I. *Analector. c.* 27. τὸ circulo explicat, notare scilicet in universum omnes, nullo nominatim adpellato libertate donare. Aliter Em. Merillius *lib.* VII. *Obs. c. ult.* in circulo scribere esse sine ordine et confuse scribere, non singulos nominatim, eumque

quam non miror hic hallucinatum esse Zwingerum, qui eodem loco gravissime etiam aberravit in voce Taepocon, asserens eum esse modum quo Hebraei scribunt a dextra ad laevam.

Tabulam hic appendo, quo facilius variae illae scribendi rationes capiantur. *

eumque juvat Cajus *lib.* I. *Inst. tit.* 2. voce utens *confuse*, mox in *circulo*. Verum elegantius his piae memoriae A. Schultingius *ad Cajum d. l.* contra Merillium observat, aliud esse confuse aliud in circulo scribere; confuse, cum nulli in specie nominantur, sed generali vocabulo plures vel omnes includuntur; in circulo, cum revera singuli diserte nominantur, sed quis prior, quis posterior non appareat, quia circulus nec initium nec finem ullis partibus suis sentit, Plinius *Histor. lib.* II. *c.* 2. Neque insolitum veteribus modum scribendi in orbe tereti fuisse evidentissime probat Ausonius in *Ludo Septem sapientum* ubi Solonem sic loquentem facit:

Recte olim ineptum Delphicus lusit Deus
Quaerentem, quisnam primus sapientum foret;
Ut in ORBE TERETI *nomina eorum inscriberet,*
NE PRIMUS ESSET, NE VEL IMUS QUISQUAM.

Et hanc ego Cl. Schultingii et Henelii observationem calculo meo quali quali confirmo.

* Literarum Gothicarum auctorem perhibent Uphilam, seu secundum Jornandem Gulphilam, vel Vulphilam Gothorum Episcopum Arianum, quem circa tempora Valenniani et Valentis Imperatorum, seu circa annum Christi 370. vixisse Socrates *lib.* IV. *Histor. c* 33. et Sozom. *lib.* VI. *c.* 37. Nicephorus *lib.* XI. *c.* 48. testantur. Idem Ulphila S. Scripturam in linguam Gothicam transtulit teste Socrate *d. l.* In alia vero omnia abit Philostorgius *lib.* II. *Hist. Eccles. p.* 471. Ulphilae aetatem in Constantini tempora rejiciens. Sed nodum solvit Guil. Cave *Part.* I. *Hist. litt. Sec.* IV. *pag.* 222. interfuisse Philostorgii adserens a remotioribus temporibus Ulphilae aetatem repetere, ut Arianismi antiquiorem apud Gothos cultum facilius probaret. Recte deni-

denique Basnagius *Tom. III. Annal. Eccles. Polit.* Gothos habuisse jam proprias suas literas scripturamque exinde concludit, quod jam anno 320. episcopum suum ad concilium Nicenum miserint: fuerunt autem Runicae quibus utebantur tunc temporis tractu literae, secundum Wormium et Mabillon. *d. l.* et *lib.* v. *p.* 346. 347. Struvium *Act. liter. ex Mct. Fasc.* 1. *p.* 22. Differt tandem a Gothicis literis Runicae scripturae genus, quod Gothico est antiquius cujusque differentiam abunde docuit Olaus Wormius in *Fastis* et *Monument. Danicis*, et in *Praefat. ad Codicem argent.* in quo liber Evangeliorum Gothicis literis argenteis descriptus est, vide fragmentum illius Codicis apud Gruter. *Inscript. pag.* 142. *et pag.* 146. Inventores Runicarum literarum a *Rynner* voce prisca et nativa sulcos significante dictarum, quae et mirabilem propter formam mysticae et occultae audiunt, Danos fecit Olaus Wormius in libro de *Danica literatura Hafniae* 1636. edito, qui Gothis etiam ante Ulphilam illas in usu fuisse ibidem docet, vid. Mabillon *de Re Diplomat. lib.* 1. *c.* 9. §. 6. Coronidis loco ad tractatum hunc de literis spectant, quae reperiuntur in *Memoires de Literature Tom. II. pag.* 318. *sequ.* de origine Graecarum literarum et ibid. *pag.* 343. *sequ.* Item *Tom. III. pag.* 456. *sequ. et* 482. *et Tom. I. pag.* 263.



C A-

VIGINTI QUATUOR SCRIBENDI MODI

A SUMMO SINISTRO AD DEXTRUM IN LATUM.

A SUMMO DEXTRO AD SINISTRUM IN LATUM.

A SUMMO SINISTRO AD DEXTRUM ET PER REGRES= SUM A DEXT. AD SINIST.

A SUMMO DEXTRO AD SINISTRUM ET RUR= SUS AD DEXTRUM.

AB IMO SINISTRO AD DEXTRUM ET PER REGRES= SUM A DEXT. AD SIN.

AB IMO DEXTRO AD SINISTRUM ET RUR= SUS AD DEXTRUM.

AB IMO SINISTRO AD DEXTRUM IN LATUM.

AB IMO DEXTRO AD SINISTRUM IN LATUM.



CAPUT IX.

Quibus instrumentis scriptum.

Ut res quaeque simpliciores ac rudiores sunt, ita paucioribus egent adminiculis ad sui constructionem. Igitur cum recens nata atque adhuc impolita erat scriptio, duabus omnino rebus perficiebatur; stilo seu instrumento quo scribebatur, et materia in qua scribebatur. At mox, ubi poliri excolique ea ars coepit, coepit etiam praeter stilum et materiam in qua, egere materia ex qua literae scilicet fingerentur, de quibus singulis tractatio instituenda proximis tribus capitibus.

Instrumentum quo primum scriptae fuere literae, fuit *stilus ferreus.* Ducem habeo rationem; quia primae Hebraeorum literae saxis et laterculis incisae, ut monstravimus ex Josepho Judaeo; igitur ferreo stilo. Ligno enim, aut saxo, aut osse, aut re alia, qui pote? Ferreum autem hunc stilum vulgata lectio cap. XIX. * Job vocat *Caeltem: Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? Quis mihi det ut exarentur in libro stilo ferreo, aut plumbi lamina, vel caelte sculpantur in silice.* Quam lectionem vindicat Pater noster Molina in prima parte D. Thomae. q. 26. art. 1. disp. secunda, contra Titelmannum, et Biblia Regia, ubi pro *caelte*, scribitur *certe.* † Est enim caeltes, ut ipse

E ex

* Vs. 23. 24.

† Etiam Vulgata pro *Caelte* exhibet *certe.* Rectius vero Auctor

ex Lexicis et Orthographia Manutii docet, fer-
rum

Auctor noster cum Molina *caelte* a Latino *coelum* et *celtes* a caelando legit, quam lectionem confirmat Casaubonus ad *Athenaeum lib.* VII. *c.* 20. et Vossius de *Arte Grammat. lib.* II. *c.* 35. Ad locum Jobi allegatum Orationem sacram seu dominicam scripsit Dan. Kramer lingua Germ. quae adhaeret Hieronymi Hornschenii libello, cui titulus: Kurtzer Unterricht für diejenigen / die gedruckte wercke corrigiren wollen / *Lipsiae* 1634. 8. Occasione vero laudandi artem typographicam Jobi verba sibi explicanda proposuit Kramerus, variisque modis scribendi apud Hebraeos in compendio explicatis allegat Jeremiae locum *c.* 17. *vs.* 1. ubi mentio fit ferrei stili: *Peccatum Jehudae scriptum est stilo ferri et sculpro lapidis perdiuturni.* Addamus illi II. *Regum c.* 21. *vs.* 13. ubi Regem Manassen minatur Deus ruinam et deletionem ad instar tabularum ceratarum stilo inductarum. Eleganter de usu ferrei stili Ovidius *lib.* IX. *Metam. Fab.* 9. *vs.* 521. *sequ.*

Dextra tenet ferrum vacuam tenet altera ceram,
Incipit et dubitat, scribit, damnatque tabellas;
Et notat, et delet, mutat, culpatque probatque.
Inque vicem sumptas ponit, positasque resumit;
Quid velit ignorat, quidquid factura videtur,
Displicet, in vultu est audacia mixta pudori.
Scripta soror fuerat visum est delere sororem;
Verbaque correptis incidere talia ceris.

Differt ab his stilus argenteus, qualem in tumulo Childerici fuisse inventum constat, quique usum in plumbeis tabulis corticibus arborum praestare poterant, qua de re plura Chiffletius, vide Claud. du Molinet *Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Genevieve pag.* 32. ubi et discrimen inter fibulas seu acias et stilos veterum, ex eleganti Joan. Rhodii *Diss. de Acia, qua universae fibulae ratio explicatur, Hafniae* 1672. in 4. indicat. Locum hunc Molineti acceptum fero viro juveni ornatissimo, elegantiorum literarum studioso, inque decus inlustrium suorum majorum adolescenti Carolo de Geer, Dynastae in Leufsta, Weesbuy, etc. Apud Graecos ejusmodi stilum *γλυφεῖα* nomine designari tradit Montfaucon. *Palaeogr. Graec. p.* 20. Casaubon. ad *Theocrit. pag.* 21. Aristoph. *Θεσμοφοραζ. v.* 786 et Cl. Hemsterhuis. ad *Pollux. lib.* 10. §. 57.

rum sculptorium; sic dictum a coelo, vel antiquo verbo caello, quod significat caedo. Quem locum nullus, quod sciam, accuratius explicuit; nam et Pinaeda noster silentio praeterit, cum tamen retineat priscam cum Molina lectionem. Stili forma hujusmodi fuit, ut altera ejus pars ad scribendum esset acuta, altera ad delendum obtusa. Expressit eam egregie Prudentius Hymno IX. de S. Cassiano Martyre 51.

Inde alii stimulos et acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis cera sulcis scribitur:
Et qua secti apices abolentur, et aequoris hirti,
Rursus nitescens invenitur area.

Ego vero ut clarius eam exprimam, hic ejus imaginem subjicio, quam incidi curavi ad exemplum stili veteris, quam mihi Bruxellis ostendit Cl. D. Hopperus.



Stilus aereus est, instar ligunculi, incurva pala, ut nempe imposito indice, firmius cerae sulci complanentur; cauda seu cuspide inter reliquos digitos inclusa. Quare qui hunc stilum verterit ad inducendas literas, non eo utetur plane erecto, sed obliquato; omnino sicut parvo ligunculo, non sicut typo epistolari quo signantur epistolae. Cuspis quadrilatera est, latior tamen quam densior. Latera autem seu potius anguli laterum, sunt lima rasi. Id factum opinor ut stilus certius teneatur, et non fallat manum. *

 Con-

* Stilos integros cum eorum fragmentis quadragintos circi-

Confirmat ferri usum de postera aetate Isidorus lib. VI. cap. IX. *Graeci*, inquit, *et Tusci primum ferro in ceris scripserunt.*

Successit ferro *stilus osseus*. Tit. Quinctil. Atta in Satyra: *Vertamus vomerem in ceram, mucroneque aremus osseo.* Jusserunt enim Romani ne graphium ferreum esset: unde et apud scribas dicebatur, *Ceram ferro ne caedito*; ait ibidem Isidorus. Sed non fuit perlata ea Lex, aut certe abrogata est. * nam de ferreis cultellis suo adhuc aevo Martialis scribit lib. XV. Epigr. XXI.

Haec tibi erunt armata suo graphiaria ferro:
Si puero dones, non leve munus erit.

Ubi graphiaria, thecae † seu vaginae sunt ipsius graphii,

circiter inter suppellectilem suam se adservare Jo. Smetius testatur in *Antiqv. Neomagens. pag.* 149. Novem diversas stilorum figuras exhibet B. Montfaucon. *Tom. III. Antiqu. p.* II. *lib.* 5. *c.* 7. cave vero ne illas cum fibulis forsan confundas.

* Ossei itaque stili inventi sunt, ne ob exortam contentionem vulneribus mutuo se conficerent candidati et scribae. Sic Antyllus apud Plutarchum in *Gracchis* sauciatus fertur, et Martyr Cassianus, narrante Prudentio, stilorum vulneribus interiit. *Erixionem equitem Romanum, quia filium suum flagellis occiderat, populus in foro graphiis confodit*, auctore Seneca de *Clement.* 1. 14. Julius Caesar Cassii brachium arreptum graphio trajecit, Sueton. in *Caesar c.* 82. Caligula Senatorem graphiis confodi curabat, Idem in *Caligula c.* 28. Salmas. *Exercit. Plin. pag.* 735. b. E. Pignorius *de Serv. p.* 227.

† Ejusmodi thecae fecit mentionem propheta Ezechiel. *c.* IX. *vs.* 3. *Et inclamavit virum illum indutum vestibus lineis ad cujus lumbos erat atramentarium scribae*, ut vertit Tremellius. Hebraice *Keseth* dicebatur. Sueton. in *Claud. c.* 35. *Sero ac vix remisit ne cuivis comiti aut librario calamariae aut graphiariae thecae adimerentur.*

graphii, ut notat Raderus noſter; non ipſi ſtili ferrei, quod volunt Beroaldus et Domitius. Porro ſtili oſſei meminit praeterea Laertius, qui refert Cleanthem ſolitum oſſeo ſtilo in tegula excipere documenta Zenonis.

Saxeo ſtilo utuntur vulgo Arithmetici, dum in lamella ſaxea, ſeu ſcindula, numerorum zifras ſculpunt.

Adamantina cuſpide vitra inſcribuntur.

Carneo ſtilo, hoc eſt digito ſuo, Chriſtus pavimentum inſcripſit: Joan. cap. VIII. * et quisquis ille fuit, qui Baltaſſari epulanti mortis ſententiam digito ſcribebat in muro; Mane, Thecel, Phares: cap. V. Danielis.

Narratum mihi eſt a Sacerdote quodam noſtro, cujus in juvando hoc opere ſtudium ſenſi omnino ſingulare, captivum quemdam, cui ungues in longo carceris paedore excreverant, ungue ſuo in cuſpidem aptato, et in crenam fiſſo, atramentoque ex ſaliva aut urina et carbone temperato, epiſtolam ſcripſiſſe ad ſuos, id quod ipſe a viris fide digniſſimis accepiſſe ſe mihi affirmavit.

Horum omnium fere uſus exolevit, poſtquam inventus eſt calamus, penna, et penicillus; de quorum origine nihil conſtat certius, quam quod recentior ſit inventione chartae et membranae: neque

* *Vs.* 5. Sic Leges divinas digito lapideis tabulis inſcripſiſſe Deum legimus Exodi 34. vs. 1. Et milites ſcribentes in vagina aut clypeo literis ſanguine ſuo rutilantibus ſub ipſo tempore, quo in praelio vitae ſortem derelinquunt, occurrunt in *L.* 15. *C. de Milit. teſtam.* quae ſine dubio intelligenda eſt de ſcriptura digito ſanguine humano madente, exarata. Sed de hac alibi plura.

neque enim penna, quae cava est; neque calamo, qui pulposam medullam habet, scite arari potest cera; aut ullo modo caelari possunt tabellae aut saxa: deinde pennae et calami nisi coloribus intincti, non valent ad scriptionem, ut Quinctilianus lib. x. cap. III. in ceris autem, et saxis, et tabellis, sufficiebat incisio sine affusione coloris, quae necessaria tamen ad inscribendam chartam aut membranam. Est haec de earumdem rerum origine sententia Opmerii initio Chronicon; ubi sic loquitur: *In pugillares scribebant stilis ferreis: in papyros autem arundineis, et postmodum etiam avium pennis*, et Petri Gregorii lib. xv. De repub. cap. III. *Calamo*, inquit, *scriptum in chartis*, *Martiale teste:*

Dat chartis habiles calamos, etc.

Jam de singulis adfero aliquot auctoritates.

De *Calamo*. David Psalmo XLIV. *Lingua mea calamus scribae.* Ubi Aquila vertit, *Juncus scribae*, quod idem est; sunt enim calami, junci seu arundines quaedam aquaticae; quae copiosissime prope Memphim, Gnidum, et ad Nilum crescunt (unde Orus Apollo scribit, literas fuisse ab Aegyptiis significatas per cynocephalum apposito atramento et junco; quod junco scriberetur, et cynocephalus facile scriptionem disceret, sicut Aelianus ait, elephantos fuisse qui nossent scribere.) Et Plinius lib. XVI. cap. XXXVI. *Calami*, inquit, *Aegyptii maxime et Gnidii chartis serviunt*. et Martialis lib. XIV. Epigr. XXXVIII.

Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus.

Vocatur autem *Niloticus calamus* ab Apulejo initio lib. I. De Asin. *Chartarius*, initio lib. II. Florid. sicut

ſicut et a Celſo *Scriptorius*, lib. v. cap. XXVIII. ab Auſonio *Fiſſipes* argute, propter crenam cuſpidi inciſam. Paſſim vero apud Poetas pro calamo invenies *arundinem*: Ut apud Perſium; * quem ſolum adfero, quia ſolus elegantiſſime calamum deſcripſit:

* Satyr. III. vs. 11. Indiſtincte hic calamus arundo et fiſtula dicitur. Graeci vocabant κάλχμος et δόναξ et δονακεὺς, ceu patet ex vetuſtis Graecorum epigrammatibus, quae in Ἀνθολογίᾳ διαφόρων ἐπιγραμμάτων extant, *lib.* IV. *pag.* 660. edit. Lubini in Corpore Poetarum Graecorum 1614. qua ego utor. Epigrammata illa notulis quibusdam inluſtravit Vir Cl. Gotl. Schwartz. in *Exercit. de Varia ſuppellect. librar. veter.* Idem et σχοινος dictum fuiſſe hoc inſtrumentum ex Clem. Alexandrino docet, et Medio aevo Κονδύλας et Κονδύλια ex Cangii *Gloſſario Graeco*. Inprimis huc pertinet elegans epigramma lib. I. Antol. *c.* 18. *ep.* I.

Ἤμην ἀρχεῖον κάλαμος φυτόν· ἐκ γὰρ ἐμεῖο
Οὐ σῦκ᾽, οὐ μῆλον, φύεται οὐ σταφυλή.
Ἀλλά μ᾽ ἀνὴρ ἐμύσ᾽ ἑλικωνίδα λεπτὰ πορήσας
Χείλεα, καὶ στεινὸν ῥοῦν ὀχετευσάμενος.
Ἔνδε τοῦ εἴ τε πίοιμι μέλαν ποτὸν, ἔνθεος οἷα,
Πᾶν ἔπος ἀφθέγκτῳ τῷδε λέγω στόματι.

Prae ceteris vero commendat Plinius lib. XVI. *Hiſt. nat.* c. 36. calamos *Aegyptios* et *Cnidios*, quos Auſonius vocat *nodos Cnidios Epiſt.* IV. 75. ut Perſius d. l. *nodoſam arundinem*. Idem Auſonius *Epiſt.* VII. *v.* 48. Findebantur hi calami in medio partis infimae, duos ut haberent apices ad inſtar noſtrarum pennarum, unde calami *fiſſipedes* apud Auſonium dicuntur.

Fac campum replices, M*uſa Papyrium*;
Nec jam FISSIPEDIS *per* CALAMI *vias*
Graſſetur CNIDIAE *ſulcus* ARUNDINIS,
Pingens aridulae ſubdita paginae,
Cadmi filiolis atricoloribus.

Snprema haec calami pars vel apex illius atramento intingebatur, quo pergameno inſcribebatur, vid. Schwartzium *d. l.*

Inque manus chartae, nodosaque venit arundo.
Tum querimur crassus calamo quod pendeat humor,
Nigra quod infusa vanescat sepia lympha:
Dilutas querimur geminet quod fistula guttas.

De *Penna*. Juvenalis: *

Praecipiti venisset epistola penna.

quamquam sunt qui hoc interpretentur, non de stilo graphiario, sed de columba, seu alio quovis alite vectore literarum.

De *Penicillo*. Scribit P. Nicolaus Trigaultius Expedit. Sinicae lib. I. cap. IV. *Sinae, penicillo e pilis leporinis (quo ad scribendum utuntur) atramentum excipiunt.* Apud nos vero nullo alio ad scribendum instrumento, quam penicillo, utuntur pictores. †

Prae-

* Satyr. IV. vs. 149. Recte Cl. Schwartzius contra Auctorem nostrum et qui eum sequuntur, Vossium, Montfaucon, *d. l.* §. 8. observat, celeritatem figurate proposuisse Juvenalem, exemplo Horatii lib. III. *Od.* 28. vs. 33. *Si celeres quatit pennas*, Et sic ipse Montfaucon. *Tom. III. Antiqu. lib.* 5. *c.* 6. *p.* 354. locum illum explicat. Verum quae ipse Schwartzius mox adtulit ex *Tom. II. thes. Antiqu. Graec.* XXVIII. de Dea Egeria pennam scriptoriam dextra tenente, itemque quae Mabillonius in supplem. ad libr. de *Re Diplomat. c.* XI. §. 8. ubi quatuor Evangelistae cum penna in manu depicti cernuntur; Porro ex Montfaucon. *lib.* I. *Palaeograph. Graecae c.* 3. de effigie Aristotelis pennam, ut videtur anserinam, manu habentis, pictorum inventa et fictiones sapere videntur, quibus semper fuit aequa quidlibet audendi potestas. Certius argumentum ex Isidoro *lib.* VI. *Orig. c.* 14. petitur: *Instrumenta scribae*, dicit, CALAMUS *et* PENNA. *Ex his enim verba paginis infiguntur. Sed* CALAMUS ARBORIS (fruticis) *est.* PENNA AVIS: *cujus acumen dividitur in duo, in toto corpore unitate servata.*

† Huc refer illud Marciani in *L.* 17. *D. de Instr. fund. Peniculi,*

Praeter haec inſtrumenta, quae vicem obeunt ſolius ſtili, ſunt quaedam etiam ſubinde uſurpata, quae faciunt pro ſtilo et ſimul pro materia ex qua literae fiunt. Hujusmodi ſunt, rubrica, creta, carbo, plumbum; quae etiam priſcae fuere conſuetudinis. Ut patet ex Perſio de *Rubrica:*

Oculo rubricam dirigit uno.

ex eodem, de *Creta:*

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

mancipiorum enim uenalium pedes creta inſcribebantur, ut auctor eſt Plinius * et Propertius. A-

E 5 ſiati-

niculi, et cauteria et conchae. Plin. *lib.* xxxv. *c.* 10. et Bulenger *de Picturis* 1. 13. Et hoc inſtrumento pictorio plerosque libros aureis literis conſcriptos et exaratos fuiſſe putem, cum penna aut calamus vix capiat liquorem aureum neque illum ſatis fluidum poſſit reddere. Magis me in hac ſententia confirmat, quod JCtus inſtrumento adnumeraverit peniculos.

* Transmare advecti cretatis vel gypſatis pedibus venibant Plin. *Hiſt. nat.* xxxv. 17. 18. Broekhuſius ad *Propert.* iv. *Eleg.* 5. *vs.* 52. Aſiatica vero creta cujus meminit Cicero in *Orat. pro Flacco c.* 16. non ſoli publicani utebantur, ut putat Auctor, ad merces ſignandas, ſed ad literas quascunque obſignandas. Audiamus ipſum Ciceronem aperte contrarium adſerentem: *Haec,* inquit, *a nobis prolata laudatio obſignata erat creta Aſiatica, quae fere eſt omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modo in* PUBLICIS, *ſed etiam in* PRIVATIS LITERIS, *quas quotidie videmus mitti a publicanis ſaepe unicuique noſtrum.* Neque ſolis Aſiaticis populis in more fuiſſe creta obſignare literas; aliis vero cera, ceu conjiciunt interpretes Ciceronis, judico: antiquum enim vocat morem Servius *Aeneid.* vi. *vs.* 321. *Quod cum cives ejus cognoviſſent, ei epiſtolam miſerunt creta antiquo more ſignâtam.* Sic literas regias publicas farina macerata, quam *paſtam*, ſeu crudum panem dicebant, Du Freſne in *Gloſſ. med. aevi* voce,

ſiaticam vero cretam vocat Cicero oratione pro Flacco, eam qua Publicani utebantur, forte ad ſignandas merces quae ſoluto portorio exportabantur.

De *Carbone*, Plautus in Mercatore; *

Im-

voce, *paſta*, ſignatas fuiſſe tradit Sylvius ad *d. l.* Sic Cic. *Verr.* IV. 26. *pr. Cum epiſtola allata eſſet, ſignum iſte animadvertit in cretula.* De uſu cretae et cerae ad obſignationem literarum adeas Voſſium *lib.* IV. *de Idololatr. c.* 91. et Joan. Mercerium *lib.* I. *Obſervat. c.* 12. Kirchm. *de Annul. c.* 9. Vict. *Var. lect.* XIV. *c.* 4. Lipſ. *Inſtit. Epiſt. c.* 4. Inde etiam cerarii illi in medio aevo, ſeu ſervi, qui ab epiſtolis ſignandis erant, ut recte Lindenbrogius et Spelmannus obſervaſſe videntur, minus recte a Du Freſne voce *Cerarii*, argumento inſcriptionis ex capitularibus Caroli M. notati: agit enim illa et de cerariis et tabulariis et chartulariis. De cera alba, rubricata et viridi, Sigillis medii aevi adhibita, vide Mabillon. *de Re diplomatic. lib.* II. *c.* 16. *pag.* 140. 141. Modernum noſtrum Gummum Indicum, ſeu ceram Hiſpanicam deſcripſit in compendio Hubner, in *Kunſt* Lexico, voce *Lak.*

* *Act.* 2. *Sc.* 3. *vs.* 74. Carbonis pariter et cretae meminit Martial. *lib.* XII. *Epigr.* 62.

Qui carbone rudi putrique creta
Scribit carmina

Hinc in Proverbium abiit *atro carbone notare* i.e. inter infelicia numerare vel damnare; vel *creta notare*, inter proſpera reponere, Horat. 2I. Satyr. *vs.* 246. Eraſm. in *Chiliad. p.* 57. Praeterea et ceruſſa in ſcribendo uſos fuiſſe veteres teſtis eſt *L.* I. *C. Th. de Veteranis*, inde *ceruſſatae tabulae* ceruſſa ſeu albo colore inlitae. Ceruſſatae tabulae aeneis tabulis erant proximae, quae incruſtratae erant plumbo in acuto aceto ſoluto, ſcribit Jac. Gothofr. *ad d. l.* I. adducens *L.* I. *in fin. C. Th. de Alim. quae inop. parent.* qua adparet, edicta in ejusmodi tabulis fuiſſe conſcripta, ut in aeneis tabulis: *aereis*, eſt in d. l. I. *tabulis vel ceruſſatis aut linteis mappis ſcripta per omnes civitates Italiae proponatur lex, quae parentum manus a parricidio arceat.* etc. Apud Fabrettum ta-

men

Impleantur meae fores elogiorum carbonibus.
De *Plumbo* Catullus *ad Valerium. vs.* 7.
Membrana directa plumbo.
Imo fullatis praeterea coloribus scribere solitos Hiachmaenes in sindonibus, narrat Neapolitanus Alexander lib. 11. cap. xxx.

CAPUT X.

De materia in qua scriptum antiquissime.

PRIMA materia in qua exceptae literae, fuere saxa et lateres. Ita enim de prima scriptione Josephus lib. 1. Antiquitatum cap. iv. *Seth imitatores sui filios habuit*, etc. *Qui facientes columnas duas;*

men *cap.* IX. *Inscript. num.* 9. tabula aenea occurrit, decuriotum nomina et ordinem exhibens. Sic et Album praetoris Theophilo est edictum διὰ τὸ λευκοῖς γεγραμμένον γράμμασι, *albis literis scriptum* §. 12. *Instit. de Action.* Accursius dealbatum parietem sinistre explicat, nec Plautus ei favet *Pers.* 1.2. *vs.* 21.
Nae isti faxim nusquam adpareant
Qui hic albo pariete aliena oppugnent bona.
Etsi enim constet ex Suida voce λεύκωμα parietes fuisse apud veteres gypso obductos ad in scriptionem civilium rerum adcommodatos, vid. Taubman. ad d. Plauti locum ibique alleg. et quae ex hoc sumpsisse videtur Cl. Heinec. *lib.* 1. *tit.* 2. §. 23. *Not. m.* Adde Daniel *c.* v. *vs.* 5. Verosimilius tamen est non fuisse parietem, sed tabulas dealbatas atris literis conscriptas, sicut ebur candidum atramento, Martial. *lib.* XIV. *ep.* 5.
Nigra Tibi niveum litera pingat ebur.
Vide Fabrottum ad d. l. Theophili. Nusquam enim mentio apud JCtos de albo Praetoris pariete. Adde quae ad *tit. D. de Albo decurionum* Interpretes adnotarunt, et Brisson. voce *Album.*

duas; alteram ex lateribus, alteram ex lapidibus, in ambabus quae invenerant, conſcripſerunt, ut, ſi conſtructa lateribus exterminaretur ab imbribus, lapidea permanens praeberet hominibus ſcripta cognoſcere. * Hic mos deinde venit ad Babylonios et Phoenices; quorum illi, auctore Plinio lib. VII. cap. LVI. coctilibus laterculis mores, leges, et inſtituta conſcripta tradiderunt; hi vero lapidibus. Romani, ceteraeque gentes fere omnes, eumdem morem ſunt amplexi; unde tot paſſim viſuntur antiqua marmora, cippi, et ſtelae, literis inſcripta, ad memoriam aeternam rerum geſtarum, ut Horatius lib. IV. Od. VIII.

Inciſa notis marmora publicis.

Et Danos ſolitos inſcribere cautibus maiorum ſuorum geſta ſcribit Saxo Grammaticus in Praefat. Hiſtoriae Danicae. †

Folia arborum, proxime, ut opinor, ſucceſſere lapidibus, a quibus nos hodieque membranas et chartas folia (Graeci φύλλα) appellamus. Plinius teſtatur lib. XIII. cap. II. *In palmarum foliis fuiſſe primum ſcriptitatum*; apud Aegyptios nempe, de quibus eo loco loquitur, non apud Hebraeos. Henricus Salmuth in Notis Pancirolli, auctoritate Guilandini ductus, legit *maluarum* pro *palmarum.*

* In tabulis lapideis ſcripſit Deus Decalogum *Exodi* 31. 18. easque Salvianus eleganter *Rupices paginas* vocat. Et epiſtolae a Themiſtocle in lapidibus exaratae exemplum dabit Herodotus *lib.* 8. *c.* 22. Adde Huetium in *Demonſtr. Evangel. pag.* 43. Simon. in *Hiſt. Crit. V. T.* Adde Memoires de literat. *Tom.* VI. *pag.* 31. *des Monumens qui ont ſupplee au defaut de l'ecriture.*

† *In ſaxis ac rupibus*, inquit, *voluminum loco vaſtas moles amplectebantur, codicum uſum a cautibus mutuantes.*

rum. Sed Isidorus aperte lib. VI. cap. XII. affirmat scribi solitum *in maluarum foliis atque palmarum.* Quam lectionem asserit quoque Scaliger libello contra Guilandinum. Et cur, oro, non aeque in foliis palmae ac maluae? Certe affirmat id Osorius lib. II. De rebus Emman. *Indi*, inquit, *neque charta utuntur, neque papyro; sed stilo in foliis arborum silvestrium, quas propter similitudinem, palmas appellant, literas exarant.* Imo Virgilius omnino ample loquitur de cujusvis arboris folio, lib. III. Aeneid. lib. 6.

Foliisque notas et carmina mandat.

Quaecumque in foliis descripsit nomina virgo, etc.

Ergo in foliis palmae scriptum.

De *Malua*, C. Helvius Cinna apud Isidorum:

Haec tibi Arataeis multum invigilata lucernis
Carmina, queis ignes novimus aetherios,
Laevis in aridulo maluae descripta libello
Prusiaca vexi munera navicula. *

Hinc

* Juvenalis *Sat.* VIII. *vs.* 126. *Credite me vobis recitare folium Sibyllae.* Et quid obstat quo minus *L.* 12. §. 2. *D. de Usu et habit.* huc referamus, et generaliter usu relicto palmarum folia aliave ad scribendum adhibita ibi pariter intelligi dicamus. In tanto enim conjecturarum conflictu (vide allegatos apud Anselmum ad d. §. 2. ibique lege Cujacium *lib.* IX. *Obs.* non *lib.* VI. ut fecit S. Leuwen et reiteratae Antwerpiensis editionis Auctor,) vix errabo, si generali nomine foliorum et illa intellegam quae ad scripturam faciebant. Quid si enim in fundo ejusmodi folia ad alenda pecora necessaria, non crescant? vel si Dominus illis haud utatur? magisque indigeat palmarum malvarumque foliis, quibus abundat foecunda Italia? Sic mallem in latiori sensu foliorum usum accipere cum Auctore, forsan Antonio Augustino, editionis Chevallonianae, quae prodiit Parisiis 1548. et inter

rario-

Hinc et folium μαλάχης sanctissimum Pythagorae appellatum, apud Aelianum lib. IV. cap. XVII. Sic et Hesiodo dictum:

ὅσσον τ᾽ ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ᾽ ὄνειαρ.

Imo et in foliis oleae Syracusanos Judices solitos exulum nomina scribere refert Diodorus Siculus lib. II. adeoque capitales sortes fuisse foliis frequenter inscriptas etiam apud Graecos, argumento est, quod condemnatio dicta sit ἐκφυλλοφόρησις, ut Junius observat lib. II. Animadver. cap. V. Fungo autem Burri inscripserunt ad Trajanum, apud Xiphilinum; et pomo Acontius, apud Ovid.

Florum folia subinde inscribi solita, reperi apud Ovidium V. Fastorum De Floralibus:

Prima Therapnaeo feci de sanguine florem,
Et manet in folio scripta querela suo.

Apud Virgilium Ecloga III.

Dic quibus in terris inscripti nomina Regum
Nascantur flores.

Quod multi de Telamone in Hyacinthum verso accipiunt. Cui flori duae hae literae AI inscriptae viden-

rariores Corporis nostri editiones a Viro Ampl. H. Brencmanno *pag.* 268. *Hist. Pand.* relata est. Hanc apud Virum consultissimum Corn. de Waal, causarum Patronum Hagae Comitum celeberrimum, vidisse se tradit instaurator ille Jurisprudentiae nostrae. Quod cum humanissime commemoret laudatus Brencmannus, non est, quod sine honoris mentione et grati animi testificatione liberalitatem consultissimi et amicissimi mihi Viri, ejusdem C. de Wael, illaudatam hic praeterire sinam, qui nuper editionem illam liberaliter dono mihi obtulit, ut fructum forsan sentiret inde eruditus lector in Commentario meo ad LL. Callistrati, tractu temporis, ubi mollius otium indulserint Superi, lucipublicae exponendo.

videntur ſignificantes AIacem. Qua de re Ovidius lib. XIII. Metamorphos.

Litera communis mediis, pueroque viroque,
Inſcripta eſt foliis; haec nominis, illa querelae.

Ubi literam communem vocet AI, vel YA, a qua et HY Acinthi et AIacis nomina inchoantur. Eodemque alludit Poeta lib. x. Metamorph.

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit; et Hya
Flos habet inſcriptum, funeſtaque litera ducta eſt.

Formoſorum vero nomina iis inſculpi, hiſce formulis, Ὁ δεῖνα καλὸς, *Ille formoſus eſt*, *Pulchra Paſicompſa*, etc. Notavit Petrus Victorius lib. XVI. Variar. cap. v. Vide Crinitum libro III. De honeſta diſciplina cap. III.

Libri arborum, hoc eſt tunicae interiores corticis, ſuffecti in locum foliorum. Plinius lib. XIII. c. XI. *In foliis primo ſcriptitatum; deinde quarumdam arborum libris.* Arborum autem hujusmodi tres ſpecies enumerat Ulpianus Leg. 52. Librorum in princ. D. De Leg. III. tiliam, philyram, et papyrum. Scribit Q. Septimin. in Praefatione Dictys Cretenſis, vidiſſe ſe opera Dictys omnia, in talibus librorum tunicis ſcripta. In vivarum corticibus arborum ſubinde, ſed rarius ſcriptum legimus; de quo ritu poſtea agetur longius.

Tabellae ligneae, quia magis ferunt aetatem, mox libris ſubſtitutae; eodem forte tempore quo inventi libri lintei et plumbei. Quia enim in arborum libris hucusque fuerat ſcriptum, facilius nempe cogitarunt de ligneis tabellis, quam de linteo aut plumbo quae minus ad manum ſunt; ut videor

deor posse non male suspicari. * Porro hae tabellae codices dictae, et codicilli; a caudice arborum, e quibus in scindulas sectae. Fuisse autem ante chartae et membranae usum inventos, Isidorus libro VI. cap. VIII. scribit his verbis: *Ante usum chartae et membranarum, in dolatis ex ligno codicillis epistolarum colloquia scribebantur.* Imo ante pugillares cereos, non dubitem asserere: quia simpliciores tabellae nudae quam ceratae; et Plinius indicat libro XIII. cap. XI. *privata monumenta linteis confici coepta aut schedis.* † Ita enim legendum esse

* Ejusmodi tabulae ex buxo et tilia olim conficiebantur, meminitque earum jam Isaiae *cap.* XXX. 38. *Scribe ei super buxum* (secundum septuaginta ἐπὶ πυξίου) *et in libro diligenter illud exara.* Propertius *III. Eleg.* 22. *vs.* 8.

Non illas fixum charas effecerat aurum,
Vulgari buxo sordida cera fuit.

De his consuli possunt viri eruditissimi Jac. Perizonii *notae ad Aelianum Var. Hist. lib.* XIV. *c.* 12. Tabellarum ex ligno vulgari confectarum meminit Horat. *de arte Poet.*

Leges incidere ligno.

Et Festus voce *Tabella.* Adde *Lucae* I. *vs.* 63. ubi ejusmodi tabellam adferri sibi jussit Zacharias. Frequens autem harum tabellarum fuit usus apud Veteres, inprimis in libertate suffragandi, unde leges illae tabellariae, quibus cavebatur, ut populus non voce sed tabella suffragium ferret, ne quis inspiceret tabellam, ne rogaret, ne adpellaret, Cic. de *Leg.* III. 16. Idem pro Planc. VI. *Populo grata est tabella, quae frontes aperit hominum, mentes tegit. datque eam libertatem, ut quod velint, faciant, promittant autem quod rogantur.* Vide Cl. Heineccium in *Append. Antiquit. Rom. ad Instit. c.* I. §. 31. Adde Ant. Ferratium *lib.* 3. *epist.* 4. et quae eleganter de abusu Legis tabellariae disserit Plinius *lib.* III. *ep.* 20, et *lib* IV. ad eundem Messium scripta, quas miror utrosque Viros literatissimos non adlegasse.

† *Licinio libris haud dubie sequi linteos placet* Vopiscus in *Aurel.*

esse pro *ceris*, monet Scaliger contra Guilandinum ex omnibus manuscriptis. Sunt aut schedae aut schedulae Graecis eaedem quae nobis tabellae nudae: *Aliud*, inquit Scaliger, *est cera*, *aliud scheda*; *scheda non est deletilis*; *erat enim pagella lignea.* Ex hujusmodi vero assellis seu tabellis, librum Hebraicis et Latinis characteribus scriptum, inventum esse prope Toletum temporibus Regis cujusdam Ferdinandi, narrat Rodericus Sanctius Episc. Palentinus, 3. part. historiae Hispanicae cap. IV. et Baronius in Martyrologio Romano, Codicem Euangelii divi Matthaei in hujusmodi schedulis Hebraice scripti, inventum refert in monumento D. Barnabae Apostoli: *Libri hujus tabellae*, ait Auctor Vitae apud Surium Tomo III. *erant thyinis lignis composita.*

Solebant autem in hujusmodi tabellis discere primo scriptionem analphabeti; aevo etiam Plauti ut ipse significat Bacchid. Scena *III. Act.* 3. *vs.* 37.

Exemplo puer paedagogo tabula dirumpit caput. si enim cerata fuisset tabella, et non nuda, ac satis etiam crassula; quomodo puer ea caput dirumperet paedagogo? non, si vel cucurbita esset ejus caput aut pepo. Deinde fiebant hae tabellae e solo ligno, ut pueri intra excisos characterum sulcos exercerent manum, quam nempe orae ligni duriores, ne exerrarent, cohibebant; ut ita etiam

F ad

Aurel. Et si his contentus non fueris, lectites Graecos, libros etiam linteos requiras, quos Ulpia Bibliotheca cum volueris ministrabit Et libros Sybillinos non in chartaceis voluminibus, sed linteis descriptos fuisse testatur Q. Symmachus *lib.* IV. *Epist.* 34.

ad ceram ſenſim firmaretur; quale ludi genus tirunculis praeſcribit Quinctilianus primo cap. 1. * Denique eaedem tabellae, a pungendo, dictae pugillares, pugillar et pugillaria (ut loquuntur Gellius et Auſonius) et varia facta ſunt earum genera.

Cerei pugillares, a çerae cruſta vel malthae †; hanc

* *C.* 1. *Inſtit. Orat. Ad diſcendum*, dicens, *irritandae infantiae gratia. eburneas etiam literarum formas, in ludum offerre notum eſt.* Et Hieronymus ad Laetam *Fiant*, inquit, *ei literae vel buxeae, vel eburneae, et ſuis nominibus adpellentur. Ludat in eis ut et ludus ipſe eruditio ſit.* Sic in ludo Mathematicorum pueros in pulvere lineas geometricas duxiſſe, unde diſciplina mathematica *pulvis eruditus* dicitur, ex Cicerone *lib.* 11. *de Natura Deorum* conſtat. Et pulvere menſas geometricas fuiſſe conſperſas, ut eo facilius virgulae, ſiniſtre a pueris ductae deleri poſſent, teſtis eſt Ariſtophanes in *Nub. A.* 1. *Sc.* 2. vide plura in *Opuſculo, de eo quod juſtum eſt circa chartas.*

* Clarius haec explicat Livius *Dec.* 1. *Asdrubal*, inquit, *epiſtolam ſcriptam ſuper rebus arcanis hoc modo abſcondit: pugillaria nova nondum etiam cera illita accepit, literas in lignum incidit, poſtea tabulas, uti ſolitum eſt cera collivit* Plinius ex Homero adſerit pugillarium uſum fuiſſe ante Trojana tempora. Simpliciter etiam *cerae* dicuntur, Plinius *lib.* 1. *Ep.* 2. *n.* 2 *plenas* CERAS. Idem *lib.* VII. *Ep.* 27. *n.* 9. *rurſusque* CERIS *et ſtilo incumbit.* JCti tabulas ceraſque plerumque conjungunt *L.* 1. §. 4. *D. de Lege Cornel. de Falſ. qui in tabulis* CERISVE *falſum fecerint.* Ulpian. *tit.* XX. *Regular. Haec uti his tabulis* CERISVE *ſcripta ſunt.* Videtur autem per tabulas ſcripturam ſtudioſius elaboratam intellexiſſe JCtos; per ceras, pugillares in quos tumultuarie omnia conjiciebantur. Sic certe apud Plin. *lib.* VI. *Ep.* 5. *in fin. Celſus Nepoti ex libello reſpondit, et Celſo Nepos ex pugillaribus*, ubi majori cum cura et juſto libello Celſus Nepoti videtur reſpondiſſe, Nepos vero Celſo ex pugillaribus, in quos ſummatim

hanc enim etiam tabellis illitam scribit Pollux lib. x. c. xiv. ex Aristoph. et Cratino. Iidem quin-

tim et per indicem argumenta causarum conjecerat. In ejusmodi tabulis ceratis testamenta quoque conscribebantur. Juvenal. *Satyr.* I. *Nonne libet medio ceras implere capaces.* Inde *prima cera*, *ima cera* apud Sueton. *in Julio c.* 83. et *Neron. c.* 17. Cl. Schulting. ad Caji *Inst. lib.* II. *tit.* 4. § 2. Nolim tamen dicta haec generaliter nimis accipias, quasi nescirem antiquissimum tabularum fuisse usum, earumque generali denominatione et marmoreas, lapideas, plumbeas contineri. Illis prophetas conciones suas insculpsisse populoque publice et praesertim domi suae legendas proposuisse, colligere datur ex Aesaia *c.* XXX. *vs.* 8. et Habacuc. *c.* II. *vs.* 2. pariter ac olim Romanorum Pontifices facere solebant, de quibus Cicero *lib.* II. *de Oratore* idem tradit. Et sic Oraculorum responsa in tabellis publice descripta publice exponebantur, inprimis si successus et sortita essent interrogata vid. Anton. van Dale *de Oracul Ethnic. orig. et auctoritat. c.* VI. *p.* 138. Atque in ejusmodi tabulis et Leges Romanas fuisse descriptas constat ex *L.* 2. §. 4. *D. de Orig. Jur.* ad quam frequentem senatum habuere Nostrates, quorum suffragia collegit Cl. Otto in *Praefat. ad Tom. III. Thes. Jur.* Pomponius in tabulis eboreis leges fuisse propositas tradit, quod et Theophilus testatur ad §. 2. *Inst. de Testam.* Plerique *aereas* apud Pomponium legunt. Verum pace virorum eruditissimorum, auctoritatem trium illustrium apud Veteres Auctorum, Livii *lib.* III. *c.* 75. Auli Gellii *lib.* II. *c.* 12. et Dion. *lib.* III. *c.* 50. oppono, ad unum omnes qui testantur, exemplo Legum Solonis axibus ligneis tabulisve quernis Leges fuisse inscriptas. Lubens hinc subscribo summo Scaligero, in *Animadvers. in M. Guilandinum*, quae inveniuntur in Opusculis Scaligeri variis, Parisiis 1610. pag. 18. *roboreas*, id est, ligneas legenti. Hoc tamen non excidisset vellem viro praeclaro, et ita apud Ulpianum in *L.* 52. *D. de Legat.* III. esse legendum, cum longe aliam flagitet ibi explicationem temporum ratio et sententia Ulpiani, qua de re latius in *Opusc. de Jure chartarum.* Tractu demum temporis pro roboreis tabulis aereas ad perpetuitatem substituisse Romanos nemo est qui dubitat, vid. Plinius *lib.* XXXIV. *c.* 9. ibique Harduinum in *Notis.*

cuplices a numero foliorum dicti Martiali lib. XIV. Epig. IV.

Quincuplici cera cum datur altus honos.

materia quidem vilissimi, sed officio summi; quando illis solis scribebatur ad Imperatores, qui qualesve eis honores decreti pro triumphis, ut indicat ille citatus versus.

Citrei pugillares, e citri ligno. Martialis lib. XIV. *Epigr.* XXX. *vs.* 3.

Secta nisi in tenues essemus ligna tabellas,
Essemus Libyci nobile dentis opus.

Eburnei, ibidem Epigram. V.

Languida ne tristes obscurent lumina cerae,
Nigra tibi niveum litera pingat ebur.

Hi vero eburnei pugillares iidem sunt quos Vopiscus in Tacito, et alibi, vocat libros elephantinos; ut recte opinantur Turnebus et Pancirollus.

Membranei, ibidem Epigram. VII.

Esse puta ceras, licet haec membrana vocetur:
Delebis, quoties scripta novare voles.

Liturantur enim chartae illae deletiles e gypso aut creta, digito in saliva intincto, de qualibus mentio fit Leg. Si quis id, quod. 7. De Jurisdict. omn. jud. P. et alibi lib. 50. tit. 3. cum similibus.* Denique

* Tit. D. de *Albo scribendo*. Notabilia sunt verba *L. 7. pr. D. de Jurisd.* digna ut paulo latius explicentur: *Si quis id*, (non *in*, ut fecit Auctor) *quod Jurisdictionis perpetuae causa, non quod prout res incidit, in albo vel in charta vel in alia materia propositum erit, dolo malo corruperit: datur in eum quingentorum aureorum judicium.* Patet hinc aliud fuisse album, quod ad perpetuam jurisdictionem, (de qua vide adlegatos

nique ut paucis omnia complectar quae ad pugil-
F 3 lares

legatos apud Modium ad d. pr.) pertinet; aliud in quo singulae causae, seu prout res incidit, proponebantur. Verba: *non prout res incidit* Glossema spirare existimat Cujacius *lib.* XXI. *Obs. c.* 24. Verum rejecit haec merito J. a Costa ad §. 12. *Inst. de Action.* quia et Ulpianus in *d. l.* 7. et Paulus *lib.* I. *Sent. tit.* 13. *Is qui album raserit, sustulerit, corruperit, mutaverit,* QUIDVE ALIUD PROPOSITUM *edicendi causa*, in verbis: *quidve aliud*, album propositum, ab edicto in alia materia, in charta puta vel membrana proposita, notanter distinguunt. Recte vindicavit a Costa Ulpianum a glossemate, diversaque fuisse edicta perpetuae jurisdictionis, et ea quae rerum singularum erant ostendit; verum Ulpianum dixisse, priora tantum in albo, posteriora in quavis materia fuisse proposita, vix probabit. Laudo conjecturam sagacis ingenii. At contrarium liquido adparere videtur ex particulis *vel*, semel atque iterum repetitis. Huic accedit quod Ulpianus verba: *non quod, prout res incidit*, quasi in parenthesi, et aliud agens proposuerit; minime vero ut materiae in qua scribuntur, diversitatem indicaret. Adde quod generaliter variis materiis, in qubus scribitur commemoratis, individuo nexu verba sequentia: *vel in alia materia propositum erit, dolo malo corruperit* conjungat, quae sane edicti laesionem absolute spectant. Confirmat haec ipse Ulpianus in *L.* 52. *pr. D. de Legat. III.* librorum appellatione omnia volumina contineri docens, *sive in charta sive in membrana sint, sive in* QUAVIS ALIA *materia*. Eadem in *L.* 1. *D. de Bonor. poss. secund. tabul.* iisdem fere verbis repetiit. Quae omnia clarissime sane evincunt, Ulpianum non in materia ipsa, in qua edicta proponantur distinctionem fecisse, sed inter edicta perpetuae jurisdictionis, et ea, quae ex usu notae rei et temporis causa proponebantur, ex quibus perpetuo jus dicatur, quorum exempla sunt in *L. ult. D. Ubi Pupill. educ. deb. et L.* 53. §. I. *D de Re jud.* Ratione autem poenae, quae arbitraria, non 500. solidorum, in corruptores statuebatur, verba: *non quod etc.* videtur adjecisse Ulpianus. Humani denique quid patitur summus Cujacius in *d. Obs. c.* 24 et verba l. nostrae 7. *vel in chartis, vel in alia*

mate-

lares faciunt, lubet hic adscribere Raderi nostri verba e Commentariis illius doctissimis in Martialem: *Pugillares sunt Graecis* δύπτυχα, σανίδες, πινακίδες. *Homerus lib.* VI. *Iliad.* πτυκτὸν πίνακα *appellat, unde apparet antiquissimus pugillarium usus. Forma eorum quadrata; olim etiam trigona. Unde* δελτίον δύπτυχον *Herodoto dictum. Materia varia; e buxo, unde* πυξὸν; *e citro; e lapide atro in laminas tenues secto, quem ardaesiam appellant; e laminis membraneis; ex ebore. A numero paginarum, duplices, Graecis* δίπτυχα; *triplices,* τρίπτυχα; *quincuplices,* πεντάπτυχα. *Triplices et quincuplices vulgo erant pugillares e cera, tilia, philyra, buxo, membrana; quia viliores. Duplices tantum, quia pretiosiores, citrei et eburnei; ut Carrio observat lib.* II. *Emendat. cap.* VI. Hucusque Raderus, sane accurate et erudite.

Plumbeis voluminibus monumenta publica confici coepta sunt (nempe post pugillares) verba sunt Plinii libro XIII. cap. XI. Sed e plumbo volumen diuturnum nullum fieri potest; plumbum enim, semel, iterum, tertiumque convolutum et evolutum, facillime rumpitur. Inde enim nomen volumini datum a crebra convolutione, ut refert Isidorus lib. VI. c. XIII. Igitur per volumen Plinius

materia ad glossemata referens. Ex tot enim textibus ipsius Ulpiani contrarium constat. Et licet olim in Albo tantum proposuerit edicta praetor, tractu temporis tamen et in alia materia proposuisse videtur. Sane hoc videtur innuere Ulpianus, qui vel exempli causa illa adjecit, ut dubitatio omnis tolleretur, si quando in illa re disputarent litigantes. Poena corrupti edicti hujus erat arbitraria, Mornacius ad *L.* 17. *D. de Jurisd.*

nius laminam intellexerit: ſicut Sueton. Neron. c. xx. *chartam plumbeam* vocat; quam eamdem Plinius libro xxxiv. cap. xviii. (referens de Nerone eamdem rem cum Suetonio) appellat *plumbi laminam.* Et certum omnino videtur, cum publica monumenta, quae vulgo publice ſpectanda proponuntur, nihil opus ſit inſtar voluminum poſſe conuolui. Unde Gallorum publica monumenta, argentea fuiſſe ſcribit Trithem. lib. I. breviarii Annal. Franc. et Romani ea non e flexili plumbo, ſed aeternaturo aere confecerunt; ut multis conſtat ex locis apud Dionyſium Halicarnaſſeum libro x. Tranquillum in Caeſare, Machab. lib. I. c. viii. alioſque ſcriptores, pro quibus omnibus illud unum Horatii ſatis eſſe debet:

Exegi monumentum aere perennius. *

 tum

* Sic tabulis aeneis inciſa ſunt foedera, Livius Dec. I. lib. 2. *foedus ictum cum Latinis, fuiſſe inſculptum in aenea columna,* adde Machab. *c.* 8. *et* 14. Et quae de his columnis fuſe adtulit Th. J. ab Almeloveen in *Amoenitat. Theolog. Philologic. pag.* 21. 22. *ſequent.* Leges, ſcita et edicta Imperatorum marmoreis columnis inciſa fuiſſe lapis inventus ab Alexandro Geraldino patricio Amerino, auctore Boldonio teſtatur.

IMP. NERO. CL. CAESAR. AUG. GERMANICUS. PONT. MAX. TRIB. POT. V. IMP. IV. P. P. PUBLICO. EDICTO. IN. EXITU. MAURITANIAE. NUMIDIAE. PROVINCIAE. CARTHAGINENSIS. IN. AEGYPTUM. USQUE. EMISSO. CADUCEATORE. ET. PRAECONE. MANDATUM. NOSTRUM. EXEQUENTE. IN. MARMOREIS. POSTEA. COLUMNIS. UBIQUE. SCULPTO. EDICTO. IMPERO. ET. VOLO. Alia dedimus de tabulis veterum quibus leges incidi curabant *pag.* 76. Moſes in Gemma ſcripſit, Exodi 28. *vs.* 10. vide tamen Braun. de *Veſt. Sacerd. lib.* II. *c.* 6. §. 11. *et p.* 623. 774.

tum etiam quod alii auctores omnes ſemper plumbi laminas appellent, nusquam volumina. Ita Frontinus lib. III. cap. XIII. literas *lamellis plumbeis* inſcriptas, per urinatorem ſub aqua miſſas refert. Interpres Pauſaniae in Boeoticis, Heſiodi librum *plumbeis laminis* confectum fuiſſe in Boeotia. Interpretes cap. 19. Jobi Prophetae: *Quis mihi det ut ſermones mei exarentur in libro, et ſtilo ferreo in plumbi lamina.* *

Linteis privata monumenta confici coepta ſunt. Pergit dicere Plinius loco citato. Neque hic repugno; e linteo enim, quod volubile ſemper eſt, facile fit volumen. Porro de libris linteis Livius libro I. Decad. IV. et Vopiſcus in Aureliano; ut mirari haud ſatis queam, quid Turnebo viro doctiſſimo venerit in mentem, reſcribere lib. XXIX. cap. XX. pro *linteis*, *luteos*, in Aureliano Vopiſci. Maxime quando eosdem Marcianus Capella in Prooemio Grammat. vocet *carbaſinos:* de iisdem ſcribat Claudianus bello Gethico:

Romani carbaſus aevi.

Eosdem Philoſtratus in Vita Apollonii appellet *Sin-*

* Juxta Neapolim in ſepulchris ejusmodi libros plumbo inſcriptos repertos fuiſſe teſtatur Franciſc. Valeſius, et nuperrime Romae doctiſſimus Montfaucon. in *Palaeograph. Graec.* 2. *c.* 8. *pag.* 180. Tacitus *lib.* II. *Annal. c.*69. *Nomen Germanici plumbo tabulis inſculptum*, vid. Caſaubonum ad *Athenaeum* 10. Reineſ. *Var. lect.* II. 8. Aliter vero accipiendum eſt illud Catulli ad *Varum*

Membrana
Directa plumbo, et pumice omnia aequata.

ubi Iſaac. Voſſius *pag.* 54. 55. adnotat, plumbo praeſignaſſe veteres lineas parallelas, ad quas librarii ſcripturam ſuam dirigant. Huic vero uſui inſerviſſe ſtilum plumbeum,

Sindones, in quibus nempe Indis ſcribere mos fuit: † denique Suidas ſcribat in πέπλῳ Minervae, hoc eſt velo navis Panathenaicae, quinquenniis ſingulis ſolita ſcribi eorum omnium nomina, qui fortes bello ſe praeſtiterant.

Membranae inventae ante chartas; ut bene notarunt Dalecampius in Notis Plinianis, et Pancirollus lib. II. tit. XIII. Charta enim Alexandri temporibus primum nata eſt: membranaceos autem antiquiſſimos libros ab Eleazaro Pontifice Judaeorum ad Ptolomaeum Philadelphum miſſos eſſe ſcribit Joſephus libro XII. Antiquit. Et argumento eſt illud, Graecis pro re antiquiſſima

F 5 uſur-

beum, beneficio regulae quae Κανονὶς dicebatur, ſeu etiam thecae calamariae, quae pariter canon appellabatur et vice regulae fungebatur. Ejusmodi ſtilus plumbeus dicebatur Graecis, παράγραφον; Latinis *praeductal*, Pollux παραγραφίδα. Attamen non de ſola plumbi perductione illa accipienda eſſe monet Voſſius: nam et minio et rubrica libros exornantes παραγράφειν dicebantur, unde JCtorum rubricae paragraphi audiunt. Catullus ergo pro membrana, verſus intellexit plumbo directos. Sed quoniam in aliis Codicibus legitur *detecta*, mox ſubjicit, poſſe ſic accipi Catullum, quaſi linea plumbeo ſtilo directa nitoris gratia detergeretur, ne veſtigia plumbi remanerent. Iterum alii Codices exhibent *defecta*, id eſt, membrana circumciſa. Verum magis adridet mihi τὸ *directa* cui reſpondet vox *aequata*: ſicuti enim plumbo verſus aequantur, ſic pumice quidquid inaequale ſubeſt aequatur et abraditur in charta vel membrana. De plumbeis tabulis adde Barthium *lib.* LVI. *Adv.* 6. Notes demum veſtigia ejusmodi plumbeorum librorum in ſigillis plumbeis in medio aevo diplomatibus, frequenter adpenſis ſupereſſe, Mabillon. de *Re diplom. lib.* II. *c.* 16. *pag.* 142.

† Charta bombycina ejusdem fere generis fuiſſe videtur, de

qua

usurpatum proverbium; *Diphtera* (id est, membrana) *antiquior*; membranae quam chartae usum esse longe priorem. Igitur quod ex Varrone Plinius scribit lib. XIII. cap. XI. *Pergami ab Eumene rege inventas esse membranas, supprimente chartas*

rege

qua praeclare Montfaucon. *Palaeograph. graec. lib.* I. *pag.* 17. Venit a Graeco *βομβίκος*, a bombyce, sive Gossipio, vulgo Cotton. Vocatur etiam *Bambycina* et *bambacina* et promiscue apud scriptores medii aevi, *βάμβαξ* et *βόμβαξ*. Hinc apud Italos *Bambacio* audit. Thomas Dempsterus in *Glossis* ad *Instit. de Rer. Div.* §. 33. a Montfauconio adlegatus: *Bombicae chartae* inquit, *paulo ante aetatem Accursii excogitatae sunt.* Intelligit autem chartam vulgarem ex detritis pannis confectam, quae instar nostrae hodiernae, ob materiae similitudinem bombacyna et bambacina nuncupata est. Annis vero abhinc sexcentis in usu jam fuisse illam probat Montfaucon. *d. l. pag.* 18. 19. ex facto ea de re consultus. De prima ejus origine altum apud scriptores est silentium, praeterquam quod Montfaucon. *d. l.* adferat, seculo decimo tertio et quarto usum bambacinae chartae fuisse frequentem, exolescente charta papyrea Aegyptia et corticea. Seculo vero decimo et sequentibus rarior chartae hujus cattuneae fuit usus. De sericis voluminibus, quibus ad pompam utebantur, ita Symmachus *lib.* IV. *Epist.* 34. *Tu etiam Sericis voluminibus, Achaemenio more, infundi literas meas praecipis.* Carbaso, seu tenuissimis linis inscripta fuisse carmina Sybillina tradit Claudian. de *Bello Getico. vs.* 232.

Quid carmine poscat
Fatidico custos Romani carbasus aevi.

Vide Barthium *in not.* Num vero carbasus serici utrum gossipii species sit, digladiantur Salmasius in *Exercitat. Plin.* et Lipsius in 2. *Annal. Taciti.* Cave vero bombycinam hanc chartam cum vulgari nostra, quae ex linteis in frusta secatis et in mortario ligneo contritis conficitur, cum Montfauconio confundas; Bombycina ex pannis detritis fiebat, vulgo boomwolle; nostra ex linteis contusis. Convenit huic chartae bombycinae Araborum charta ex lana tenuissima, vulgo Boomzyde, de qua plura in opusculo, *de Jure chartarum.*

rege Ptolomaeo; ita dictum esse cogitandum est, quasi Eumenes primus summam copiam fieri jusserit membranarum ob inopiam chartae, et hinc membranas dictas esse pergamenum seu pergamenam. Membranae * autem vocatae sunt, quod sint pelles,

* Membranae a membris animalium dictae, apud Graecos *διφθέραι*, *σωμάτιον*, a corpore *σωμάτια*, *δέρμα*, *περγαμένη*, *μεμβράνα*, *μεμβράνον*, *βεμβράνα*, *βέμβρανον*, ex pellibus ovium, haedorum, vitulorum, asinorum aliorumque animalium detractae, ad scripturae aeternitatem sunt commodissimae, etiam pergamenae audiunt, ab urbe Pergamo, ubi vel frequentius vel elegantius conficiebantur. Primum autem membranas Pergami invenisse Eumenem Regem, cum Rex Ptolomaeus supprimeret papyrum, teste Plinio XIII. *c.* II. oppido falsum est. Etenim Eleazarum Pontificem ad Ptolomaeum Aegypti Regem LXXII. interpretes cum membranis, alia praeter munera misisse, tradit Josephus *lib.* XII. *Antiq. Judaic. c.* 2. Et Jonas olim animalium pellibus usos fuisse diu ante Ptolomaeum ex Herodoto in *Terpsichore c.* 59. docuit Guilandinus *Membr.* VI. *in Plin.* quod confirmatur ex eo, quia antiquitus membranae ipsis Papyraceis codicibus propter fragilitatem papyri Aegyptiacae fuerint interpositae, ita ut post quatuor vel octo folia Papyri interponeretur membrana, ad sublevandam papyrum, docente Montfauconio *in Antiquit. pag.* 552. Hebraeis jam in usu fuisse membranas probat Sophorim *c.* I. *Mischn.* I. Variaque earum genera explicat Schikhard. de *Jure regio Hebraeor. c.* II. et Buxtorf. *in Lexico Talmud.* Varii demum generis erant membranae, crassiores vel subtiliores, et hae etiam cariores acceptioresque. Subtilissimas fuisse membranas testatur Josephus *lib.* XII. *cap.* 2. *Antiq. Judaic.* Regem Ptolomaeum scribens, in admirationem fuisse raptum visis subtilissimis membranis, quibus lex divina aureis literis erat inscripta, et in quibus commissurae ita latebant, ut oculis discerni vix possent. In bibliotheca Lipsiensi Biblia reperiuntur Latina adeo tenuibus membranis inscripta, ut subtiliores vix superesse credam, Variis demum coloribus tingebantur membranae ad

pelles, pecudum membris deglubitae, ut Isidorus lib. VI. cap. XI. Addit denique, eas varii fuisse coloris, aut candidas, aut altera ex parte luteas seu croceas, aut purpureas. Atque huc spectat illud Persii:

Jam liber et positis membrana capillis. *

Mem-

ad ornatum et nitorem, quos inter notandus purpureus color, cui aureae literae inscribebantur, Isidorus *lib.* VI. *c.* II. *Membrana vel candida vel lutea vel purpurea fuerunt. Candida existunt naturaliter: luteum membranum bicolor est, quod a confectore una tingitur parte, i. e. crocatur. De qua Persius: Jam liber et positis bicolor membrana capillis.* Purpureā vero inficiuntur *colore purpureo, in quibus aurum et argentum liquescens patescat in literas.* Aetatem denique ex omnibus materiis praecipue ferre membranas, ex diplomatibus Ottonis M. aliorumque, millenis abhinc annis in pergameno conscriptis, illabatis et integris, docuit Ill. J. P. a Ludewigius in *Praefat. ad Reliquias Mct. Tom. I.* §. 13. *p.* 22. Idem tamen de papyro Aegyptiaca et corticibus aevum laturis probat Justus Fontaninus *in Vindic. diplom. lib.* I. *c.* 3. Plura in *Opusculo de Jure chartarum* dedi.

* *Satyr.* III. *vs.* 10. Membranis utebantut pueri in ludis, non ceris et stilo, licet haec expeditior sit scribendi ratio Quinctiliano *lib* X. *c.* 3 Bicolor vero dicebatur, quod ab interiore parte alba esset; ab altera in qua fuerant pili, crocea, Juvenal. *Sat.* VII. *vs.* 23.

Atque ideo croceae membrana tabellae
Impletur.

Casaubonus ad *Persium d. l.* monet, membranam hanc non esse confundendam cum illa pelle qua libros operiebant. In alia omnia abit J. Vossius *ad Catullum p. m.* 52. *Capiti vero scripturae*, dicens, *hoc est extimae voluminis orae in aversa parte chartae agglutinabatur frustum membranae, quod erat velut operculum et tegumentum voluminis. Fiebat hoc non tantum ad muniendam chartae fragilitatem, sed et ornatus gratia: haec quippe membrana vel croco vel minio, aut etiam purpura tingebatur, ita ut color interior discreparet a colore exteriore,*

Membranis denique accensenda sunt pecudum intestina, in quibus item scriptum fuisse legimus; qualia

teriore, unde BICOLOR *a Persio dicitur.* Et mox in sequentibus ex illo Martialis *lib.* IV. *Epigr.* 34. *inversa pueris charta* docet, vetustate fatiscentibus voluminibus, cum charta redderetur barbata et capillata, pueris illam fuisse concessam, si qua a tergo scripturae patiens superesset, quo etiam refert dictum Juvenal. locum. Tandem quoad usum, in quo caput rei versatur, membraneam hanc tabellam intus continere, ait, inscriptionem et dedicationem voluminis, foris autem in parte aversa, ut plurimum purpureo tincta colore, indicem, id est, titulum libri aureis ostentare literis. At Vossius videtur confundere membranulam illam, quae titulum libri et nomen Auctoris referebat cum involucris librorum, quae Grangaeo auctore pariter membrana dicebatur. Ad membranulam quae titulum referebat spectat illud Martialis *lib.* III. *Epigr.* 2. *Et cocco rubeat superbus index.* Ovid. I. *Trist. eleg.* I.

Nec titulus minio nec cedro charta notetur. Et Cic. *lib.* IV. *Epist. ad Attic.* I. 4. *Vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cetera administris; iisque imperes ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Graeci, ut opinor σνλλάβες appellatis.* Ita rectius J. Graevius ad d. l. contra Scaligerum et Vossium Σίττυβες legentes. Huc etiam refer illud *Tibulli lib.* III. *Eleg.* I. *vs.* 9.

Summaque praetexat tenuis fastigia chartae
Indicet ut nomen litera facta tuum.

Haec vero membranula omnino est distinguenda ab involucro, quo spectat laudatus Persii locus et Martial. *lib.* I. *Epigr.* 67. *liber cultus membrana.* Et sic ipse Tibullus. *d. l. cultum libellum*, et Ovidius d. l. incultum dicit. Martialis *lib.* X. *Epigr.* 93. *togam purpuream* vocat et *lib.* III. *Epigr.* 2. *Te purpura delicata velet.* Adde Heinsium ad Ovid. *lib.* I. *Trist. Eleg.* I. *vs.* 5. et *lib.* XI. *Epigr.* I.

Cultus sindone non quotidiana.

quem locum contra Schrevelium, qui pro velamine libri Sindonem accipit, de ipsa materia cui inscribatur intelligi malim. Tandem et ipse Tibullus notanter involucrum a praedicta membranula distinguit d. l. *vs.* 9.

qualia ſunt elephantorum omenta, de quibus Iſidorus lib. VI. cap. XII. et illud draconis inteſtinum, in quo Zonaras lib. III. Annal. narrat ſcriptam fuiſſe Iliadem totam Homeri et Odyſſeam. Ita quoque Attalus Rex manui ſuae inſcriptas literas (more Hebraeo, hoc eſt, a dextro verſus ſiniſtrum ſcriptas) continentes hanc ſententiam, *Regis victoria*, impreſſit calido victimae caeſae inteſtino (jam ſcriptas ſcilicet ordine recto a Siniſtro in dextrum) ut eo veluti bono omine et praeſagio militem ſuum excitaret in Gallos et Galatas hoſtes, auctore Polyaeno lib. IV. Stratagem. Praeter hanc omnem tam variam materiem, reperio ſubinde, ſed rarius, ſcriptum in alia ignotiore. In corio a Lacedaemonibus ſcytale. In pulvere a militibus condentibus teſtamentum; quod valere ſcribit Conſtantinus in Leg. Milites XV. de Teſtamentis militar. lib. VI. C. tit. XXI. In pulvere item ſeu cinere ſcribunt Epiſcopi, dum templa conſecrant, omnes literas Alphabeti Graeci et Latini, auctore Guilielmo Durando lib. I. Rational. divin. Offic. num. 6. In veſtibus: de quo infra cap. XII. extremo. * In terra Servator noſter ſcripſit,

* Ubi de byſſo egit Auctor, ſed juſto brevior fuit. Addamus itaque ei palmatas conſulum veſtes, et victorum inſignia. *In procinctu* ait Auſonius *Paneg. p. m.* 248. *et maxime dimicaturus palmata veſtis meae ornamenta diſponis feliciter et bono omine. Namque iſte habitus ut in pace conſulis eſt, ſic in victoria triumphantis. Parum eſt ſi qualis ad me trabea mittatur, interroges, te coram promi jubes. Haec plane eſt picta, ut dicitur veſtis non magis auro ſuo quam tuis verbis* Caſſiodor. *Var.* VIII. 22. Sueton. in *Claud. c.* 17. in fine, Salmaſ. in *Flav. Vopiſc.* Junius de *Pictura lib.* II. *c.* 8. §. 9. Nico-

ſcripſit, Joannes VIII. et Suidas meminit εἰς τέφραν γράφειν, cineri inſcribere. In vino et aqua, quod dicetur capite ſequenti. In humana cute, de quo cap. XIX. ubi de notis ſervilibus; quamquam et Epimenidis demortui cutis tota inventa eſt literis conſcripta, ſine inuſtione, ut Suidas in Epimenide, a quo natum Prouerbium: Ἐπιμενίδειον δέρμα. Imo D. Ignatii Martyris cor aureo JESU nomine legimus divinitus fuiſſe inſcriptum. Omnis denique mareria quae picturae aut caelaturae eſt apta, verſa ad ſcripturam, lapis, lignum, plumbum, aes, aurum, argentum, gemmae, vitrum, etc.

CAPUT IX.

De primo uſu chartae, ejusque variis generibus et appellatione.

CHARTARUM tractatio ſingulare ſibi hoc caput viſa eſt vindicaſſe, cum ob rerum am-

Nicolaus de *Triumph. Rom. c.* 19. §. 2. Cuper *lib.* 11. *Obſ. c.* 11. Et Tenzelius in *Menſtruis* 1691. *menſe Jan. pag.* 40. docuit antiquiſſimum veſtium loquentium uſum, ex J. Ciampini *Veter. monum. c.* 13. Exempla lapidum et florum memorabilia, quibus literae natura quaſi magiſtra inſcripta ſunt, adtulit Vir doctiſſimus Petrus Jaenichen in *Meletem. Thorunenſibus Tom. I. pag.* 142. *ſequ.* ubi: *Hafniae in Muſaeo regio proſtat truncus, palmae latitudine craſſus, qui cuneo diſcuſſus in interna facie ſequentia Danica oſtendit verba latinis literis expreſſa: Jens Hamers Holt errit Kongens Arbedt vor en tiff*, hoc eſt, Jens Hamers Holtz iſt von des Konigs arbeit vor einen dieb. Plura hanc in rem addulit V. Cl. ex *Ephemerid. Germ. Ann.* 2. *Obſ.* 55. *p.* 113. et Oligero Jacobaeo in *Muſaeo Reg. Dan. part.* 1. *Sect.* 6. D. Reiſelio *Anno* 6. *Ephemerid Germ. Obſ.* 4. quae inſerviunt illuſtrationi Virgilii ſupra *pag.* 77. ubi vide Cerdam in *notis pag.* 67. et Ovid. *Metamorph.* x. *fab.* 6.

amplitudinem, tum etiam utilitatem ac novitatem.

Chartam, aetas noſtra; ſed priſca illa Lucilii Auruncani, chartum maſculino genere appellavit, auctore Nonio. De cauſſa nominis conteſtatata lis inter multos eſt; ſed nulli etiamnum adjudicata. Guilandinus lib. De charta, et Pancirollus lib. II. tit. XIII. chartam ita dictam volunt a Charta Tyri urbe, prope quam primum inventa ſit papyri arbor, e qua mox facta charta. *

Iſidorus lib. VI. cap. X. *chartam dictam eſſe putat, quod carptim papyri tegmen decerptum glutinetur.* Contra Scaliger docet, decerptas illas papyri tunicas, ſemper eſſe papyros vocatas, donec ad ſcribendas epiſtolas earum coepit eſſe uſus; *tum vero non tam amplius papyros, ſed chartas eſſe dictas a verbo* χάιρειν, *quod omnibus epiſtolis ſuis pro fronte inſcribere ſolebant Graeci;* ſicut Latini verbum *ſuo*,

* Apud Graecos ὁ χάρτης charta pro quolibet chartarum genere accipiebatur, pro Papyro Aegyptiaca, membranacea; corticea, bombycina, et reliqua. Hinc Scholiaſtes ad *lib.* 22. *Baſilicor.* pag. 95. χάρτης ἐςὶ τὸ ἀπὸ παπύρȣ δέρμα, ἢ ἑτέρα ὕλη πρὸς γραφὴν πεποιημένη, id eſt, *Charta eſt papyri pellis ſive altera materia ad ſcribendum adaptata*, Montfaucon. *Palaeograph. lib.* I. *c.* 2. Lexicographi plerumque vocem chartae a Graeco χάρτης, χαράαςω, inſculpo, inſcribo derivant, olim autem papyrus dicebatur *ab herba virente papyro*, Graeci Βίβλος, hinc et libri βίβλια. Unde forſan in medio aevo bibliotheca *biblia* vocabatur, Du Cange *Gloſſar. voce Bibliotheca*. Graecum illud βίβλος notat ipſam papyrum, ſeu philyram libri, nec intereſt femino an neutro genere voce papyri utaris, vide celeberrimum C. Andr. Dukerum, quo doctore quondam dulciſſimo, multisque nominibus mihi colendo uſum me fuiſſe gaudeo, de *Latinit. veter. JCtor. pag.* 339.

ſuo, vel *ſuis*. De quo Martialis lib. XIV. Epigr. II. *

Omnes iſta ſolet charta vocare ſuos.

Epiſtolares ergo bibli, a χαίρειν, chartae dicti. Quare non abs re Martialis chartam epiſtolarem ſalutatricem vocat, lib. IX. Epigr. CI.

Charta ſalutatrix ſi modo vera refert.

Atque ab hoc tempore chartae appellatae ſunt chartae novae; ut a pugillaribus e gypſo factis, ſeu palimpſeſto, ut Catullus, Cicero et Plutarchus nominant, jam pridem inventis (qui vocabantur chartae deletitiae †) diſtinguerentur. Novae

G

* Debuiſſet autem Scaliger addere aetatem, qua coepit vox χαίρειν epiſtolis addi, ut chartae etymon firmius probaret. Si quid enim video, vel ante papyri inventionem, immo apud ipſos Hebraeos formula illa jam fuit in uſu. Ceterum ὡς ἐν παρόδῳ notes, in epiſtolis eccleſiaſticis ſalutationis formulae additum fuiſſe *oſculum ſanctum*, quod erat ſignum amicitiae, honoris, obſequii et adorationis, unde purpuram adorare, eſt oſculari, in *L. fin. C. de Princip. agent. L. 2. C. de Primipilo.* Ita Theophilus Alexandrinus in *Epiſtol. Paſchalibus. Salutate invicem* OSCULO SANCTO *et iis ſcribite, et ab eis accipite pacificas juxta morem eccleſiaſticum literas.* Unde et pari ratione videntur oſculo exceptae. Contra cum ad infideles, apoſtatas, reos criminum et excommunicatos ſcriberent, nullam illis impertiebant ſalutem, immo potius verba haec addebant: *ſine ſalute.* Sic in epiſtola Innocenti III. *lib.* II. 28. *Poteſtati et populis Tarviſinis*, SINE SALUTATIONE, aliisque innumeris. Adque illas *privatas* non *communicatorias* literas videtur alludere Auguſtinus *Epiſt.* 162. *qualibus nos uti etiam ad paganos licet.*

† Meminit hujus palimpſeſti Catullus *Epigr.* XXII.
Puto eſſe ego illi millia aut decem aut plura.
Perſcripta, nec ſic ut fit in palimſpeſto
Relata; chartae regiae, novi libri &c.

Et

vae autem et deletitiae chartae mentio fit apud Ulpianum libro I. Digeſt. de Bonor. poſſes. ſecund. tab.

Jam de chartae prima inventione ita Plinius ſcribit lib. XIII. cap. XI. *Chartam Alexandri Magni victoria repertam, auctor eſt Marcus Varro, condita in Aegypto Alexandria; antea non fuiſſe chartarum uſum.* Sed Guilandinus libello de papyro, demonſtrat longe ante haec tempora chartam ex papyro eſſe factam; quamquam de certo aliquo tempore certum nihil ſtatuat; neque ſane facile quisquam alius id poſſit, cum de nulla re fere ſcriptum minus atque de origine ſcriptionis.

Chartarum autem confectio, quia non tam eſt con-

Et Plutarchus in libro, cui titulus: ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι χρὴ κ. τ. λ. ubi Dionyſii Tyranni yitia cum lituris Palimpſeſti comparat. Vilem fuiſſe membranam indicat Cicero *lib.* VII. *Epiſt.* 18. *ad Treb. Quod in Palimpſeſto; laudo equidem parſimoniam; ſed miror quod in illa chartula fuit, quod delere malueris quam non ſcribere, niſi forte tuas formulas.* Ulpianus vocat illas opiſtographos in *L.* 4. *D. de Bonor. poſſ ſecund. tabul.* Sic Plinius *lib.* III. *Epiſt.* 5. *n.* 17. de Avunculo ſuo. *Commentarios*, inquit, *mihi reliquit, opiſtographos quidem et minutiſſime ſcriptos, qua ratione multiplicatur hic numerus* Et haec erat illa charta in paginas inſtar parvi libri plicata, cujus utraque in parte ſcribere ſolebant. Ita Julius Caeſar teſte Sueton. in *ejus vita c.* 56. *n.* 9. *Epiſtolae ejus ad Senatum extant quas primus videtur ad paginam et formam memorialis libelli convertiſſe, cum antea Conſules et Duces non niſi transverſa charta mitterent ſcripturas.* Juvenal. *Satyr.* I. *vs.* 6.

Scriptus et in tergo nec dum finitus Oreſtes.

Savaro ad *Sidon.* II. *Ep.* 9. Martialis *lib.* IV. *Epigr.* 87. et *lib.* VIII. *Epigr.* 62.

Scribit in averſa Piceas epigrammata charta;
Et dolet, adverſo quod facit illa Deo.

Vid. Panciroll. *lib.* I. *Var. lect. c.* 29. Latinis dicuntur adverſaria, Cicero in *Orat. pro Quinto Roſcio c.* 2. Salmaſ. *ad Vopiſc. Firm. c.* 3.

confiderationis criticae, quam artificii cujusdam mechanici, vifa eft non facere operis hujus inftituto, eaque re praetermittenda. * De variis tamen chartarum nominibus duxi non effe filendum. Nomina porro omnia quadruplici ex capite orta effe, videre mihi videor. A locis, auctoribus, materia aut forma, denique ab officiis.

A locis nomen invenerunt, auctore Plinio libro XIII. cap. XII. Saitica, Taeneotica, feu Taneotica, feu Tanitica, Libyana, ad honorem provinciae Libyae, auctore Ifid. lib. VI. cap. X. *Chartae Thebaicaeve*, *Caricaeve*, apud Statium lib. IV. Silvarum. *Aegyptia*, apud Apulejum. *Memphitica*, apud Turnebum lib. V. cap. II. quod difplicet tamen Henrico Salmuth. in Not. Pancirolli. *Amphitheatrica* apud Plinium; ab Alexandrino quodam Amphitheatro, ut fufpicatur Scaliger; non *Athribitica*, ut contendit Guilandinus. *Mellonis pagina*, id eft, Nili, apud Aufonium; ficut *Niliacae* papyri apud Martialem.

* Miror Auctorem hic non dediffe brevem artis praeftantiffimae delineationem; cum enim adeo follicite nudis nominum notionibus inhaeferit, operae certe pretium fuiffet, minimum artis fciagraphiam fuppeditare, vel Auctores faltem nominare, unde ars ilia addifci poffet. Haec fane caufa fuiffe videtur unica, ut tot praeclarae artes aeterna oblivione praemerentur, quod eruditi illarum praecepta adnotare et literis confignare haud fuerint dignati. Fiebat autem haec charta Nilotica five Aegyptiaca ex planta in paluftribus Aegypti et quiefcentibus Nili aquis formata; ex hac chartae, tunicis papyri acu fcalpellarum deductis conficiebantur, ut Theophraftus *Hift. Plant. lib.* IV. *c.* 9. Plinius *lib.* XIII. *c.* XI. Voffius de *Arte Grammat. lib.* I. *c.* 8. et Leo Allatius ad *Monument. Hetrufc. pag.* 14. *fequ.* 128. *fequ.* latius docuerunt.

Ab auctoribus. Augustaea (quae Catullo est Regia (Livia, Fanniana; apud Plinium lib. XIII. c. XII. Corneliana, apud Isidorum lib. VI. cap. X.

A forma. Μακρόκωλα, a κώλῳ scheda, quasi longa scheda; melius, inquit Scaliger, quam a κόλλῃ, glutine, seu tergo bovino. Unde Martiali talis inscriptio lib. XIV. Apophoreto X. *Chartae majores*, quales longissimae sunt chartae Sinenses, subinde quatuor ulnarum, ut ipsemet vidi.

A materia. Charta plumbea, Suetonio; deletitia et nova, Ulpiano.

Ab officio. Salutatrix, Martiali; Emporetica, Plinio: item Hieratica, quod solis sacris literis serviret; sicut barbare vocamus chartam Postarum *, quam rectius cursoriam diceremus, quod ea serviat literis per Cursorem mittendis. His adjungi

* De subtilissimis membranis egimus supra *pag*. 91. Neque est, quod deploremus deperditam hanc esse artem, cum forsan in hunc usque diem elegantiora conficiantur et leviora quam apud veteres. Elegans exemplum ex Ampliss. Henrici Brencmannni *Historia Pandect. lib.* IV. *c.* 6. *pag*. 398. huc adscribam: *In recognoscendo*, inquit, Vir celeberrimus, *varia venerandi MS. loca, et rariores literarum formas depinxi, quemadmodum antea integram paginam delineaveram. Insigni ad hanc rem usui mihi fuit charta tralucens sive pellucida, quam cum in finem praeparabat quidam popularis meus Amstelodamo oriundus, qui cohorti Etruscae et munitionibus curandis praeerat, vir chimiae deditus. Hac charta exemplari Florentino superposita et ob pergameni levitatem quibusdam retinaculis defixa. facillime singulos literarum ductos eadem magnitudine et forma expressi.* En usum chartae subtilis elegantissimum, cui, si quid vota mea valeant, experimenta junget brevi amplissima, Vir, de arte nostra optime meritus.

jungi poteſt *dentata* * charta, ut Cicero ad Qu. Fratrem ſcribit lib. II. Ep. XVI. ab officio reprehendendi.

Denique ut caput hoc abſolvam, lubet attexere jucundas quorundam auctorum metaphoras, quibus in re ſcriptoria eleganter juxta et ingenioſe quandoque uſi ſunt; ut ſint haec paucula, veluti pro epicithariſmate, ad praeteritorum nauſeam condiendam.

Arare, apud Qu. Attam eſt ſcribere. *Vomer* et *mucro oſſeus*, ſunt ſtilus. *Stadium charteum*, Varroni apud Nonium eſt charta.

* De charta dentata ita ſcribit Cicero *lib.* II. *ad Q. Fratrem Epiſt. ult. Calamo et atramento temperato, charta enim* DENTATA *res agetur*, ubi *chartam dentatam*. acrem et mordacem explicat Eraſmus in *Adagiis. III. Cent.* VI. *Ad.* 87. Alii laevem ac nitidam, ut Manutius ad *d. Epiſt.* ita ſcribens: *Dentata, apri, avi, etiam equi dente laevata, quod item nunc, ubi quid ſcribimus accuratius, facere ſolemus ad inaequalitatem chartae complanandam, quo calamus quaſi currat expeditius.* Hoc confirmat Plinius *lib.* XIII. *c.* 12. *Scabritia laevigatur dente, conchave, ſed caducae literae fiunt, minus ſorbet politura charta, magis ſplendet.* Videtur autem Frater Ciceronis conquaeſtus de literis prave ad ſe ſcriptis; quod occupationibus aut perturbationi animi aut iracundiae fratris adſcribit; Cicero vero reſpondet, horum nihil eſſe ſuſpicandum, ſe vero ſic ſolere amicos, et uti ſe calamo quocumque oblato pro bono, additque in poſterum obſervaturum ut calamo bono, atramento temperato et charta laevigata ad literas uteretur. Hoc ſuadent verba *d. Epiſt. ſed hoc facio ſemper.* De chartis indentatis ſeu ſyngraphis in modum dentium deciſis ſibique parallelis, ut lite inde orta ſimul jungi et conferri poſſint vid. C. Du Freſne *in Gloſſ. Lat.* Mabillon *de Re diplom. lib.* I. *c.* 2. Et ſic membranae pumice laevigabantur de quibus pulchre Caſaubon. in *Comment. ad Satyr. III.* Perſii *vs.* 10. *pag.* 111, et Bartholinus *de Libris legend. Diſſert.* IV.

Effodere, apud Ennodium eſt ſcribere, *Acumina ferrea*, apud Prudentium, ſunt ſtili: *Cerata buxa*, et *aequoris hirti area*, ſunt tabellae: *Arati ſulci*, ſunt literae: lib. περὶ ςεφάνων, de Caſſiano Mart.

Aequor paginae, apud Boetium. *Aequor cereum*, apud Auſonium. *Campus papyrinus*, apud Scaligerum.

Alba melonis filia, pro charta apud Auſonium, ut legit Mariangel. *Fiſſipes calamus*, pro penna.

Cadmi ingellae filiae, *Notaeque furuae ſepiae*, apud eumdem pro literis.

Charta virgo, Martiali, alba: Ulpianus *puram* vocat. * *Charta anus*, Catullo eſt vetuſta. Auſonio, *opica*. *Sepia* et *lolligo*, Horatio et Perſio ſunt atramentum. *Fiſtula*, calamus eſt Perſio.

CAPUT XII.

Qua materia ſcriptum, ſive ex qua litera?

Ex quo calami, pennae, et penicilli adhibiti ſcriptioni, ex eo etiam literae diſtinctam habuere

* In *L.* 52. §. 4. *D. de Leg.* III. Vide Calvinum in *Lex. Jur.* voce *virgo.* Munda dicitur in *L.* 4 *D. de Bon. poſſ. ſec. tab.* ibique *Gloſſa lit.* g. Martial. in furem libri ſui *lib.* 1. *Epigr.* 67.

Secreta quaere carmina et rudes curas,
Quas novit unus, ſcrinioque ſignatas
Cuſtodit ipſe virginis pater chartae.
Quae trita duro nondum inhorruit mento,

Charta ibi eſt, quae nondum duro lectoris mento, cui in evolvendis libris, partem voluminis ſubjiciebant, trita et maculata eſt. Sic *lutum virginem*, *picem virginem* dixere veteres, Barth. *lib.* XXIII. *Adverſar. c.* 16. Huic eleganter opponitur *charta anus* apud Catull. *Ep. ad Valer.* id eſt, vetuſta, maculata.

buere materiam ſuam ex qua, ſeu qua pingerentur.

Sermo hic mihi erit de ea materia quae literas ob oculos ponit; non autem de ea quae commento clandeſtino ſubducit et celat; ut ſunt lac, cepa, ſal Ammoniacum, etc. De quibus poſtea, ubi de literis clandeſtinis.

Communis maximeque vulgata materia, eſt *atramentum*, μελαντηρία, ab atro colere dictum. Cujus faciendi artificium tradunt Iſidorus lib. XIX. cap. XVII. et Vitruvius lib. VII. cap. X. *

 In-

* Quae ad artem pertinent atramentum conficiendi omnia exhauſit cum pulviſculo Petrus Marias Caneparius in opere: de *Atramentis cujuscunque generis* Venetiae 1619. in 4. et Londini recuſo 1660. in 4to. Verum praeter ſplendidum titulum nihil antiquitatis exhibet, nec Venuſinam ſpirat lucernam diffuſum illud opus, judice Gundlingio in *Hiſtor. lit. tom.* I. *cap.* 3. §. 18. Tractavit et hoc argumentum Leo Allatius in *Monument. Etruſc. num.* 79. Alia haud incuriosa dedit Auctor libri, cui titulus: Curieuſe Kunſt und Werck-Schul *Tom.* II. *lib.* V. *c.* 7. *Noribergae* 1707. *in* 4. Graeci atramentum μέλαν, μελάνιον ſive proprie μέλαν ᾧ γράφομεν, *atrum quo ſcribimus*, adpellabant, ut diſtingueretur ab atramento metallico, quod μελαντηρία dicebatur, et quo ad ligulam calceorum denigrandam utebantur. Unde et atramentum ſutorium audit, cujus etiam meminit Cicero, auctore Turnebo *lib.* VI. *Adverſ. c.* I. *qui atramento ſutorio abſolutum*, apud Ciceronem eſſe perhibet, foediſſimis ſordibus et maculis judicum aliquem abſolvere, qui graviſſimis ſententiis condemnare debuiſſet. Atramentum vero librarium, vel atramentum ſcriptorium, γραφικὸν μέλαν a Clemente Alexandrino dictum, ex ſucco loliginis vel ſepiae fieri ſolebat, item ex fuligine fornacium ac balinearum vide Plinium *lib.* XXXV. *Hiſt. nat. c.* VI. *et lib.* XXVII. *c.* 7. Meretur ſane thema hoc ſingularem diſſertationem, quod olim jam commendavit Juris ſtudioſis C. L. Dietherus, theſauri

Inventa deinde ad ſcriptionem, *miltum*, *minium*, *cinnabaris* et *ſinopis*, quae omnia rubri ſunt coloris; auctore Plinio, lib. XXXIII. cap. VII.

Ser-

ſauri Beſoldiani editor, et ipſe aliquando ubi largius otium, plura hac de re proferam, quae pagina haec non capit. In praeſenti hoc addo ex Montfauconio in *Palaeographia Graeca lib.* I. *c.* I. multum a priſco nigrore receſſiſſe atramentum, quod hodie in Mctis Graecis conſpicitur; non omnino tamen flauum et languidum evaſiſſe, ſed fulvum et rutilum inſtar minii. Attamen a peritioribus ſi fuerit temperatum, retinet ſuum nigrorem, quod inprimis accidit in membrana, cujus ſuperficies non polita ſed ſpongioſa eſt, ut in Bombycinis codicibus omnibus. Specimen dedit idem Montfauc. d.l. *lib.* III. *c.* 3. *p.* 213. Mabillon de *Re diplomat. lib.* I. *c.* I, pendere hoc ex maturo et prudenti judicio peritorum perhibet, *qui fuliginoſum artificium belle ſecernere ſcient ab atramentis veteribus: quae nonnunquam dilutiora facile degenerant in ſubflavum et languidum colorem.* Agnoſcit itaque Mabillon. utilitatem in examinandis Mctis, ſed haud placuit illi periculum artis facere, quod potuiſſet omnium optime. Denique atramentum typographorum differe ab atramento ſcriptorio notemus, vide de hoc librum allegat. Curieuſe Kunſt-Schule *d. l. c.* 8. Sed de his alibi plura. Diu ante Leonem in ſubſcribendis literis ſuis purpurea ſcriptura uſi fuerunt Imperatores Orientis: nam de Theodoſio Juniore teſtatur Conſtantinus Manaſſe in *Breviario pag.* 55. apud Mabillon. de *Re diplom. lib.* I. *c.* 10. illum qui chartam Imperatori vellet offerre rubris in ea literis nomen ſuum debuiſſe ſubſcribere. Leo vero Imperator in *d. L.* 6. *C. de Reſcr. Princ.* tria conſtituit praecipuae memoranda 1. quod nulla reſcripta in judiciis valere deberent niſi purpurea inſcriptione luſtrarentur. 2. Nemini confectionem ſacri illius encauſti permitti voluit, niſi quibus id ſpecialiter fuerit conceſſum. 3. In criminis illius noxios graviſſimam ſtatuit poenam, ſcilicet proſcriptionem bonorum et capitale ſupplicium. Viſa mihi fuit digna haec materia ſingulari opuſculo, quod in calcem hujus tractatus conjicere lubuit. Nolim itaque hic dicta ibi repetere.

Servierunt autem maxime ad ſcripturam Imperatoriam et titulorum.

Encauſtum vero ex muricis ſeu conchilii cruore compoſitum, pretioſiſſimum fuit, et ſolis Imperatoribus ad ſcriptiones uſitatum, ut Briſſonius in Append. de Signif. verborum. Eo uſus eſt Palaeologus in ſyngrapha qua Romanae Eccleſiae obedientiam juravit, quae hodieque Romae viſitur in aede Spiritus ſancti, ut refertur in Epitome quadam Chronic. Werueronis monachi Leodienſis. Imo Leo Imperator lib. VI. C. de Div. reſcr. *Sacra reſcripta alio colore quam purpurea inſcriptione luſtrari vetat*, ut Briſſonius lib. III. de Form. obſervat. Qui mos ſervatus quoque ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis, teſte Conſtantino Manaſſe, cujus haec ſunt verba in Annalib. *Nam ſi quis ei chartam, rubris in ea literis nomen Imperatorum ſubſcribebat*, etc. *Imperator precibus ſororis annuit; mox calamum prehendit manu, et exaratis purpurei coloris literis, chartam confirmat.* Denique adeo familiare fuit Imperatoribus encauſto ſcribere, ut hinc fere omnia Juris capita ſint miniata, et Rubricae ſint appellata. Id quod fiebat cum majeſtatis, tum etiam terroris cauſſa; ut nempe legibus ſinopide aut cinnabari notatis, et ſanguineum quiddam ac cruentum minantibus, majeſtas accreſceret; quod inſinuat Prudentius lib. II. contra Symmachum:

Dicant cur condita ſit Lex
Bis ſex in tabulis? aut cur Rubrica minetur,
Quae prohibet peccare reos?

Atque hinc apud Jureconſultos Rubrum, ut loquuntur, aequalis auctoritatis eſt cum Nigro,

quando huic illud non repugnat. Rubrum enim seu Rubricae, ab ipsis etiam Imperatoribus scriptae sunt, sicut ipsae Leges perscriptae nigro, seu atramento. Exemplum autem est in Authentica, *Ut factae novae Constitutiones*. Cujus nigrum agens de solis Legibus testamentariis, propter Rubricam accipitur de omnibus. *

Affine huic scriptitio legum terrori fertur Draconis factum, leges suas sanguine scribentis, ut Plutarchus narrat in uita Solonis; quamquam hoc alii de eo jactatum velint, quod omnes ejus leges poena sanguinis et mortis essent observandae, ut Demades explicabat. At saltem sanguine scribere non inauditum est iis qui meminerunt daemoni subarrhatam fidem dato sanguineo scripto fuisse a quibusdam, quales non paucae historiae circumferuntur. Et miles quidam apud Silium Italicum lib. IX. † clypeum suum ita sanguine inscribit: *Fuge proelia Varro.* Imo

* Legum inscriptiones et capita minio scribuntur ad ornatum, ut a majestate summa profecta esse, in oculos statim incurreret. Rein. Corsi *L.* II. *Indag. Jur. c.* 2. in memoriam Phoenicum literarum inventorum inventas fuisse tradit rubricas; sed suaviter fallitur, quod pluribus excussi in laudato opusculo. Neque audiendus erit Turnebus *lib.* IV. *Adv. c.* 5. ad majestatem et auctoritatem indicandam rubricas facere nobis persuadens. Errant etiam qui auctoritate Quinctiliani innixi *lib.* XII. *c.* 3. *Instit. Orator*, solas Principum constitutiones rubricas habuisse contendunt, non vero praetorum edicta, item nec commentaria JCtorum: hoc enim vel sola *L.* 2. *fin D. de Interdict.* refellit. Verum latius haec in Opusculo ad *L.* 16. *C. de Rescript. Princ.*

† *Vs.* 174.
Haec memorat simul ense fodit praecordia, et, atrum
Sustentans vulnus, mananti SANGUINE SIGNAT.
In clipeo mandata patris; FUGE PROELIA VARRO.

Imo inter magicos ritus, auctore Suida, sanguinea scriptura est. Sunt haec ejus verba, voce Θετταλὴ γυνὴ: *Est Pytagus, ludicrum per speculum, hujusmodi: Luna plena si quis speculo sanguine quantum voluerit inscripserit, et obverso lunae speculo alium a tergo stantem lunam intueri jusserit; is leget omnia scripta in speculo, quasi in luna scripta essent.* Valere autem militum testamenta sanguine scripta in clypeis suis aut vaginis, sanxit Constantinus Leg. Milites. xv. de Testam. militar. lib. vi. C. titul. xxi. * Fortasse etiam sanguine jussit Deus ab Angelis scribi Tau in frontibus servandorum, Ezechielis cap. ix. Sicut sanguine agnino jussit signari domos Judaeorum in Aegypto, Exodi cap. xii.

Sed ne quidquam de literarum materia praetermittam, non abs re fore existimo, indicare etiam quomodo subinde ex materia non liquida literae sint fabricatae. Igitur de buxo et ebore; divus Hieronymus epist. ad Laetam, quae est xv. libri ii. *Fiant ei literae vel buxeae, vel eburneae, et suis nominibus appellentur. Ludat in eis, ut et lusus ipse eruditio sit; et non solum ordinem teneat literarum, ut memoria nominum in canticum transeat; sed et ipse inter se crebro ordo turbetur; et mediis ultima, primis media misceantur, ut eas non sono tantum, sed et*

* De hac lege egimus supra *pag.* 96. In sanguine federa scribere literas amatorias et quae plura, tralatium est In transitu autem notemus locum Julii Frontini *lib.* iii. *c.* 15. *Stratagematum* §. 5. *Nonnulli*, inquit, *interiora vaginarum inscripserunt.* Amm. Marcellinus *lib.* xviii. *c.* 7. *In vaginae internis figuris notarum membranam reperias scriptam.*

et usu noverit. Et Quinctilianus libro I. cap. I. *Ad discendum irritandae infantiae gratia, eburneas etiam literarum formas in ludum offerre, notum est.*

De *ferro*. Suetonius in Octav. cap. VII. *Nactus puerilem iconculam ejus aeream veterem, ferreis, ac fere jam exolescentibus literis inscriptam.*

De *argento*. Cicero Verrin. VI. *Signum Apollinis pulcherrimum, cujus in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum.*

De *auro*. Macrobius lib. ult. cap. V. *Caesari Dictatori a Senatu decreti honores literis aureis in columnas argenteas inscripti.* * Quamquam et de auro fusili

* Plura exempla dedit Mabillon. de *Re diplomat. lib.* I. *c.* 10. §. 6. Purpura ideo membranae inficiebantur, ut auri et argenti color in illis foret inlustrior. Modus hic scribendi peculiaris erat princibus et magnatibus, attamen non promiscue ab illis usurpabatur. Hinc prudenter Theonas Lucianum praepositum cubicularium monet: *ut scribi in purpureis membranis et literis aureis totos codices, nisi specialiter Princeps demandaverit, non affectet*, Mabillon. *d. l.* Inprimis habebatur honos aurearum et argentearum literarum Codicibus sacris. Praeter alia exempla elegans hanc in rem est locus P. Lambecii in *Biblioth. Caesar. lib.* III, sub initium a Montfauconio adductus d. l pag. 5. *Secundus Codex manuscriptus Theologicus Graecus est antiquissimus, membranaceus purpureus, aureis et argenteis literis majusculis absque accentibus ante mille et trecentos annos exaratus* etc. At Tentzelius in *Menstruis* 1694. *pag.* 172. adlegat *lib.* II. *Bibl. Caesar. pag.* 1009. Artifices vero aureorum characterum apud Graecos dicebantur *χρυσογράφοι* et *χρυσογραφεῖς* et ipsa ars aureis literis scribendi *χρυσογραφία.* Du Cange in *Gloss. Graec. et Latin.* Artis experimenta, apparatum modumque conficiendi aureum illum liquorem ex Codicibus MStis exhibuit Montfaucon. *d. l. pag.* 5. 6. *sequent.* Inprimis vero notandum, aureis literis Codices sacros fuisse exaratos, quae scribendi ratio, postea ad Diplomata transiit,

fusili seu ductili non pauca etiam sunt vestigia; apud Divum Hieronymum in primis Prologo in Job: *Habeant libros auro argentoque descriptos*, apud Sueton. cap. x. Neronis: *Carmina ejus aureis literis scripta, Capitolino Jovi dedicata.* Apud Sidonium Apoll. lib. I. epist. ad Sidonium Mont. *Dignum poema quod apicibus perennandum auratis.* In vita D. Nicolai, Constantinus Caesar, Nicolao Euangelium aureis literis scriptum transmittit.

De *bysso*, eaque omnicolore, aliusve generis licio, mentio est apud diversos.* Martialis libro IX. Epigram. XIV.

Quod Cytheraea sua scribere gaudet acu.

Ausonius Epigram. XCII.

Her-

siit, quod exemplis probat Mabillon. d. l. *pag.* 44. Sic et liber Evangeliorum quo utuntur in inauguratione Imperatoris literis aureis in corticibus descriptus est, vid. Diar. noviss. inaugurationis Caroli VI. apud Zunnerianos 1712. in folio, Francofurti. Notes tandem et Justinianum in §. 33. *Inst. de Rer. div.* fuisse sollicitum de aureis literis in alieno pergameno scriptis, de quibus plura suo loco. Differt ab hac scribendi ratione illud medii aevi inventum adglutinatis aureis lamellis subtilissimis literas ornandi, quod in medio aevo coepit, cum ars illa chrysographiae tenebris esset involuta, vide Struvium in *Actis literariis pag.* 10.

* Vide de scriptura in vestimentis, quae de palmatis vestibus dixi supra *pag.* 94. 95. Et hodie Indus imitatur discolor in Cattuno vulgo Zitzen. Vera ratio erat pompa, non ut memoriam rerum ante oculos semper haberent. Neque audiendus est Guilandinus *Membr.* 9. *in fine* quasi ob fastum naturalem et XXII. regnorum amplitudinem Romanis nulla re inferiores videri voluerint. Etenim Romani victorias quidem in palmatis vestibus referebant, non vero amplitudinem imperii, et provinciarum numerum omnem. Exempla vestimentorum pictorum dabit Salmas. ad *Vopisci Carinum c.* 20. *pag.* 449.

Hermiones zonae textum ἐλεγεῖον *erat.*

Qui legis hunc titulum, Paphie tibi mandat a-
mes me.
Exemploque tuo neminem amare vetes.

Item Epigr. XXXVII. ad Sabinam:

Verſibus inſcripſi quae mea texta meis.

Boet. lib. I. De Conſol. Philoſoph. *Harum veſtium in extremo margine* π, *in ſupremo vero* ϑ, *legebatur intextum.* Ovidius VI. Metamorphoſ. de Philomelae quae Terrei corruptoris ſui nomen (cum ab eo lingua ſibi eſſet exſecta) liciis intexuit, miſitque ad Prognen. ſororem. Plinius denique lib. XIII. cap. X. verſu ult. *Nuper circa Babylonem in Euphrate naſci papyrum intellectum eſt, et eumdem uſum habere chartae; et tamen adhuc malunt Parthi veſtibus literas intexere.*

Hic me convivae ut hominem ſiccum non injuria accuſent, ſi de ſuo more taceam; faciunt hi enim literas etiam ex vino. Ita Ovidius:

Blanditiasque leves tenui praeſcribere vino,
*Ut dominam in menſa ſe legat eſſe tuam.**

Tibul. Eleg. VI. lib. I.

Neu te decipiat nutu, digitove liquorem
Ne trahat, et menſae ducat in orbe notas.

Idem Elegia X.

Vel mihi potanti poſſit ſua dicere facta
Miles, et in menſa pingere caſtra mero.

Unde ſcite legem illam tulit Modimperator menſae Lipſianae, lib. III. Antiquitatum:

Dicta, indicta, facta, infecta, vino inſcribuntur.

Plane

* Et *lib.* I. *Amor. Eleg.* 4. *vs.* 21.
Verba ſuperciliis ſine voce loquentia dicam,
Verba leges digitis verba notata MERO.

Plane ſicut Graecorum Paroemia dicitur, feminarum juramenta eſſe vino inſcribenda vel aquae Athenaeus lib. x.

Τὸν γὰρ γυναικὸς ὅρκον εἰς οἶνον γράφω.

Inſcribo vino ſi qua jurat femina.

quod perinde eſt ac ſi dicas cum Catullo:

Cupido mulier quod dicit amanti,
In vento et rapida ſcribere oportet aqua.

nam et Lucianus in Tyranno, Plato in Phoedro, Xenarchus in Pentathlo apud Athenaeum lib. x. utuntur hac formula proverbiali: *Scribere in aqua.* De lacrymis autem quod Catullus dicit, hyperbolicum eſt:

CAPUT XIII.

De epiſtolis, et earum variis generibus.

EPISTOLAE, * ab ἐπιςέλλω, mitto. Unde Latinis aevo lapſante vocatae *miſſae* et *miſſivae.* Iſidorus lib. VI. cap. VIII. *Epiſtolam Graeci vocant, quod interpretatur Latine miſſa. Miſſivae* nomen apud Caſſiodorum eſt. Cujus loci me admo-

* Num epiſtola utrum epiſtula ſit ſcribendum examinavit Fontanin. de *Antiq. Hortae pag.* 58. 59. *tom.* 8. *Theſ. Italici part.* 3. Quaenam in Jure noſtro dicantur epiſtolae, et cur non miſſae ſed emiſſae vocentur, excuſſit Pancirollus *lib.* I. *Var. lect. c.* 29. Ad epiſtolas pertinet, quod in minoribus membranis fuerint ad paginas ſcriptae, inſtar libelli memorialis, quem morem J. Caeſar videtur introduxiſſe. Sueton. *in Caeſar. c.* 56. *Epiſtolae quoque ejus ad Senatum extant quos primum videtur ad paginas et formam memorialis libelli convertiſſe, cum antea conſules et duces non niſi transverſa charta ſcriptas mitterent*; hunc locum ex Auguſtino *Ep.* 71. *novae edit.* illuſtrat Mabillon. *de Re Diplom. lib.* I. *c.* 9. §. 4. Quem pariter de formulis initialibus publicis et privatis vide *lib.* II. *c.* 2.

monuit Amplissimus Archiducum Consiliarius et Historiographus Erycius Puteanus, cujus etiam libris aliquot in hoc opusculo usus sum. *

Varia autem numerantur epistolarum nomina a Cardinale Baronio Tomo 11. ego hic adferam longe plura, et si possim, omnia.

Apostolicae literae, quas item Brevia Apostolica vocamus, epistolae sunt a Romano Pontifice Apostolica auctoritate scriptae. † *Cleri-*

* Quo vero tempore epistolarum commercium coeperit cum ignarissimis ignoro. Equidem J. Ligtfootus in *Spicileg. ad Exod. Sect.* 23. usum epistolarum apud Hebraeos ex loco Exod. 18. vs. 6. 7. repetiit: *Et Jethro, Mosis socer*, DIXIT *Mosi, Ego socer tuus Jethro venio ad Te. Tunc processit Moses obviam socero suo.* Patere ex his verbis ait Vir Cl. non praesentem praesenti haec dixisse, quoniam praesenti obviam procedere vix potuisset. Inproprie etiam et insicete per inter nuncium dixisset, pergit Ligtfootius. *Ego Jethro venio ad Te*, per literas ergo hoc factum esse concludit. Placuit sententia Ligtfooti eruditis historicis Anglis in *The universal History* etc. quem librum elegantissimum civitate Batavorum ex parte nuper donavit amicus noster Rever. C. Westerbaan, cujus versionem videsis *Part.* III. *cap.* IV. *pag.* 54. *in not.* Verum, cum bona venia Virorum eruditissimorum vix a me inpetrare possum, ut in hac explicatione adquiescam. Etenim et praesens praesentem inproviso, formula illa: *ego Jethro venio ad Te*, poterat adloqui, et sic Mosen inexspectato hospiti obviam processisse verosimilius est. Literis sane inhaerentes urgebunt in textu sacro verba: *dixit Mosi*, dicere vero est praesentis: neque enim figurate verba illa sunt accipienda, ubi manifestus est sensus. Demum et hodie per internuncios formula illa: *venio ad Te*, nihil est frequentius. Et sic apud Plinium *lib.* 1. *Ep.* 5. *n.* 9. *Nuncius a Spurinna: Venio ad Te; Immo ego ad Te.* Mittam distantiam locorum, silentium ipsius Mosis et quae plura illam sententiam enervare possunt.

† De his vide E. Gonzalez Tellez in *lib.* 1. *Decret. tit.* 3. *de Rescriptis cap.* 37. Sane multo plures species quam hic enumeratae sunt addi possunt.

Clericae literae, a D. Cypriano vocantur epistola quarta editionis Pamelianae, illae quae a Clero scribi solent Sede vacante.

Canonicae, ut scribit Atticus Tom. II. Conciliorum post Concilium Chalcedonense, eaedem sunt quae Communicatoriae, seu Formatae, de quibus mox. *

Caballicatae sunt, quas cursores in caballatione, hoc est in cursu publico deferunt. Ita Luidbrandus Ticinensis appellat apud Lazium lib. II. De Repub. Rom. cap. XIV.

Circulares seu *Encyclicae*, quae a Synodo vel Papa scribuntur ad totam Ecclesiam, et hae etiam vocantur *Catholicae*.

Capitivorum literae nominantur in Concilio Lugdunensi Secundo cap. II. quae ab Episcopis dabantur pro lapsis. Fit earum mentio in Conciliis Eliberitano et Arelatensi Primo.

Commendatoriae, quae Clericis peregrinantibus dabantur a suo Episcopo. Quemadmodum et Romani magistratus dabant commendatitias suis mercatoribus proficiscentibus in Provincias, ut Freigius notat ad illud Verrinae IV. *Apud illum non tabulas commendatitias, sed tributarias multum valuisse.*

H Tri-

* Dabantur hae ab Episcopis lapsis, qui exacta poenitentia iterum ad communionem admittebantur; vel etiam fidelibus peregrinantibus, ut cum aliis fidelibus in ecclesia et officiis ecclesiasticis reciperentur, Gonzalez Tellez ad *lib. I. Decr. tit.* 22. *de Cleric. peregrin. c.* 3. *n.* 6. Du Fresne *in Gloss. Graec.* voce Κοινωνικαὶ. Qui illas non deferebant, tantum ad victum pietatis causa admittebantur, non vero ad preces ecclesiasticas et communionem sacramentorum. Et ob scelera damnati Clerici his privabantur, communione peregrina illis tantum concessa, Gonzalez d.l.

Tributariae autem sunt quibus Magistratus imperabat tributa Provincialibus. *

Formatae seu *Formales*, ut eas Suetonius nominat Domitiano cap. XIII. dictae quod certa formula conciperentur, quia in legem erant transiturae. Ita Torrentius docet ex illo Suetonii capite XX. Domitian. *Epistolas alieno formabat ingenio.* Dabantur Episcopis ad Parochias suas redeuntibus Roma, quo fuerant evocati, ut constaret scilicet de eorum cum Romana Ecclesia consensu et unitate: quod scribunt Augustinus epistola CLXIII. ad Eleus. epist. CLII. ad Glorium; et Optatus lib. II. contra Parmenianum.

Igitur ne qua fraus haereticorum intercederet, Formatarum scribendarum formula certa concepta est a Synodo Nicaena cap. XVIII. eaque expressa est apud Ivonem part. VI. cap. CCCCXXXIV. et CCCCXXXV. item apud Burchardum lib. II. titul. CCXXVII. hoc exemplo quod transcripsit Petrus Gregorius lib. XVI. de Rep. cap. II.

π. 80. id est, πατὴρ. υ. 400. id est, υἱός.
α. 1. id est, ἅγιος. π. 80. id est, πέτρος.

Debebant enim quatuor primae literae significare Patrem, Filium, Spiritum sanctum, et Petrum Apostolum, zifrae autem adjectae notant numerum, quem quaeque litera Graecis significat. Mox sub-

* Commendatoriae sunt pariter quae laicis iter facientibus dabantur, ut ubivis benigno hospitio susciperentur. Etiam Laicis peregrinis, ignotis et criminis alicujus suspectis, ut innotesceret omnibus, injuste illos esse accusatos vel solutis poenis absolutos, Gonzalez *d. l. n.* 8. *et* 13. adde Jo. Dougtaeum *Part.* II. *Analect. Sacr. Excursu* 81. et Du Fresne in *Glossar. Graec.* voce Συστατικαί.

ſubjungebatur litera initialis quae inchoabat nomen vel Pontificis, vel Epiſcopi mittentis ſuum ſubditum. Verbi gratia: ſi Epiſcopus vocabatur Petrus, vel Ratholdes:

π. 80. id eſt, Πέτρος. ρ. 100. id eſt, Ρ'αθόλδης.

Deinde poſt nomen Epiſcopi mittentis, ſcribebatur ſecunda litera ex nomine Epiſcopi ad quem ſubditus mittebatur, verbi gratia: ſi vocabatur Robertus. ο. 70. id eſt, Ρ'οβέρτος.

Denique tertia litera ex nomine ipſius ſubditi miſſi, verbi gratia: μ. 40. id eſt, Θωμᾶς.

Tum iterum quarta litera ex nomine loci ad quem mittebatur. v. g. υ. 400. id eſt, Τρεύερις.

Rurſum uumerus Indictionis quae erat illius anni 906. quo tempore Burchardus miſit hanc formulam θ. 9.

Extremae vero epiſtolae ſemper addebatur,

α. 1.
μ. 40.
η. 8.
ν. 50.
} 99. id eſt, Α'μην.

Ad ſingulas autem literas adjiciebatur is numerus quem quaeque literae ſignificant Graecis; forte ad majorem obſcuritatem ignorantium. Tamen has *Formatas*, ad illudendum Catholicis Epiſcopis Julianus Caeſar imitari coepit, ut ſcribit D. Nazianzenus contra Julianum; et ex eo Sozomenus lib. VI. cap. XVII. et lib. VIII. cap. III. *

H 2 De

* Formatae dicuntur literae, quod certis formis, notisque conſcriberentur. Ejusmodi *formae* vel typi ſeu delineationes territorii occurrunt in lege Agraria ab Ant. Auguſtino edita: *In terra Italia III. Vir dedit, aſſignavit, reliquit,*

De Formatis autem varii generis, Pacificis, Com-

quit, inve FORMAS *tabulasve retulit.* Ab his formis descendunt literae formatae, quae in ecclesia Graeca, ceu docuit Auctor noster Graecis literis, confici coeperunt. Graecis dicuntur Canonicae, Latinis Formatae, quia secundum formam a sacris canonibus praescriptam conceptae erant. Altius repetiit originem earum Innocent. Cironius *lib.* 1. *Obs. Jur. Canonici c.* 6. a formulis Romanorum Appii Claudii, cui Pomponius formularum inventionem tribuit, melius quam Dio Cassius Maecenati. Verum hae formatae magis notas et syllabas, unde etiam *syllabae* et earum scriptores *syllabarii* dicuntur, observante eodem Cironio *d. l. c.* 7. quam formulas exhibent. Melius ergo a *forma* seu typo et modo, quam cum Cironio qui aliena ibi videtur tractare, a formulis vox illa derivatur. Jac. Sirmondus in *notis ad Goffridum* teste Hier. Bignonio ad *Formul. Veter. pag.* 341. a forma seu sigillo quod addebatur literis illis commendatitiis, formatas nostras deducit, quod confirmat Bignonius ex loco quodam in synodo Cabitonensi sub Carolo M. *c.* 41. ubi presbyter ad alium locum tendens habere literas jubetur, *in quibus sint nomina Episcopi et civitatis plumbo impressa.* Late de his formatis Gonzalez Tellez ad *d. c.* 3. x. *de Cleric. Peregrin. pag.* 595. *Tom. I. num.* 4. 5. 6. Et C. Zieglerus de *Episcopis c.* 33. Similes certe his fuisse videntur literae J. Caesaris apud Sueton. in *Jul. c.* 56. Gellius *lib.* XVII. *c.* 9. *in epistolis*, inquit, *Caesaris inveniuntur literae singulares sine coagmentis syllabarum.* Huc pertinent etiam monogrammata quibus Reges subscribere solebant epistolas seu diplomata: pleraque enim per epistolas olim conficiebantur, probante Bignonio in *Not. ad Veter. Formul. pag.* 314. De monogrammatibus illis vide Mabillon de *Re Diplom. lib.* II. *c.* 22. qui illis hanc rationem adsignat, ne Principes scribendo fatigarentur. Felicius vero Ill. P. a Ludewigius, qui egregia sua doctrina meliorem doctioremque me fecit, in *Praefat. ad Tom. I. ad Reliq. MSct.* §. 36. *p.* 88. Notarios pro lubitu monogrammata pinxisse, quia nominis integri subscriptio haud necessaria fuit sufficiente ad publicam fidem sigillo. Et mox in nota Vir illustris ostendit, Caesarum postcarolingicorum monogrammata difficiliores figuras habere, quam Caro-

Commendatitiis, Dimiſſoriis, etc. libellum integrum conſcripſit Geraldus Rodolphus Gravienſis. Obſervat vero Budaeus in Commentariis linguae Graecae, Formatam intellectam eſſe a D. Hieronymo, cum ſic ſcripſit epiſt. ad Julianum: *Jam dimiſſo ſynthemate equus publicus ſternebatur*. Quamquam ſint nonnulli qui σύνθημα putant eſſe vexillum, vel teſſeram aliquam curſorum; quod mihi indicavit R. P. Heribertus Rosweydus noſter.

Decretales, quibus Romani Pontifices ad interrogata reſpondebant, et vitanda ſequendave decernebant.

Dimiſſoriae, ἀπολυτικαὶ καὶ ἀπόστολοι etiam dicebantur, ut Lazius notavit de Repub. Romana, erant autem literae quibus ſcribebatur Clericum de voluntate ſui Antiſtitis aliquo eſſe profectum. *

 Lau-

Carolini nominis elementa. Huc denique refero epiſtolas *formales* apud Sueton. in *Domitiano c.* 13. quae formam certam exhibebant procuratoribus ejus, vide tamen Guther. *de Offic. dom. aug.* 1. 33. & interpretes ad d. l. Suetonii. Confirmare hanc ſententiam videtur Caſſiodorus, qui illas *Canonicas* vocavit *lib.* 11. *Var. Epiſt.* 23.

* Recte Gonzalez Tellez *d. l. n.* 4 Canonicas ſeu Formatas epiſtolas tanquam genus accipit, cujus ſpecies ab effectu variae erant, ut Communicatoriae, Dimiſſoriae, Commendatitiae et Pacificae. Elegantius Idem Gonzalez *num.* 7. duplici ex cauſa dimiſſorias fuiſſe clericis datas oſtendit. Primo ut licite ab alieno Epiſcopo ordinari potuerint, de quibus *c. Significaſti de Offic. Archidiac.* Secundo ut Clerici peregrini jam ordinati a propriis Epiſcopis in alienis Dioceſibus celebrare poſſent. Tertio et illis fuiſſe datas qui in alienae eccleſiae catalogum referri, alterique Clero connumerari cupiebant. Poſtremo etiam Epiſcopis

Laureatae, quae lauro involutae in victoriae signum a Romanis Imperatoribus mittebantur ad Senatum. De his Livius lib. v. * *Literae a Posthumo laureatae, sequuntur victoriam populi Romani.* Claudianus item de Bello Gildonico; et Panegyr. in VI. Consulatum Honorii.

Laurea belli.

Memoriales seu *Commonitoriae*, quibus instruebantur Legati de singulis ad quae mittebantur agenda. †

Metatoria epistola a Sidonio nominatur lib. VIII. ad Lupum Papam, quae nihil est aliud interprete Baptista Pio, qnam *Odoeporicon*, hoc est *Itinerarium.* Scaliger autem in Lectionibus ait, metatoriam esse id quod Ausonius vocat ἀσπάσικον, et Martialis *Adventoriam*. De qua docent Turnebus lib. XXX. cap. XXVIII. et Caelius lib. XXVIII. cap.

piscopis longius peregrinantibus a primate fuisse concessas. Adde Du Cange in *Glossar. Graec.* voce Ἀπολυτικαὶ et in *Gloss. med. Latinit.* voce *Dimissoriae.*

* *C.* 8. et *lib.* XLV. *c.* I. C. Licinio consuli ad *quadrigas mittendas exscendenti, tabellarius, qui se ex Macedonia venire diceret, reddidisse laureatas literas dicitur.* Appian. de *Bello Mithrid. pag.* 223. *Lucullus de rebus suis gestis ad Senatum misit laureatas literas, ut mos est victoribus.* Plura dabunt Pancirol. de *Reb. deperd.* ibique Salmuth. *pag.* 279. Brodaeus *Misc.* I. 33. Barthius *Adversar.* XI. 4. Alex. ab Alex. I. 27. *Genial. Dier.*

† Alii erant Memoriales, qui in sciniis memoriae militabant, de quibus Gutherius *lib.* III. *de Offic. dom. aug. c.* 3. et de memorialibus libellis est in *L.* 144. *D. de Verb. Signif.* videsis quae ad inlustrationem *d. l.* adnotavi in *Memoria mea propagata c.* I. *pag.* 9. *et* 10.

cap. III. esse epistolam quae obviam mittebatur adventanti amico: id quod erudite confirmant. *

Pastorales, quae pro instructione ad diversas Ecclesias mittebantur; quales Paulinae aliquot, et Ignatianae.

Synodicae, quae ad Synodos scribebantur, vel ab ipsis Synodis mittebantur.

Systaticae literae, quandoque pro Commendatitiis, alias pro literis commeatus ponuntur, ut observat Petrus Gregorius lib. XVI. De Repub. cap. II. Pro Commendatitiis, cap. XXXII. Apostolorum: *Nemo Episcoporum peregrinorum, aut Presbyterorum, aut Diaconorum suscipiatur sine literis systaticis.* Pro literis commeatus. Novell. Justinian. VI. cap. III. *Non autem aliter aliquem praesumere dirigere se ad hanc civitatem statuimus, prius quam literas acceperit, quae secundum divinas regulas* συςατικὰ καλȣμένα, *testimonium perhibentia necessitatis*, etc. †

 Pra-

* *Metatoriam paginam*, inquit Sidonius *lib.* VIII. *Epist.* II. (pro epistola, ut Auctor noster scripsit,) *quasi cum Musa praevia misi.* Hodie diceremus *een inquartierings brievjen*, Germanis, *Furier Zettel.* Et substantivum *metatorium* pro domo adventoribus parata, ex historiae ecclesiasticae scriptoribus produxit Lipsius *Dialog. de Militia.* 12. Late de metatis illis egit Jo. Otto Tabor singulari tractatu de *Metatis et Epidemeticis Tom. I. Operum.*

† Sunt hae commendatitiae et de genere epistolarum Formatarum, de quibus abunde in antecedentibus. Cujac. in *Expos. d. Nov.* testimoniales vocat, easque dividit in συςατικὰς et εἰρηνικὰς. Συςατικὰς dari proprie separatis communione, ignotis, suspectis, reis postulatis, quibus

Pragmaticae, quibus aliquid faciendum praeſcribitur.

Tractatoriae, quibus Epiſcopi certiores faciebant alios rerum geſtarum. Auguſtinus Concione II. in Pſalmum XXXVI.

Tractoriae, eaedem quae olim Commendatoriae. Iis evocabantur Epiſcopi ad Concilium cum auctoritate utendi curſu et ſtativis publicis, inquit Baronius Tomo III. ex epiſt. Conſtantini ad Ablavium. Eſt item Titulus de Tractoriis et Stativis lib. VIII. cap. VI. Cod. Theod. Vide Cujacium C. lib. XII. *

Deni-

quibus abſoluti declarantur. Εἰρηνικὰς Epiſcopis in comitatum Principis, et Clericis in aliam civitatem euntibus. Generaliter ergo hac appellatione dimiſſoriae, teſtimoniales quaecunque continentur. De pacificis ſeu dimiſſoriis quae Clericis ab Epiſcopis ſuis, vel Epiſcopis a Metropolitis dabantur, cum ad Principem ſuum proficiſcerentur, vide Menagium *Amoen. Jur. civil. cap.* 29.

* Tractoriae ſunt epiſtolae Principis ſeu imperiales vel certe epiſtolarum Principis teſtimonialium ſpecies ſaltem, quibus ſeu per quas iis qui ex caſtrenſibus muniis abſoluti domum redibant poſt labores, veteranis item, proſequutoribus animalium et equorum ſacro uſui neceſſariorum, Agentibus in rebus filiis in ſedibus conſtitutis praeberi jubebatur viaticum conficiendi itineris, annonae, praebitiones, et neceſſaria omnia, item temporis ſpatium quo quis reſidere poſſet in quocumque loco, denique et curſus publici modus. Ita Jac. Gothofred. ad *d. tit. C. Th.* qui mox ad *L.* 1, *d. tit.* varias Tractoriarum ſpecies enumerat. 1. ſcil. accipi illas docens pro evectione curſus publici. 2. pro annonariis, 3. pro epiſtolis dimiſſoriis et teſtimonialibus militum. 4. pro Synodalibus, quibus Epiſcopi ad Synodum evocabantur. 5. Denuntiatoriis, pro publica denunciatione hunc vel illum eſſe excommunicatum aut damnatum, et hinc ab

ejus

Denique, ne longum faciam, communia alia epiſtolarum nomina qui omnia ſcire volet, legat libros Eraſmi et Lippi Brandolini de conſcribendis epiſtolis, et libellum qui inſcribitur Ἐπιϛολικοὶ τύποι, quem Aldus praefixit epiſtolis Syneſiii in volumine Epiſtolarum Graecarum, ubi de Laconicis, eroticis, convivalibus, familiaribus, etc. diſſeritur copioſe. * Quamquam ſunt et quaedam epiſtolae, quae quo nomine appellari, aut qua in claſſe cenſeri debeant, non ſcio. Tales ſunt illae

H 5 Theo-

ejus communione abſtinendum. 6. In medio aevo *manſionaticae* dicebantur tractoriae miſſis vel evocatis a principe datae, quibus annonarum modus ex publico, non ab alio judice definiendus deſignabatur. Habes in compendio omnem tractoriarum hiſtoriam. Adde Guther. *Off. dom. Aug.* III. 15.

* Plenius de his egit D. G. Morhofius in eleganti libello; de *Ratione conſcribendarum Epiſtolarum c.* 7. ubi loca communia ſpecierum omnium larga manu exhibuit. De omni genere epiſtolarum eccleſiaſticarum apud veteres Chriſtianos egit Fr. Bern. Ferrarius *libris* III. *Mediol.* 1613. 8. curante Gebhard. Theod. Meiero *Helmſtad.* 1678. 4. Philip. Priorius libro de *Epiſtol. Canonicis cum appendice de tractatoriis et Synodicis Pariſ.* 1675. 8. Varias autem ſpecies epiſtolarum in Jure Romano occurrentes, excuſſit hactenus quod ſcio, nemo. Equidem Lauterbachius ſingularem Diſſertationem de *Jure epiſtolarum* conſcripſit, quae extat in *Tom.* II. *Diſp.* 78. Lauterbachii; verum generales tantum Juris quaeſtiones praxin ſpectantes enodare illi placuit, adeo ut vel integri et juſti libelli elaborationem flagitaret epiſtolarum materia, ſpecies, forma, modus et quae plura, inprimis ſi medium aevum in conſilium vocare lubuerit. De magiſtris epiſtularum campus eſt dicendi, Guther. de *Off. Dom. Aug. lib.* III. *c.* 3. Idem dicendum de quaeſtoribus Principum, qui in Senatu legendis epiſtolis principalibus vacabant, ad *L. unic.* §. 2. *et* 4. *D. de Offic. Quaeſt.* Dio Caſſius *lib.* LIV. *p.* 539. Guther. *d. l. lib.* II. *c.* 18. Pancirolus *Not. Imp. c.* 72. Bockelen *de Orat. Princ. p. m.* 133. De ipſis Epiſtolis et reſcriptis Principum, quae et *epiſtola-*

Theodosii Junioris literae scriptae ad Chrysostomum mortuum; quae statim atque impositae fuere sancti cadaveris pectori, cadaver quod ante nulla vi poterat loco moveri, vectoribus suapte sponte quasi morem gessit. Quidam etiam e Societate nostra mihi amicissimus, narravit mihi, sororem suam, decennem puellulam, quo nescio instinctu, epistolium scripsisse patri suo jam demor-

stolaria rescripta dicuntur in *L. unic. C. Th. Si cert. pet. de Chirogr.* quae magistratibus absentibus de Jure consulentibus reponebant, vid. Theophilus *pag.* 19. *in Paraphras. lib.* I. *tit.* 2. §.6. *L.* I. §. I. *D. de Constit. Princ.* Plurifariam provocant JCti ad epistolas Principum, Divi Antonini Pii, Hadriani, Severi, vide *L.* 3. §. 2. *de Off. Proc. L.* 3. §. 9. *D. de Inj. rupt. testam. L.* 16. §. I. *D. de Public.* Brisson. *lib.* III. *Formul. p.*292. Modus consulendi JCtos et quaesita per epistolas amoenum suppeditarent tractatum. Integras ejusmodi epistolas ex libris JCtorum nobis servavit Tribunianus, quarum exempla legere datur jucundissima in *L.* 27. *D. Qui testam. fac. poss.* quam nuper singulari Dissertatione ornavit amicus noster Adr. van Ruyven. Ipsi JCti docuerunt nos literarum secreta, seu literas amatorias quas majores nostri, auctore Tacito de *Mor. Germ. c.* 19. ad quem vide Heuman. in *Poecil. tom.* I. *lib.* IV. *pag.* 635. penitus ignorabant in *L. ult. D. de Olig. et Act. Sejo LucioTitio salutem. Si in eodem animo et eadem affectione circa me es, qui semper fuisti, ex continenti, acceptis literis meis, distracta re tua veni. Hoc Tibi quamdiu vivo, praestabo, annuos decem. Scio enim quia valde bene me ames.* Vix poterit amasia quaedam ad seculum formata scribere elegantius. Taceo epistolas testamentarias et codicillos, quibus forma epistolari et salute heredibus inpertita, vel omnia sua bona vel partem illorum in heredes conferebant *L.* 30. §. I. *D. de Adimend. leg. L.* 89. pr. *D. de Leg.* II. *L.* 56. *D. de Fideic. libert.* Pancirol. *Lib.* I. *Var. lect. c.* 29. Salmas. *de Usur. c.* 10. Forner *lib.* II. *Select. c.* 9. Freher. II. *Parerg. c.* 25. Integras tandem dissertationes de singularibus literarum speciebus jam dederunt Eruditi. Sic J. N. Hertius de *Literis Commeatus*, Linkens de *Literis Natalitiis* scripserunt, et quis posset enumerare omnia.

mortuo, in coelum; et paucis poſt diebus eam abiiſſe e vivis ad patrem.

Illae vero literae D. Thaumaturgi admirabiles ſunt quas daemoni his verbis inſcripſit: *Gregorius Satanae. Ingredere*, et ingreſſus denuo eſt daemon in locum unde fuerat depulſus.

Stultiſſima autem et riſu digna Xerxis epiſtola, quam, neſcio qua ira accenſus, ſcripſit ad montem Athos.

Quid quod mortui ſubinde reſpondiſſe et ſcripſiſſe legantur; apud Niceph. lib. VIII. cap XXIII. ubi Chryſanthus et Muſonius Epiſcopi defuncti in Synodo Nicaena, nomina ſua Synodalibus Actis poſt mortem inſcripſerunt.

Uriae literae, abierunt in Proverbium; de iis quae ab eo in quem ſcriptae ſunt deportantur; ſicut Urias ferebat literas Davidis, quibus ipſemet jubebatur necari, II. Reg. cap. 11. *

Illud

* Uriae literae alias etiam dicuntur literae Bellerophontis, de quo haec finxerunt Poëtae. Bellerophontes caſu aliquem perimens et ad Praetum fugiens ab ejus uxore Antla ad ſtuprum fruſtra ſollicitatus, quaeſiti concubitus et epiſtolarum amatoriarum ſibi miſſarum ab illo, penes maritum inſimulabatur. Praetus nimium credulus literas ei dat ad Jobatem vicinum ferendas, jubentes ut bajulum earum occideret. Jobates chymeram ut extingueret praecipit; at Bellerophon equo alato, quem dono Minervae habebat, cuique pegaſus nomen, ſublatus in altum, ſagittis conficiebat chymaeram. Iterum ad Amazones debellandas mittitur, mox et fortiſſimis Lyciorum juvenum inſidiis ſubjicitur. Tandem periculis tot feliciter declinatis Praetus ei oſtendit literas filiamque ſuam uxorem ei dedit, vide Piccartum *Obſerv. Hiſtor. Polit. dec.* 16. *c.* 9. *n.* 2. Videtur autem hiſtoria illa Davidis Poëtarum fabulis locum dediſſe.

Memi-

Illud forte non ita omnibus obſervatum: certum fuiſſe epiſtolarum initium, certam item clauſulam. Initium Platoni fuit antiquiſſimum χαίρειν, *gaudere*; vel *bene agere*, εὖ πράττειν, ut patet ex epiſtola

Meminit et Jus Canonicum harum literarum *c.* 33. x. *de Offic. et Poteſt. Jud. deleg.* Quem textum elegantem miror Auctorem non adduxiſſe, ibi Innocentius III. Pontifex Maximus Senonenſi Archiepiſcopo in haec verba reſcripſit: *Cum olim Magiſter S. et B. archidiaconatum et praepoſituram ad invicem commutaſſent, et infra. Verum dictus B. Delegatis noſtris non deferens, immo verius deleganti, ſigilla violavit illorum; et ſcripta quae nobis fuerant praeſentanda non erubuit aperire. Qui poſtea in noſtra praeſentia conſtitutus, adverſario praeſente in excuſationem ſuam propoſuit, quod judices perperam proceſſerant contra ipſum, cum acta in ſcriptis minus fideliter redegiſſent: unde timens ne* LITERAS PORTARET URIAE, *illorum ſcripta aperuit, & quod ſuſpicatus fuerit adinvenit.* Simile fere exemplum literarum occurrit apud Gothofredum Viterbienſem in *Chronico univerſali Part.* 17. *pag.* 493. de Conrado II. et Leopoldo Comite, perduellionis reo. Hic cum in ſilvis Imperatorem iracundum fugiens cum Conjuge degeret, et caſu in eodem tugurio Imperator pernoctaret, pariebat maſculam prolem Comitis conjux. Mox in ſomnio Imperatori occinitur: infans hic Tibi gener et heres erit, hinc ſub aurorae crepuſculum necare jubet infantem Caeſar; at miniſtri in ſilva alienae gratiae exponunt, ibique a Duce praetervehente tollitur, alitur, et cum aliquando Imperator penes hunc diverteret puer illi offertur, qui ſtatim literis adoleſcenti ad conjugem ſuam datis occidendum hunc bajulum jubet. At cum in itinere apud ſacerdotem pernoctaret juvenis, curioſus ſacerdos aperit literas ſubſtituitque loco feralis ſententiae hilarum nuncium, ſcilicet ut Regina ſine mora adoleſcenti filiam in matrimonium daret. Quo facto fati ineluctabilis vim agnovit Rex, aequo illam ferens animo, ſi dictis fides ſit habenda. De Jure harum epiſtolarum ſcripſit ſingularem Diſſertationem Cl. Andr. Homborgius Erfordiae 1717. adde Gonzalez Tellez ad *d. c.* 33. *Tom.* I. *pag. m.* 716.

ſtola ejus tertia ad Dionyſium, aliisque pluribus exemplis quae colligit Lucianus. Quam formulam Pythagoras et Archytas, mutarunt in ὑγαίνειν, hoc eſt, *ſaluere*. Cleon primus, pro initio ſcripſit χαίρειν, auctore Luciano de ſaltat. Quemadmodum Latine utramque formulam expreſſit Horatius epiſt. ad Celſum: *

Celſo

* Notanda denique eſt ordiendi formula: S. V. B. E. E. V. Si vales, bene eſt, ego valeo, quae in privatis et publicis literis perpetua. Solet etiam his notis concipi S. V. G. E. V. Si vales gaudeo, ego valeo. Hinc minus recte apud Oppium de Bello Hiſpanenſi notas illas ab Eruditis corrigi monet Lipſius *d. l. fin.* Hodie longe aliter praemiſſa haec et frontiſpicia epiſtolarum concipiuntur, neque facile τὸ *ſuo* literis ad principem vel virum quemdam inluſtrem miſſis erit addendum: longo enim titulorum ſyrmate jam opus eſt, unde et integro capite 10. materiam de titulis hodiernis explicare adgreſſus eſt D. Morhofius de *Conſcribendis epiſtol.* ne γρυ quidem de praemiſſis veterum epiſtolarum adferens. Quo tempore titulomannia illa in epiſtolis coeperit me fugit. Hoc ſcio Plinii aetate moris fuiſſe nomen ſcribentis praeponere nomini illius, ad quem dirigebatur epiſtola. Et ſic Plinius Trajano et Trajanus Plinio, omiſſo tamen τὸ *ſuo*, honoris forſan et majeſtatis ratione. Didiciſſe hoc Romanos a Graecis dubio vacat: ſic enim apud Gellium *lib.* xx. *c.* 4. Ariſtoteles Regi Alexandro ſcribit: Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν. *Ariſtoteles Regi Alexandro bene agere.* Tempore vero Symmachi invaluit ut Imperatoris nomen conſtanter praemitteretur; ad alios vero etiamſi illuſtres cum ſcriberent, mos antiquus ſervabatur, ut vel ex Symmachi epiſtolis patet. Ex adulatione vero orta videtur haec nominum praemiſſio, ratione ſane contradicente, cui magis conſentaneum eſt, ſcribentis nomen praemittere, ut hoc pacto curioſitati legentis qui nomen ſcriptoris ſcire geſtit nec ſine incommodo ad finem hodie epiſtolae recurrere debet, ſatisfaciamus. Non ergo me poenitet eorum quae ſcripſi in *Memoria mea Propagata c.* 3. *pag.* 234. *ſequ.* aliter literas Germanicas aliter

Celſo gaudere et bene rem gerere Albinovano
Muſa rogata refer.

Jam

aliter Latinas eſſe ſcribendas. Hoc et relligioſe olim obſervarunt Pontifices nomen ſuum continuo praemittentes, cum ad Imperatorem vel Reges epiſtolas darent obſervante Valeſio in *Valeſianis pag.* 109. forſan autem ambitione ſtimulante, quaſi digniorem Regibus locum tenerent in orbe terrarum, ita ſcripſiſſe videantur. Haec de nominum praemiſſione. Quoad ipſos titulos vero quibus hodie epiſtolarum frontem oneramus e. g. clementiſſime, Sereniſſime v. Heuman. *Poec. T.* 3. *lib.* III. *pag.* 484. notemus, nullos omnino addidiſſe illis Romanos, et ſi dicendum quod res eſt, frigidius videtur nihil: cum enim epiſtola ſit communis ſermonis et plerumque ad familiares item de rebus neceſſariis explicatio, quid opus erit honorum paginam illis adjungere? Ita tamen tempore Symmachi officioſa adulatorum natio, quo ille adludit *lib.* II. *Epiſt.* 35. *Ego quoque*, dicens, *in ſcribendo formam vetuſtatis amplector, nimisque miror, quod mihi librarii error obrepſerit, qui ſolitus epiſtolis meis* NOMINA SOLA PRAEPONERE, USUM SIMPLICEM NOVELLA ADJECTIONE NOTARIT. Et alter quidam Symmachus *lib.* III. *Epiſt.* 44. novam hanc urbanitatis rationem probans, *Vis* inquit, *ut epiſtolis noſtris* MORE MAJORUM NUDA NOMINA PRAEFERANTUR? *Si tibi vetuſtatis tantus eſt amor, pari ſtudio in verba redeamus, quibus Salii canunt, et augures avem conſulunt, et Decemviri tabulas condiderunt. Jam dudum his renunciatum eſt, et ſucceſſio temporum priora mutavit.* Adque ad has titulorum ambages procul dubio reſpexit Imperator Alexander Severus, de quo ita ſcribit Aelius Lampridius in *Alex. Sev. c.* 4. *Epiſtolas ad ſe quaſi ad privatum ſcribi juſſit, ſervato tantum nomine Imperatoris*, videſis Caſaubonum ad *d. l.* Hinc praeſides ſuum nomen inferioribus praemittere ſolebant, Pancirol. *Not. dignit. Imp. Orient. c.* 95. Si quis vero in imperio aut magiſtratu eſſet, addebat breviter titulum: *P. Servilius Rullus tribunus plebis xvir Cn. Pompejo conſuli.* Nonnumquam addebant *ſalutem*, item et receptiſſimum verbum *ſuo*, quod frequens fuit Imperatoribus ipſis Briſſon. de *Formul.* III. 314. et JCtis, *Ibid, lib.* III. *p.* 332. Plerumque

Jam vulgo, *ſaluere*, et *ſalutem plurimam dicere*; item *ſuo*, vel *ſuis*, teſte Martiale, dicimus:

Omnes iſta ſolet charta vocare ſuos.

Clauſula Graecis, *Pax*; quae item adhibita omnibus fere rebus finiendis. Auſonius in verſibus monoſyllabis:

*Totum opus hoc ſparſum crinis velut Antiphilae, Pax.**

Hanc tamen praepoſtere aliam fecit ſcribendo in extrema epiſtola χαίρειν Ptolemaeus Lagi, ad Seleucum. Latinis clauſula eſt, *Vale*; ut in omnibus

rumque tamen ſine epithetis, niſi ad familiariſſimos, quos optimos, humaniſſimos, ſuaviſſimos appellabant. Menagius in *Diog. Laert.* III. §. 61. Claude de *Salutation. c.* 9. Miſſae ab amicis epiſtolae oſculo excipiebantur et ad oculos admovebantur, Julianus in *Epiſtol. Ut accepi tuas literas oſculabar, et ad oculos admovebam, et arcte tenebam, quaſi veritus, ne tuae imaginis ſpecies mihi per oblivionem evolaret in legendis tuis literis*, Bulenger. de *Imp. Rom.* III. 15. De formula ſalutationis in medio aevo per *oſculum ſanctum* ſupra *pag.* 97. quaedam jam occupavi, jam addamus Mabillonium *lib.* II. *de Re diplom. c.* 2. ubi *pag.* 67. *in fine* commendat eruditiſſimi Gernerii Soc. Jeſu librum *Diurnum Romanorum Pontificum*, in quo referuntur formulae inſcriptionis, ſuperſcriptionis, quibus Pontifex ad Epiſcopos, et hi ad Pontificem uſi fuerunt. Plura de formulis publicis Regum et Imperatorum dedit laudatus Mabillon. *d. l. c.* 3.

* *Vs. ult.* Clauſulam hanc Graecorum ſaepius imitati fuerunt Latini, Terent. *Heaut.* II. 3. *vs.* 50. Plaut. *Milit. Glor.* III. 1. 212. *et Pſeudol.* V. 1. 33. Erat nota ſilentii et imponendi finem ſermoni, unde Heſychius πάξ ἐπὶ τὸ τέλος ἔχειν. *Pax Graecum eſt quando ſignificat tantummodo* ait Priſcianus *lib.* XV. Scaliger. ad *Auſon. lib.* I. 19. Voſſius de *Analogia lib.* IV. *c.* 29. Alium hujus formulae ſignificatum explicavi in *Memoria propagata pag.* 500. adde Du Freſne in *Gloſſar. med. lat.* voce *pax.*

bus Ciceronis epiſtolis. * Amplius vero Auguſtus Caeſar,

* Melius Lipſius *c.* 4. *Inſtit. epiſtol.* quinque ſollemnia circa terminum et finem epiſtolarum obſervat, quae ſingula uberius ſpicilegii loco explicabo. Ipſe enim Lipſius juſto fuit brevior, quippe qui recenſet ſollemnia, haud explicat. Primum notanda valedictio quae originem trahit ex vulgari ſermone, quo abeuntes bene ſibi precantur, olim quidem ſimplici verbo *Vale*, Sueton. *Aug. c.* 53. aliique citati apud Briſſonium de *Formul. lib.* VIII. *pag.* 747. Salutatio enim matutina erat *Ave*, veſpertina *Vale*, Sueton. *in Galba c.* 4. Tranſiit demum haec valedicendi formula ad epiſtolas, ut familiaris colloquii interpretes. Et ita hac formula etiam ſpectatores peractis fabulis dimittebantur, Briſſon. *d. l. p.* 748. Ovid. V. *Triſtium Eleg.* 13. *vs.* 33.

Accipe quo ſemper FINITUR EPISTOLA VERBO,
Atque meis diſtent ut tua fata, VALE.

Et *lib.* III. *Eleg.* 13. Martial. *lib.* IX. *Epigr.* 8.

Interdum adjiciebantur epitheta, *etiam atque etiam vale* Cic. in *epiſt. ad Familiar.* paſſim. Imperatores autem addebant in reſcriptis ſuis ad Senatum vota: *optamus vos feliciſſimos ac florentiſſimos, per multos annos bene valere ſanctiſſimi ordinis patres conſcripti. Divinitas Te ſervet per multos annos.* Nonnumquam ſimpliciter, *vale Cariſſime.* Briſſonius *de Formul. lib.* III. *pag.* 323. Secundo adjiciebatur locus ubi ſcripta erat epiſtola, ſi ad abſentem mitteretur: inter praeſentes enim vix neceſſaria erat loci adnotatio. Patet hoc inprimis ex reſciptis Principum, ubi obſervationes criticae ex locorum additione deſumptae inſignem ſaepe praeſtant utilitatem, docente Jac. Gothofredo ad Cod. Theod. paſſim. Subſcribebatur autem locus epiſtolae, non vero in fronte paginae primae, ut moris hodie eſt, ponebatur, quod forſan mercatores introduxerunt, ut locus ſtatim pateret, mercimonia unde ſibi ſperanda, vel etiam ut ſubſcriptio hodierna nimium incommoda per adjectionem loci in principio epiſtolae compenſaretur, vel ne loci plane obliviſcerentur, quod plerumqne feſtinantibus accidere ſolet. Tertio ad latus ſubſcriptionis, annus, dies et hora adnotabatur, ut ex loco Suetonii ab Auctore adlato, patet. Nec eſt cur Pitiſcus ad *h. l.* obſervet, horas etiam pro diebus accipi: ſatis enim

Caesar, *ad epistolas omnes, etiam horarum momen-*
I *ta,*

enim clare Suetonius: *horarum momenta* dicit, et mox: *nec diei modo sed et noctis*, quasi dicere velit, et diei et noctis horas quibus scriptae vel datae essent, voluisse Augustum significare. Nomen etiam consulis subscriptioni erat addendum: illi enim annum olim designabant, vide *Tract. meum de Memoria Propagat. lib.* I. *c.* 3. *p.* 220. *sequ.* Hinc ad latus imperialis subscriptionis dies et consul addebatur: *epistola data, proposita, accepta, supposita, subscripta*, Brisson. *d. l. pag.* 327. Quarto, quoad subscriptionem nominum notemus, illam non fuisse olim necessariam, nisi excipias JCtos, qui ex instituto Augusti literas et responsa sua signare, id est nomine suo subscribere debebant, *L.* 2. §. 47. *D. de Orig. Jur.* et Seneca *lib.* VII. *de Benefic. c.* 17. *Si tamen quid sententiam quaeris, et vis signare responsum*, Menag. *Amoenit. Jur. civ. c.* 20 Nonnumquam tamen et privatos literis ad Imperatorem datis subscripsisse, *devotos se esse*, honoris et obsequii testandi causa, ex Dione LVII. Sueton. *Tiber.* XXXII. et lapidum notis D. N. M. Q. *devotus Numini Majestatique ejus*, probat Lipsius *d. c.* IV. Similes fere formulas in rescriptis Principum ad Senatum invenies; nomen vero rescribentis numquam in fine conspicitur: etenim illud jam principium rescripti exhibebat. Quaestorum insuper nomina fuisse addita et subscripta formula: *legi, vel subscripsi Nov.* 22. docet, quae subscriptio dicebatur *subnotatio*. Brisson. *d. l. pag.* 326. Et hinc forsan descendit illustre illud Datarii munus in aula Pontificis maximi, cujus est brevia omnia et edicta Pontificia subscribere, vel qui in postulationibus ac literis manu Pontificis subscriptis diem et locum notat, quibus datae sunt literae. Integrum de illustri hoc munere librum in folio scripsit Theodor. Amydenus Coloniae 1701. editum; verum in toto hoc tractatu nihil memoratu dignum ad materiam praesentem invenies, praeterquam quod *c.* 6. moneat Auctor, *datum* notare concessum, nec ante Constantinum M. Rescriptis fuisse vocem illam additam, in quo tamen labi videtur, quodque vel ex Legibus apud Brissonium, ubi frequens vox *data*, refelli poterit. Eodem munere fungebantur in medio aevo Cancellarii et Capellani, qui loco Principis epistolas et diplomata subscribebant, Mabillon. de *Re diplom. lib.* II. *c.* II.

Plura

ta, nec diei modo, sed et noctis, quibus datae signi-fica-

Plura de his subscriptoribus dabit Ill. P. a Ludewigius ad *Aur. Bull. Tom.* II. *tit.* 26. §. 2. *p.* 578. 586. In collegiis subscribunt aut Notarii, ubi sigilla sufficiunt, alibi solus praeses, alibi omnes singulatim. Nonnumquam signa e. gr. crux, columna, orbiculus, et quae plura loco subscriptionis adduntur, quod fit vel ex ignorantia literarum vel segnitie, de quibus iterum copiose Mabillon. *lib.* II. *c.* 22. §. 2. Nonnumquam ponuntur sigla aut monogramata quorum originem, Eginhardo auctore, adscribamus Carolo M. difficulter literas pingenti, Mabillon. *d. l.* §. 5. *p.* 164. Du Fresne voce *Monogramma*. Verum supra illustris Ludewigii sententiam probavi, qui ob perplexitatem ejusmodi monogrammatum et communem eorum usum in imperio Rom. et Graeco, schemati Notariorum, Imperatoris nomen integrum unico et mystico scribendi charactere exprimentium, illa adsignat. His accedit, quod nonnumquam picta ac ejusdem atramenti et minii sint, quam ipsa scriptura, qualia ipse quondam apud amicum vidisse memini. Immo pro diversitate notariorum nonnumquam plane diversa sunt, adeo ut principis manum ne quidem redoleant. Passim etiam nudum nomen adscititium vel gentilitium sine praenomine conspicitur, quod magnam causatur confusionem, si plures sint ejusdem nominis eadem in gente. Alii formulas addiderunt e. g. in nomine Jesu Christi, quod hodie impium, olim autem licitum, ut hac ratione ab Arrianae haereseis suspicione se purgarent. Ill. Ludewigius in *Praefat. Justiniani pag.* 17. Qui et singulare quid adnotavit de Rudolpho duce Austriae subscriptionis loco formula utente: *hoc verum est*, in *Germania Principe lib.* I. *c.* I. §. 9. *p.* 150. Alii addunt sigla m. pp. i. e. manu propria, quae formula rectius hodie omittitur, cum elatum animum forsan prodat. Alia protulit Mabillon. *d. lib.* II. *c.* 21. §. 7. *p.* 160. ubi et *c.* 22. §. 21. de subscriptione cum sanguine Christi, seu vino consecrato, quod putabant veteres sanguinem Christi referre. Adde Ballüzium ad *Agobard. in not. pag.* 129. Sic et olim pacta sanguine humano fuisse stabilita, ritu prorsus barbaro narrat Tacitus *lib.* XII. *Annal. c.* 47. *Quotiens* inquit, *societatem coeant, implicare dextras*

ficarentur, *addebat*. Suetonius August. cap. L. Un-
I 2 de

tras pollicesque inter se vincire nodoque perstringere: *mox ubi* SANGUIS IN ARTUS EXTREMOS SE EFFUDERIT, *levi ictu cruorem eliciunt atque invicem lambunt. Id foedus arcanum habebatur quasi mutuo cruore sacratum.* Alii sanguinem mixtum aqua et vino degustabant, Mela *lib.*I.*c.*II. Idem observat Lipsius ad d. l. Taciti apud Hispanos suo adhuc tempore obtinuisse. Huc denique pertinet subscriptio, quae fit duce manu aliena, cujus sane in Jure nulla habebitur ratio, propter *Nov.* 73. *c.* 8. Postremum modus subscribendi per figuratum typarium, quali usum fuisse Justinum Imperatorem literarum plane rudem, refert Procopius in *Anecdotis pag.*28. scilicet tabella utebatur, cui hae literae incisae erant JUST. circum illas literas incisas ducebat Princeps calamum, nomenque pingebat. Alia vide apud Mabillon. *d. l. c.* 22. §. 2. Coronidis loco cave cum hac confundas subscriptionem in crimina, quam Plinius *lib.* V. *Epist.* I. *num.* 6. dicit *subscribere cum aliquo*, id est, accusare. JCti vocant *inscriptionem*, vid. Corte ad *d. l. Plin.* De Dato vero, ut barbare loquuntur, seu die, anno et mense epistolis adjici solitis, multa curiose hic adnotari possent, nisi Mabillonius *lib.* II. *c.* 23. *de Re dipl.* pleraque jam occupasset. Non ingrata tamen invenies apud Auctorem Notarum in *Historia Episcopat. Trajectin. pag.*237. *sequent.* Adde J. Cironii *Obs. Jur. Canonic. c.* 7. ubi de aera Diocletiani, anno gratiae, anno Christi, misericordiae et anno Martyrum, videsis etiam tract. meum de *Memoria Propagata lib.* I. *c.* 3. §. 8. *pag.* 220. *sequ.* Ad quintum epistolarum sollemne, scilicet superscriptionem properemus, quam rariorem fuisse tradit Lipsius, cum per pueros notosque tabellarios mitterentur, nec fuit aliud signum in exteriore epistola quam signum et linum? Signum seu sigillum impressum cretae vel cerae plerumque referebat imaginem Domini Sueton. in *Augusto. c.* 50. vel majorum, Cic. III. *Catilin. cap.* 5. *Ostendi tabellas Lentulo et quaesivi cognosceretne signum? Annuit. Est vero inquam imago avi tui clarissimi viri.* Ovidius *lib.* II. *de Ponto Epist.* 10. *vs.* I.

Ecquid ab impressae cognoscis imagine cerae,
Haec Tibi Nasonem scribere verba, Macer?

Aucto-

de *Datum*, a barbaris usurpari coeptum vice clausulae

Auctorisne sui si non est annulus index,
Cognitane est nostra litera facta manu?
Sic licet oblitus pariter gemmaeque, manusque

Et Symmachus *lib.* II. *Epist.* 21. *Cupio cognoscere, an omnes obsignatas acceperis eo annulo, quo nomen meum magis intelligi, quam legi promptum est.* Et qui plura de materia, forma varioque sigillorum usu congessit Mabillon. *lib.* IV. *de Re diplom.* c. 14. 15. *et sequent.* Huic jungi potest Cl. J. M. Heineccius in Systemate *de Sigillis*, et Auctor notarum H. V. R. ad *Histor. Episc. Traject. lingua Batav. Lugduni* 1719. *edit. pag.* 196. *sequent. et* 233. *sequent.* De ratione denique per ceram et linum epistolas subsignandi ex Jure Graeco et Latii egit Salmasius de *Modo usurar.* c. 10. *et* 11. et speciatim de *subsignatione testamentorum*, cui se opposuit eruditissimus Heraldus in *Observat. ad Jus Attic. lib.* VII. *c.* 7. 9. 10. 14. 16. De subscriptione autem et subsignatione medii aevi vide quae ex Mabillonio in compendium redegit Hertius de *Fide Diplomat. Sect.* I. §. 13. *sequent.* De Materia cui Sigilla inpressa, egimus supra *pag.* 74. Addendum hoc loco in ipsa cera magnam olim, in medio scilicet aevo, fuisse differentiam. Jus cera rubra signandi instar privilegii, et summi honoris indicium fuisse probat Mabillon. *d. l. lib.* II. *c.* 19. forsan quia minium purpureusque color viris Principibus quasi proprius erat. Aliae civitates in Sigillis utebantur alba cera, aliae viridi. Causas cera rubra signandi rationemque illius praerogativae ab Imperatoribus olim civitatibus nonnullis concessae, excussit Caspar Zieglerus *de Jure Majestat. lib.* II. *c.* 21. *num.* 15. 16. Becmannus *Notit. dignit. illustr. Diss.* VI. *c.* I. et Henr. Link in *Discursu Jurid. de rubro, nigro et albo pag.* 32. Attamen per usum cerae rubrae non infertur, Jus gladii etiam fuisse concessum, ut contendit Anton. Matthaeus *de Fatis et Fundat. Eccles. p.* 130. quem ideo merito notavit Auctor notarum ad *Histor. Episc. Traject. pag.* 275. Multae enim civitates etsi hac praerogativa ab Imperatoribus munitae, numquam tamen jus gladii intuitu illius privilegii exercuerunt. Ceram nigram in Sigillis rarissime conspici, nisi is diplomatibus Equitum Melitensium docuit Cl. Hei-

ſulae illius Ciceronianae A. D. id eſt, Ad diem,

Heineccius de *Sigillis lib.* 1. *c.* 6. §. 9. Adde Eundem *d. l. lib.* 1. *c.* 13. §. *ult.* Verum et in Boruſſia olim ſummus magiſter ordinis Teutonici cera nigra in ſigillis utebatur, quod praeteriiſſe Heineccium in laudato tractatu obſervat Rever. Lilienthal in libro: *Erläutertes Preuſſen Tom.* 1. *tr.* 39. *pag.* 53. Juvabant haec ad rem diplomaticam penitius examinandam, falsasque literas a veris dijudicandas. Quam operoſus ſit ille labor ſciant, qui principum tabularia et MSta tractare ſolent. Verum haec ὡς ἐν παρόδῳ. Exſpectat materia haec elegantiſſima virum medii aevi et rerum domeſticarum peritiſſimum, qui certam et indubitatam ex varia chartarum ſuppellectile criticam medii aevi nobis explicaret. Utilitatem praeſentem huius obſervationis ut percipias, vel Mabillonii et Montfauconii aeterna monumenta inſpicias, quae ſi quis in compendium redigeret, additis, quae de re diplomatica patriae ſuae obſervatu digna, abſolutum et perfectum tandem opus ſperare poſſemus. Dictu eſt incredibile, quam clara falſitatis teſtimonia ex minimis illis ſigillorum, cerae, chartae, atramenti et reliquorum indiciis eruere detur. Aerem ne videamur ferire exemplum repetamus ex Jure Canonico elegans *c.* 6. *Inter dilectos* x. *de Fide Inſtrum. Rurſus cum cera ſigilli ab interiori parte vetuſtiſſima eſſet, cera quae poſita erat ab exteriori parte, quaſi ad conſervationem Sigilli recens erat et mollis. Quod cum diligenter inveſtigatum fuiſſet, certo certius eſt compertum, quod ſub vetuſto Sigillo charta fuerat perforata, et per glutinum novae cerae, quae fuerat poſita exterius, quaſi ad conſervationem Sigilli vitioſe fuit ipſi chartae conjunctum eadem falſitatis ſpecie per vitioſam videlicet appoſitionem Sigilli.* En, curioſe examinavit Pontifex falſitatem, et tota conſtitutio ſingularem meretur obſervationem, vide interim Gonzalez Tellez *lib.* 11. *Decret. tit.* 22. *Tom.* 11. *p.* 490. 491. De Gummo Laccae de quo *pag.* 74. addi poteſt obſervatio elegans in *Hiſtoire de l'Academie Royale des Sciences* 1710. *Part.* 1, *pag.* 57. *ſeqq.* ubi de confectione et depuratione illius Gummi ubertim. Junge his D. Godfredi Junioris obſervation. de Gummo Laccae, quae reperitur in *Actis Phyſico-Medic. Acad Caeſareae Vol.* 3. *in Appendic. pag.* 60. quaeque etiam extat in allegat. *Hiſtoir. de l'Academie* 1714. *pag.* 156. Antequam amoenam hanc materiam

vel Ante diem, ut interpretatur Simeon Bosius Commentariis in epist. 1. ad Atticum.

CAPUT XIV.

Oeconomia cursus publici, seu ratio mittendarum epistolarum.

QUONIAM res gravissime solent epistolis commendari, pro iis ultro citro mittendis celeriter ac tuto, excogitata ratio est; de qua, quia hucusque quod sciam non est omnino in lucem protracta, et maxime facit ad rem scriptoriam, duxi necessario mihi esse tractandum. Igitur ad eam rem variae excogitatae sunt artes. Nuntii pedites, equites, curules, navales.

De pedestribus nuntiis, exemplo sunt Heraclitus, Indacus, et Philippides, homines velocissimi cursus, apud Suidam: adeoque ipse deorum nuntius Hermes seu Mercurius, qui ad velocitatem talaribus uti fingitur; et Ladas, quem Solinus cap. VI. scribit, inter currendum ne vestigia quidem arenae impressisse. Anistius item Lacon et Phi-

riam dimittamus, vel verbo aliquid de superscriptione epistolarum monendum erit, nimirum et apud veteres etsi rarius, attamen ejusmodi superscriptionem occurrere, cujus exemplum protulit Lipsius de *Instit. Epist. c.* 4. ex Plutarcho in Dione, ubi inter plures epistolas quae adlatae, *μία δ' ἦν*, inquit, *ἔξωθεν ἐπιγεγραμμένη, τῷ πατρὶ παρ' Ἱππαρίνου. Una erat exterius inscripta Patri ab Hipparino.* Nobis jam adjectis titulis omnibus superscriptio est usurpanda ob morem receptum, nomine etiam et loco ad quem dirigatur, ob ignotos tabellarios. De apertura literarum dolosa et quid juris circa illam pulchre J. Langlaeus egit in *Semestribus* et Cl. Barbeyracc. ad *Pufendorf. major. lib.* IV. *c.* 1. §. 18. *not.* 2. *pag.* 448.

Philonides, Alexandri Magni cursores, a Sycione Elin usque mille ducenta stadia uno die transierunt. O Graeca fides! Est item de pedestribus cursoribus facetum illud Vespasiani responsum apud Suetonium: * Vespasianus enim *Classia-*

* *Cap.* 8. *num.* 8. Calcearii etiam meminit Ulpianus in *L.* 21. *D. de Alim. et cibar.* notatque donativum in calceos, quos commeantes consumunt. Fuit autem cursorum duplex ut videtur officium, aut praecurrere et praecedere Imperatorum aut Procerum carrucam aut equum ad pompam, ut hodie solet fieri, Martial. III. 36. et III. 36. *Succinctus neque cursor antecedit* Suet. in *Tito Fl. Vespas. c.* 9. *n.* 2. vel praenunciare et epistolas perferre, Tacitus *Agric.* XLIII. 5. *per dispositos cursores nunciata constabat* et Sueton. in *Nerone c.* 49. *n.* 2. Plinius *lib.* VII. *Epist.* 12. signanter cursorem pro tabellario accipit, *viaticum*, inquit, *reddas, quod impendi data opera cursore dimisso.* Servos vero plerumque cursores fuisse docebit Paulus in *L.* 99. §. *ult. D. de Legat.* III. Quaerit ibi Paulus, si alii vernae, alii cursores servi legati fuerint, et unus verna cursorque fuerit, cui debeatur, an illi cui vernae, an alii, cui cursores sint legati; mox respondet, hunc cursoribus cedere, et in eorum numero censeri. vid. ad h. l. G. Pancirolus *lib.* II. *Var. lect. c.* 80. et Pignor. de *Serv. p.* 288. Bulenger. de *Imper. Rom. lib.* VI. *c.* 27. De velocissimo cursore Philippide, Athenis Lacedaemonem bidui spatio 1150. stadia cucurrisse, tradit Suidas in φιλιππίδης. Philonides Alexandri M. cursor a Sycione ad Helim uno die 1200 stadia cucurrisse dicitur, Solinus *Polyhistor. c.* 6. Exempla incredibilis celeritatis in dimetiendis itineribus remotissimis invenies apud Sueton. in *Jul. c.* 57. et *Julio Caesar. lib.* I. *de Bell. Gall. c.* 7. Valer. Max. *lib.* V. *c.* 5. Plin. *lib.* VII. *c.* 5. et Casaubon. ad *Strabonem lib.* I. ducenta vel trecenta stadia iter unius diei esse apud Herodotum aliosque probat. Num vero certa cursus mensura cursoribus illis fuerit praescripta in Jure, quaestio est. Fateor mihi non liquere, et si quid ea in re statuendum foret, viginti quinque millia passuum Geometricorum, quemadmodum unius diei iter defini-

rios qui ab Hostia et Puteolis Romam pedibus cursitant, petentes constitui sibi aliquid calcearii nomine; quasi parum esset sine responso abegisse, jussit post haec excalcatos cursitare; et ex eo ita cursitant.

De equestribus cursoribus, Martialis XII. *Epigr.* 14.

Parcius utaris, moneo, rapiente veredo.

Ausonius *Epist.* VIII. *vs.* 7.

Vel celerem mannum, vel ruptum terga veredum.

Isidorus vero ait, *Veredos dictos, quod currant per publicas vias, per quas rhedis etiam curri est solitum.* Et Graecis sane equi veredi, a cursu, Dromanarii, ut etiam Cassiodorus eos vocat lib. IV. Variar. qui ibidem eos quoque appellat *equos cursuales*, epistola ad Godiscalcum Sajonem. Jurisconsultis dicuntur subinde Paravedi, et Parangari. * Quemadmodum

finiverunt JCti illis praescriberem, vid. *L.* 2. §. 3. *D. Quis ordo in bon. poss. L.* 1. *D. Si quis caut. jud. sist.* et *L.* 3. *D. de Verb. Signif.*

* Equi cursuales occurrunt in *L.* 64. *C. Th. de Cursib. publ.* et apud Cassiodor. *Varior.* IV. 47. Legatorum nostrorum suggestione, comperimus *cursuales equos frequenti usurpatione fatigari*, vide Bergierium de *Viis militar.* IV. *Sect.* 10. §. 1. 2. ibique Henninium. Erat autem publicus hic cursus ad literas perferendas, et ut interrogari quoque possent, si quid res exigerent. Inde etiam *cursus fiscalis* vocatur apud Spartianum in *Hadriano c.* 7. Hinc ad illum curam suam extendit Augustus, Sueton. in *Aug. c.* 49. Trajanus, *Aurel. Vict. c.* 13. De Antonino scribit Capitolinus vehicularium cursum summa diligentia eum sublevasse. Severum Spartianus tradit, vehicularium munus ad fiscum traduxisse. Haec quoad originem, de qua ita statuit, Auctoribus illis mirum dissentientibus, perdoctus Cod. Th. interpres Jac. Gothofred. ad *L.* 1. *C. Th. de Curs. publ.* Augustum primum vehicularium cursum instituisse, Trajanum

modum a quodam cursore Palladio, equi Palladii sint nominati. *Is enim*, auctore Cassiodoro lib. XIV. Histor. sacrae, *tanta velocitate veredos egit temporibus Theodosii, ut tribus diebus veniret ad terminos Persarum et Romanorum, et rursus totidem remearet ad Constantinopolim.*

Curribus usos subinde esse cursores, testes sunt, Isidorus supra citatus de Rhedis, Julianus qui sic in epistolis scribit: *Ducet te publico cursu uno utentem vehiculo.* Suetonius in Augusto c. L. *Juvenes primo modicis intervallis, dehinc vehicula disposuit.* Herodianus lib. II. *Commilitones ingenti studio vehicula urgebant, quasi Macrino adhuc rerum potiente, de magnis rebus mitterentur.* *

I 5 De

num vero *statum* id est, publicum et fiscalem fecisse, ne amplius Magistratus onere derepente animalia et cursum accurandi gravarentur, sic ut tempore Trajani statis vehiculis ex fisco praestarentur onera. Verum et Augustum fecisse statum seu perpetuam stationem juvenum et vehiculorum ex loco Suetonii patere videtur, et forsan omni disputatione rectius caremus, apud Spartian. in *Hadr.* pro *instituit* legendo, *restituit*, quasi qui a molestia tantum curandi animalia liberavit magistratus municipales, certo magistratu hisce cursibus curandis et moderandis, ut Curialibus, de quibus est in *L.* 26. 35. 51. 61. *de Curs. publ.* praeposito. Tandem nec soli equi, qui et *Parrhippi* in *l.* 14. 22. et reliquis *eod.* et *avertarii* in *l.* 22. *eod.* dicuntur, cursui publico inserviebant; sed et *asini l.* 38. et 41. *Boves l.* 1. 11. et 55. hoc patet ex eo, quod agriculturae inservientem bovem ad cursum abstrahere non licuerit *d. l.* 1. denique *mulae l.* 8. 53. unde *muliones* et *mulomedici l.* 31. 34. *eod. Pecora* denique *l.* 3. *eod. l.* 9. *de Re mil.* de quibus Jac. Gothofr. *d. tit. C. Th. in Paratit.*

* Duae species cursus publici fuerunt, vel velox cursus cui equi inserviebant, ferendis hominibus, qui proprie veredi

De navigiis curſorum, Sidonius Apollinaris: *Typhin curſoriam navim conſcendi.* Seneca epiſt. LXXVIII. *Tabellarias naves* vocat, quae adventum vicinae jam claſſis praenuntiabant.

Haecce quadruplex curſorum uſurpatio, vocata *curſus publicus*. Item *caballatio* lib. XII. Cod. titul. de annona militari. *Curſus fiſcalis*, quod ejus cautio ad quaeſtorem fiſci pertineret, in Hadriano Lamprid. *Curſus clavicularis*, apud Ammianum lib. XX. et leg. II. et V. Cod. Theod. pro quo in Cod. Juſtinianaeo mendoſe legebatur *Ambularis curſus*, obſervante Cujacio, qui ait *Clavicularem*, ſeu *Clabularem* dici a clabula, quod eſt vehiculi genus. * Briſſonius in Calvini Lexico, fatetur neſcire ſe quid ſit Clavularis curſus; putatque non graviter aberraturum eum qui leget Caballarem curſum; nam et Caballicationes et Caballicatas legimus, inquit, apud Luitprandum in Hiſtoria ſuorum temporum. Turnebus lib. VI. Adverſ. c. XXXIV. Clavularem curſum vocat curſus publici genus, quod militibus caligatis concedebatur; eorum enim caligae erant clavulis confixae. Pa-

redi dicuntur, *Gothofr d. l.* inde *veredarii*, qui veredis utebantur, *veredaria* functio et *Paveredi*, Gothofred. *d. l.* ſarcinae vehiculis trahebantur, de quorum differentia et uſu multus eſt Jac. Gothofred. *d. l.* diverſa fuiſſe docens redam, currum, birotam, clabulam.

* *Clabula* unde *clabulare l.* 2. *C. Th. de Curioſ.* et *clabularis curſus. d. l.* 2. *et* 5. *eod. l.* 26. *de Curſ. publ.* eſt genus vehiculi, quod bina boum paria vel quatuor boum protelo ducebatur *l.* 5. *C. Th. de Curioſ.* His mille quinquaginta pondo imponebant *l.* 28. 30. et ſeparatur a curſu veloci in *l.* 62. et curſu et reda curſuali in *l.* 9. *C. Th. de Leg.* Plura Gothofred. ad *L.* 15. *d. Curſ. publ.*

Parangaria apud Persas, quia Angari Persis nuntii, auctore Lazio; qui id habet ex Suida. Hoc publico cursu primis temporibus soli Magistratus utebantur: * neque poterant Tabelliones operam dare perferendis sarcinulis aut literis vulgi. Ita persuadeor, quia apud Cassiodorum lib. VI. Theodoricus Rex epistola ad Godiscalcum prohibet cursoribus *plures res uno simul cursu peragere. Nullum*, inquit, *praeterea Sajonum discursus facere patiaris, sed ad caussam ad quam directus fuerit, uno tantum itinere permittatur accedere, vel redire*, et paulo superius: *Nostrorum suggestione comperimus cursuales equos frequenti usurpatione fatigari.* Docet autem eam sententiam clarissime Joannes Corass. lib. I. Miscell. Juris civil. cap. XI. *Solis Imperatoribus licebat uti veredariis in epistolis transuehendis: aliis tantum impetrata facultate, quam vocant Tractoriam.* Et certa omnino res est; nam nec Ecclesiastici iis uti poterant, sed nuntiis tantum Ecclesiasticis. Verba sunt D. Ignatii epistol. XI. *Decet, beatissime Polycarpe, concilium cogere sacrosanctum;*

* Angariae neque Graecum neque Latinum est, sed origine vocabulum Persicum: lingua enim Persica angari sunt nuntii publici et cursores, ut tradit Hesychius. Alias parangaria notat transitum per viam transversam, *Basilic. lib.* LVI. *tit.* 18. *c.* 11. hasque vias omnes Provinciales praestare debent, cum ad expeditionem Imperator per loca, qua iter accipit, proficiscitur *L.* 11. *C. de Sacrosanct. eccles.* Ex ambiguo hoc vocis Angariae significatu belle componit Gutherius *lib.* III. *de Offic. dom. Aug. c.* 14. *pag. m.* 634. interpretum dissidia Angariarum cursum personale munus esse perhibens; angariarum vero praestationem per vias scilicet transversas munus esse personale perhibens; Plura de angariis dabit Jacob. Gothofr. ad *L.* 4. *C. Th. de Curs. publ.* Schefferus de *Re vehiculari lib.* II. *c.* 20. et singular. Differt. in *Thesaur. Theolog. Philolog.*

ctum; et eligere, si quem habetis, qui posset divinus cursor appellari. Quibus gemina sunt illa D. Cypriani, epist. XXIV. *Quoniam oportuit me per clericos scribere*, etc. *Necesse fuit novos aliquos constituere, qui mitterentur*, et ritum hunc alibi observavit Cardinalis Baronius Tomo I. Annal. Eccl.

Igitur populo cursus publici copia fiebat per facultatem Tractoriam *; quae (ut eam definivit Caelius lib. XXI. cap. XXIV.) *est licentia utendi equis publicis cursorum.* Dabatur porro haec licentia scriptis *tabellis testimonialibus*, ut Vegetius loquitur libro II. cap. III. † a quibus cursores invenerunt nomen Tabellionum et Tabellariorum. Communius vero eae tabellae apud Scriptores vocantur diplomata, hoc est duplices tabellae. Cicero lib. X. ad Atticum: *De diplomate admiraris?* etc. *Ego autem, quia scripseras te proficisci cogitare (etenim audieram nemini aliter licere) eo te habere censebam, et quia pueris diploma sumpseras.* Capitolinus in Pertinace: *Praefectus cohortis a M. Aurelio Imperatore*, etc. *Quod sine diplomate cursum usurpaverat, ab Antiochia ad legatum suum ire coactus est.* Et recte Capitolinus de poena non accepti diplomatis: nam

* Tractoriae seu Tracturiae sunt evectionum species, quae (missis seu evocatis per literas evocatorias, de quibus Sirmondus ad *Sidonium lib.* VIII. *epist.* 12. Cassiodor. *lib.* VII. *Variar.* 34. 35.) et cursu publico utentibus dabantur a Principe, assignatis stativis seu diversoriis et mansionibus, quibus sumptu publico excipiebantur, *L.* I. *C. de Tractor. et stativ.* Elegans harum formula extat apud Marculphum *lib.* I. *Formular. c.* II. ubi vide Bignonium.

† De testimonialibus varii generis multa docte adnotavit Jac. Gothofredus ad *Tit. Cod. Theodosian. de Testimonialibus.*

nam et graviſſimam eam fuiſſe docet Caſſiodorus lib. v. his verbis: *Excedentium improbam praeſumptionem tali te praecipimus diſtrictione reſecare, ut ſive Gothus ſit aut Romanus, qui ſine noſtra aut eorum quorum intereſt evectione, veredum praeſumit attingere per unum equum, centum ſtatim ſolidos a te cogatur exſolvere. Et de illis pari quoque ſeveritate cenſemus, qui ſupra evectionum numerum curſuales equos uſurpare praeſumunt.* Haec igitur ineunda erat ratio: accipiendum a Principe aut Praefecto fiſci diploma: hoc oſtenſo, parochi apud quos per viam diſpoſiti ſtabulabantur equi, ſtatim novos equos recentesque ſuppeditabant ad conficiendum curſum; ut tradit Lazius lib. II. de Repub. cap. XIV. et haec erat auctoritas publica, ſine qua nemini licebat uti publico curſu, aut eſſe Tabellario. Ad haec autem omnia rite obſervanda, talis fuit inſtituta Oeconomia. *

Praece-

* Diplomata ἀπὸ τοῦ διπλοῦ vel a duplo, quod in charta duplicata ſcriberentur, unde et rectius duploma ſcribitur. Charta conglutinabatur, ut firmior et durabilior eſſet. De ſubſcriptione eorum varia adnotavit Pancirolus *lib.* I. *Var. lect. c.* 18. Budaeus ad *L.* 5. *D. ad Leg. Corn.* 27. *de Falſ.* vocat illa *literas patentes.* Qui autem falſo duplomate utebatur graviſſima poena adficiebatur *d. l.* 27. Attamen diebus ac noctibus omni tempeſtate contempta iter duplomate facere haud neceſſe erat, *L.* 137. §. 2. *D. de Verb. Obl.* Meminit eorum ſaepius Plinius Junior *lib.* x. *Epiſt.* 14. 54. 121. 122. Tranſiit poſtea vox *duploma* ad omnes fere Principum literas, Caſaubon. *ad Sueton. Aug. c.* 1. et ante eum V. Maurus ad *lib.* II. *Hiſt. Taciti c.* 54. quem citat Buchnerus ad *d. Ep.* 14. *Plinii.* Ceterum duplomata haec dicuntur etiam Evectiones, ſynthemata, Tractatoriae, Evocatoriae, et combinae, quae omnia generali nomine *duplomata* dicuntur, vide Gutherium de *Offic. dom. Aug. lib.* III. *c.* 15.

Praeerat cursoribus omnibus Praefectus fisci, quem corrupto saeculo vocarunt *Curiosum*, quod curam gereret cursus publici, et ad Curiam nuntios omnes referret, auctore Lazio; cujus meminit etiam Tertullianus lib. De fuga, cap. XIII. quem in locum Pamelius ex Notitia Orientis et Occidentis scribit, *sub Magistro Officiorum, Curiosum cursus publici fuisse unum; et Curiosos, per omnes provincias.* Extat item Titulus de Curiosis et Stationariis lib. XII. Cod. Justinianaei, et Titulus X. libro XII. Theodosiani. Porro quem illi Curiosum olim, nos nunc appellamus Magistrum generalem Postarum: Graeci eleganter, Λογοθέτεν, καὶ Φροντιςὲν τȣ̃ δρόμου. Hinc generali Magistro, seu fisci Praefecto, suberant alii minoris auctoritatis, per singulas provincias distributi, quos Theodoricus Rex in epistolis suis apud Cassiodorum vocat Saiones. Hi Saiones rursum per certa viarum intervalla stabulis singulis assignabant suos Hippocomos seu Parochos. Sunt autem Parochi, ii qui salem, et ligna, et cetera praebere debebant proficiscentibus pro Repub. ait Prophyrio ad illud Horatii: *et parochi, qui debent ligna salemque.* Nam et equos, et foenum, et annonam curabant; cursores fatigatos hospitio accipiebant; recentes recentibus equis imponebant. Hippocomi vero nomen habetur Leg. *Non patimur;* lib. XII. Codicis. Jam denique Cursores non poterant hipposperas suas (ut Seneca loquitur) implere onere majori quam centum librarum, ex constitutione Theodorici apud Cassiodorum lib. IV.* Ta-

* Magistratus cursus publici curam gerens erat primarius

Talis erat majoribus noſtris in curſu politia: quae quando primum obſervari coepta, non ſatis conſtat. Xenophon libro IV. Paediae narrat Cyrum, captandis orbe toto rumoribus, diurni itineris intercapedine ſtabula conſtituiſſe, et equorum curatores, certosque homines, qui literas eo perlatas inde ad proximum ſtabulum deferrent, ex quo ad vicinum denuo tranferrentur; neque ullum hoc Rege anteriorem invenio. Quare exiſtimo ab aliis, quibus ea inventio tribuitur, forte curſus rationem factam tantum fuiſſe magis expeditam, ut a Xerxe, quod ſcribit Herodotus lib. VIII. in Uran. Ab Auguſto, quod ſcribit Tranquillus: nam de ſe ipſo ſcribit Julius Caeſar libro III. qui Auguſtum praeceſſit: *Niſi nuntii de victoria Caeſaris per diſpoſitos equites eſſent allati.* De aliis item ante Caeſarem Dictatorem, Livius Decad. IV. lib. VII. *Titus Sempronius per diſpoſitos equos prope incredibili celeritate, die tertio ab Amphiſſa Pellam pervenit.* Decad. V. lib. II. *Legati qui repente aliquo mitterentur, ſingula jumenta per oppida qua iter faciendum erat, imperabant.* Decad. III. lib. VI. *Tragillanus nuntius, diem noctemque itinere continuato.* Ergo ante utrumque Caeſarem Romae Curſus publicus notus; et poſt utrumque non adeo

rius praefectus praetorio *L.* 2. 4, *C. Th. de Curſ. publ.* et Gothofr. in *Paratit.* Magiſtri equitum et peditum *L.* 30. *eod.* Magiſter officiorum *L.* 8. 9. *eod* Caſſiodor. *lib.* V. *Var.* 5. Proconſules,. Rectores provinciarum *L.* 4. *eod. L.* 5. *C. Th. de div. Offic.* Symmachus *lib* II. *Epiſt.* 27. et Curiales *L.* 64. *eod.* Curioſi ſunt qui curſus publici ſollitudinem gerunt, ne quis ſine duplomate iter faceret, aut modum evectionis excederet *L.* 2. 6. 8. 9. *C. Th. de Curioſ.* ibique Gothofred. J. Gutherius *d. l. c.* 13. *pag.* 626.

adeo neglectus: servatus sub Macrino, ut Herodianus lib. II. sub Constantio, ut Ammianus extremo libro XXI. sub Constantino, ut in ejus Vita Eusebius; sub Zenone, sub Anastasio, ut Cassiodorus lib. v. Variar. instauratus denique perfectissime sub Maximiliano Imperatore, ut in ejus Vita.

Jam obiter de Cursorum nominibus et cultu, hoc observo. Persae vocarunt eos *Angaros* et *Astandas*, auctore Suida. Prior vox etiam integra ad Graecos transiit. Eustathius in Aelio Dionys. Ἄγγαροι sunt οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι: *qui ex successione literas perferunt*. Poterant autem hi, inquit Stephanus, obvios quosque viatores, aut etiam eorum equos vel naves ad usus suos derivare, sicut etiamnum possunt Zausii seu Postae Turcarum; quando ita res ferunt. * Id quod apud nos non fit ab ipsis Postis seu Cursoribus, sed jure cujusdam vectigalis quod ἀγγαρεία vocatur, inquit Brissonius De signific. verb. quo certi aliqui cogi possunt ad praestandos angaros ipsi Reipublicae, quan-

* Hoc jure adhuc hodie in plerisque Provinciis utimur. Alia sunt haud spernenda Postarum Jura e. g. quod contra vim externam specialiter muniantur, vectigalibus eximantur, noctu adventantibus illis portae aperiantur, commodiores vias quaerere possint, nec via regia haud raro corrupta uti necesse habeant, de quibus late Zieglerus de *Jure Majest. lib.* II. *c.* 18. Cultus etiam Aurigarum in vestimentis hodie solet esse singularis a territorii domino praescriptus. Pariter et cornicula et schedula debent esse instructi, ut redae obviam sibi occurrentes e medio viae angustae decedere possint, Feltman. de *currib. sibi obviis*, vel ut facilius, audito sono corniculae, recentes equi parentur, ut Auctor noster. *pag. sequ. in fine.* observat.

quando eſt uſus. De quo vectigali Pandectae lib. I. de Vacat. et excuſation. muner. et Herodotus libro VIII. Latine vulgo *curſores* vocantur, Martialis: *

Curſorem ſexta tibi Rufe remiſimus hora.

Tabellarii et *Tabelliones* paſſim; ſicut et *Veredarii.* † Olim vero *Gerones* a gerendis epiſtolis: apud Feſtum, et *Bruttiani gerones.* In quae verba Joſephus Scaliger: *Haec eſt prima noſtra conjectura de Bruttianis. Sed ut ingenue fateamur, putamus potius dictos, quia gerones literarum, et publici curſores erant.* Scribit vero Gellius lib. x. cap. III. *Bruttios Italiae populos primos deſciviſſe ad Hannibalem; eoque Italia depulſo, eos ſemper a Romanis habitos pro ſervis et apparitoribus; et per contemptum vocatos Bruttianos.*

Caſaubonus in Notis Suetonii ¶, ubi de *Claſſiariis* Veſpaſiani: *Claſſiarii, non iidem qui Dromonarii, ſed omnino ſimiles tamen.*

Mittendarii. * In epiſtola Theodorici Regis apud

* *Lib.* III. *Epigr.* 100. Ex hoc loco non invenuſte confirmatur Suetonius de Auguſto ſcribens, horarum momenta literis illum addidiſſe. Videtur enim veteres vel ad curſorum velocitatem explorandam haec adjeciſſe, hinc et ipſam tempeſtatem, qua nuntios remiſerant, plerumque adſcripſiſſe videntur, Martial. *d. l.*

Imbribus immodicis coelum nam forte ruebat.

Nihil tamen hic definio.

† De Veredariis et eorum ſchola vid. J. Gutherius de *Offic. dom. Aug. lib.* II. *c.* 14. *p.* 403.

¶ Ad Sueton. Veſpaſian. *c.* 8.

* Mittendarii in aula Principis dicebantur, qui in Pro-

Cassiodorum libro IV. *Expeditos properare mittendarios volumus.*

Postae, quod certis locis positi ad mutandos equos. Eorum habitus olim erat singularis. Scribit Budaeus eos gessisse quoddam insigne, quod ipse armillam vocat: *Nostrates caduceatores*, inquit; *spinthere utuntur quae armilla dici potest: Blasonum lingua vernacula vacant.* Nescio quid velit Budaeus, nisi dicat scutulum aereum aut argenteum, cui gerunt insculptum urbis ex qua veniunt insigne, quod juxta sinistrum humerum in pectore suspendunt. Nostrates vero cursores praeterea lituum gerunt e cornu bubulo, cujus cantu praenuntiant adventum suum; ut interea temporis recentes equi apparentur. * Gerunt et scuticam

vincias mittebantur, ut essent in officiis magistratuum *L.* 3. *et L. placuit.*8. *C. de Palat. sacr. larg.* Milites erant apud praefectum praetorio 50. qui in provincias dirigebantur, et sicut nuntii erant et actionum ipsorum inspectores, G. Pancirolus *lib.* II. *Var. lect. c.* 188. *p.* 370. J. Gutherius *lib.* II. *de Offic. dom. Aug. c.* 14. *pag.* 402.

* De Postis nostris modernis et Jure earum singularem libellum scripsit Hornickius Anno 1690. Francofurti. Juvabit tamen curiositatis causa praetermissa ab illo hic addere, et pauca illustrationis causa adjicere. Cujacius noster *lib.* XXIV. *Observ. c.* 19. ab Apostolis, literis appellationis seu provocationis ludibundus Postas derivat. Suaviter autem errat, et rectius vox illa novi inventi et Italorum esse dicitur, a ponere et positio. Innotuisse vocem jam Anno 1232. ex charta Honorii III. P. P. apud *Ughellum in Episcopis Senogalliensibus* probat Du Fresne. Originem Postarum curiose Schilterus *Exercit. ad D.* XLVII. §. 39. in legibus Longobardorum et capitularibus Imperatoris Caroli M. esse quaerendam adnotavit. Sic autem

cam capulo cavo et fistulato, quo veluti per ca-
K 2 nalem,

tem *lib.* III. *LL. Longob. tit.* 5. *c.* 3. *Sicut consuetudo fuit, Sigilla et epistolas prendere, vel porturas custodire, ita nunc sit factum.* Transiit lex illa in Capitularia Caroli M. et Pipini; incongruo tamen loco a compilatoribus LL. Longob. cum tabulariis, chartariis, cerariis, et libellariis constitutionem illam esse conjunctam observat Schilter. Deceperunt illos, si cum Schiltero rem velis explicare sine dubio, voces *libellarii*, *chartularii*, *tabularii*. Et quis emunctioris naris, nisi medii aevi et Juris feudalis peritus, per libellarios hoc loco tributarios ecclesiae, qui per chartam ab ecclesia manumissi, censum, ceram aliaque praestabant, intelligere posset? Necdum tamen Schilteri dissensus, quem illaudato Du Fresne ab eo mutuatus est, me movet, sententiam meam de Cerariis supra *pag.* 74. propositam ut revocem, vel interpretatione emolliam; immo magis me confirmat hic locus, cerarios fuisse servos vel libertos, qui sigilla literis inponebant, quo sensu et apud Ciceronem *Act.* V. *in Verrem.* vox illa jam occurrit, ipso Schiltero teste, *d. l. not. a.* Demus hoc Spelmanno, vel ipsam fuisse pecuniam pro Sigillis datam. Adeo ineptos fuisse collectores LL. Longobardorum, ut manifesta illa officiorum discrimina haud animadverterent, absit credamus. Qui denique idoneus mihi sponsor erit, libellarios, largiamur, ecclesiae, non fuisse eosdem nuntios? Certe si salva velimus servare omnia, expedita erit responsio, si dicas, libellariorum ecclesiae munus fuisse epistolas prendere et porturas custodire, ut barbare loquar. Sic omnia sarta tecta. Denique nihil minus quam Postarum originem ex d. l. derivari posse contra Schilterum existimo: libellarii enim illi potius sunt nuntii pedestres, quales in medio aevo habebat quilibet pagus vel civitas. Longe vero aliud est Postarum institutum, ad homines, res et literas publica auctoritate publicisque inpensis vehenda, ordinatum. Nec est quod opponas, olim hoc institutum fuisse publicum, cum legibus publicis fuerit circumvallatum: prona enim erit responsio: leges intuitu privatorum latas, non demonstrare, rem, de qua in illis cavetur, fuisse publici Juris. Haec de Postis contra Schilterum, qui belle vocem *prendere* id est, recipere et colligere cum Jure prohi-

nalem, ne exſcendere cogantur, derivant urinam. Olim pinnas in capite geſtabant, teſte Dione Caſſio; idque etiam velut quidam commentator obſervat ad illud Juvenalis Satyra IV.

Anxia praecipiti veniſſet epiſtola penna.

Et hinc Πτεροφόροις Graeci curſores vocarunt; ut Dionyſius Halicarnaſſ. et Plutarchus in Othone. Mos ductus forte a Mercurii Deorum nuntii exemplo; quem non ſolum ita depingere audent, verum etiam inter Poëtas Plautus ita loqui facit Prologo ſuae Amphitruonis: *vs.* 143.

Ego has habebo hucusque in petaſo pinnulas.

Quo loco ita Lambinus: Pinnulas, id eſt, pennulas. Pictores enim non ſolum in pedibus, verum etiam capite, pennas tribuebant Mercurio. Arnobius lib. VI. *Mercurius pinnatus.* Auguſtinus lib. VII. De civit. *Ideo alas Mercurio in pedibus et capite ponunt*, etc. Apulejus lib. X. De Aſino: *Inter comas ejus aureae pinnulae.* Et forte huc Cicero adſpexit, cum Tabellarios *Pegaſos* appellavit. Certe

bendi; *Sigillos* i. e. vaſcula ſeu ciſtae ſigillatae, vulgo *paquets*, et *porturas* i. e. viae regiae, d. l. explicat. Ceterum Poſtarum originem cum Hornickio de *Jure Poſtar. c.* I. *ſeq.* a Cyro repetere, de quo Xenophon. *lib.* VIII. *Cyropaed. pag.* 232. minus conſultum erit, cum res a communi aliqua ratione dependet. Elegantius forſan cum Buſſierio *lib.* XIII. *c.* 22. *pag.* 74. *Hiſtor. Franc.* Ludovico XI. Galliae Regi inventum Poſtarum tribuamus, non tamen ut rem novam, ſed ut renovatam potius. Hodie Jus Poſtarum in Germania competit Imperatori vi reſervatorum, *Capitul. Joſephi art.* 34. vel Statibus imperii vi ſuperioritatis territorialis, vide venerabilem ſenem et cognatum meum G. Schweder *Introd. in Jus publ. Sect.* I. *c.* 18. §. 9. et quae late ex Hornickio allegato excerpſit G. G. Titius in *Jure Priv. Rom. Germ. lib.* X. *c.* 10. §. 9. 10. 11. *ſequent.*

Certe Aelius Verus Imperator cursoribus pennatas alas imposuit; et variis eos ventorum nominibus appellavit pro cursus pernicitate, ut Spartianus scribit in ejus Vita. * At o mores temporum

nostro-

* Potuissent hac observatione exornare scripta sua, qui vulgaria omnia de Mercurio ex professo congerere gestivere. Miror Cl. Ottonem in *Tractatu, de Tutela viarum public. p.* 1. *c.* 9. operose nimis de Mercurio cum Fulgentio *lib.* 1. *Mythologicôn* et Albrico aliisque agentem, nihil de *pennato* Mercurio adtulisse. Eleganter vero et praeclara multa de pennis capiti imponi solitis adnotavit Savaro ad *Sidonii Carmen* VII. Operae erit pretium addere his quae V. Cl. Fr. Hesselius in *Not. ad Inscript. Gudii pag.* 20. circa finem operis observavit ex libro Augustini de gemmis antiquis figuratis in parte altera *n.* 209. secundum editionem Gronovii, ubi: *in Jaspide fulva cernitur ut agitator Cupido pinnatus super currum binis frenatis delphinis trahentibus.* Sic Cupidinum et Amorum simulacra pinnata solent esse, et instar aurigarum alata. Signanter Aelius Spartianus in vita *Aelii Veri c.* 5. *Jam illa leviora, quod cursoribus suis exemplo Cupidinum alas frequenter adposuit eosque ventorum nominibus saepe vocitavit, Boream alium, alium Notum, et item Aquilonem aut Circium, ceterisque nominibus appellans et indefesse et inhumaniter faciens cursitare.* Ante Verum neminem aut suis aut publicis cursoribus apposuisse alas observat Casaubonus ad *d. l.* Spartiani, fuisse tamen militum πτεροφόρων, id est, pinnigerorum sive pinniraporum ordinem, quibus Imperatores et praesides provinciarum pro tabellariis cursoribusque utebantur, seque plura ad Suetonii secundum de his dixisse tradit; at locum invenire haud potui, videsis interim Lipsium de *Poliorc.* II. *dialog.* 2. Tandem cursores Imperatorum peculiari habitu fuisse ex Vopisco in Aureliano *c.* 49. probat: *Cursores eo habitu quo ipse habebat, Senatoribus concessit.* Olim Imperatorum cursores ingenui fuere, Alexander Severus autem servos cursores fecit, Lamprid. in *Alex. Seveco c.* 42. Videtur hic adludere Claudianus de *laud. Stilic.* II. *vs.* 356. *pennati amores.* Et sic etiam plerisque Deorum simulacris alas adfinxit vetustas, ex. gr. Victo-

nostrorum! Ita subinde cursores in reddendis literis socordes sunt et tardi, ut jam Mercurius alas amisisse videatur.

Galerus cursorum, *Petasus*, a lata extensione dictus, contra caeli injurias. Unde Suetonius Augustum cap. VIII. *petasatum* scribit solitum ambulare, nunc bardocucullis utuntur; imo et vaginis quibusdam laneis et specillis ad oculos contra arenarum volatum, et nares vultumque contra hybernum frigus vindicanda. *

Corona subinde redimiti currebant, cum laetos adferebant nuntios: ita apud Sophoclem Trachiniis Chorus viso nuntio fausta adferente Deianiram alloquitur:

Εὐφημίαν νῦν ἴσχ᾽, ἐπεὶ καταστεφῆ
Στείχονθ᾽ ὁρῶ τιν᾽ ἄνδρα πρὸς χαρὰν λόγων.

Cui geminus locus est apud Aristidem in Panathenaico. Illud vero facetissimum est vestimenti genus, quo Menippum Cynicum Inferorum nuntium indutum facit Suidas voce Φαιός: *Furiali habitu utebatur*, inquit, *et se ab inferis inspectorem esse*

Victoriae, Fidei, Famae, Ennius in *Fragm. pag* 302. *edit. Hesselianae.*

Fides alma apta pennis.

Plura erudite de pennis et alis Deorum Gentilium observavit Jo. Drusius *lib.* IV. *Observ. cap.* 19. Scribebatur olim *pinna* vel *penna* sine discrimine, Cl. Burman. ad *Quinctil. lib.* I. *Inst. Orat.* c. 4. *pag.* 413. et Cl. Cannegieter ad *Aviani Fab.* I. 12.

* De Mercurio petasato vid. E. Ottonem *d. l. pag.* 159. Peregrinantibus enim petaso et pileo ad pulverem solemque declinandum opus est praecipue, uti ex allegatis apud Cl. Ottonem et Fabretto ad *Columm. Trajan. cap.* 7. inprimis adparet.

esse delictorum missum, eaque illo renuntiaturum esse dicebat: fuit autem illa vestis pulli coloris ad talos usque demissa; astricta cingulo Persico: pileus Arcadicus in capite, duodecim elementa (Zodiaci signa) habens intexta: calcei Tragici, barba ingens, baculus in manu fraxineus.

CAPUT XV.

De occulta literarum missione.

DUPLICI artificio occultatae epistolae; clancularia missione, vel scriptione clandestina. * Missionis occultae isthaec fere sunt exempla; ordine per tabellam digesto, quam anonymus quidam adjunxit operibus Joannis a Porta Neapolitani: quam ego etiam exemplis aliquot nondum observatis augebo.

K 4 Occulta

* Scriptionem clandestinam seu arcanam scribendi rationem, quam steganographiam vocant, antiquissimam esse et cum ipsa scriptura vel paulo post illius inventionem coepisse certo certius videtur. Egerunt de hac arte Lud. Henr. Hillerus in *Mysterio artis Steganographicae novissimo Ulmae* 1682. 8. et ante hunc Jo. Baptist. Porta *de Furtivis literarum notis libr. v. in fol. Neapoli.* 1602. Verulamius *lib.* VI. *de Augment. Scient. c.* I. *pag.* 276. et novissime Jo. Sestri *Method: brevissima in omni lingua occulte scribendi, Romae* 1711, 4. Remedia contra mysticam hanc scribendi artem invenies apud Erasmum Franciscum in libro: Lustige Schaubühne. Nostra aetate in arte illa decifratoria excelluit Jo. Wallisius Mathematicus Oxoniensis, de quo vide *Acta Eruditor. Ann.* 1713. *pag.* 398.

Occulta fit epistolarum missio triplici modo: vel

- Ratione materiae occultae cui includuntur vel inscribuntur epistolae,
  - lignum
    - Excavatione viridis corticis.
    - Excavatione sicci ligni, ejusque iterata oppletione.
  - ovum.
  - marmor.
  - pomum, in quo
    - scriptura incisa.
    - charta inclusa.
  - panis.
  - placenta.
  - lepus exenteratus.
  - fasciae pectorales.
  - thorax. calceus. baltheus.
  - vaginae.
  - cutis humana.
  - caput nuntiorum sub capillis.
  - candela cerea.
  - tabella nova, mox cera oppleta.
  - viscera canis.
  - scytale.
  - fungus.
- Tabellarii occulti tecta veste,
  - venatoris.
  - mendici.
  - animantis alicujus.
- tecta ratione itineris,
  - terra, per canem.
  - mari
    - per urinatores.
    - per milites vectos utribus.
  - aëre
    - per sagittas
      - literis inciso telo.
      - epistolis telo alligatis.
    - per aves
      - columbas.
      - hirundines.
      - cornices.

Singu-

Singulorum vero membrorum istae sunt historiae:

Viridi cortice introrsum excavato, quantum ad epistolam abdendam satis est, occuluntur ita literae intra arbores, ut successu temporis cortex denuo cum reliqua arbore concrescat. Cardan. De variet. rerum lib. XII. cap. LXI. ex Theophrasto.

Intra siccas tabellas aliquantulum excavatas, et glutine denuo compactas, secretissime possunt literae abscondi. Joannes a Porta libro II. De Notis, cap. XXI.

Ovo perforato, et rursum occluso agglutinatione chartae; glutine confecto ex albumine oui, cerussa et cera. A Porta ibidem.

In marmore fracto, partibus iterum junctis, ibid.

Pomo inscriptae literae, ab Acontio, ut Cydippen deciperet:

Juro tibi sacrae per mystica sacra Dianae,
Me tibi venturam comitem sponsamque futuram. *

Pomo includi possunt epistolae parvo facto hiatu, qui mox suapte sponte claudatur.

Pani incoxit codicillos arbitrariis notis scriptos Laurentius Medices Florentinae Reipub. Princeps; et per nobilem quemdam mendici habitu tectum, misit ad Regem Ferdinandum Neapolitan. iisque eum de filii salute certum faciebat. Brutus lib. VIII. Hist. Florent.

Placentae plumbeam epistolam inseruit Polycrete capta a Drogneto Duce Erythraeorum, misitque ad fratres suos. Polyaenus lib. VIII.

Lepori inclusit epistolam Harpagus ad Regem Cy-

* Clarius Ovid. III. *Trist. El.* XI. *vs.* 73.
Poma negat regio: nec haberet Acontius, in quo
Scriberet hic dominae verba legenda sua.

Cyrum, qua eum excitavit ad oppugnandos Medos. Polyaenus lib. VIII. Herodotus libro I. et Justinus. *

Fasciis pectoralibus abdi posse, indicat Ovidius: †

Conscia cum possit scriptas portare tabellas
Quas tegat in tepido fascia lata sinu.

Calceis. Ibidem: ¶

Cum possit solea chartas celare ligatas,
Et vincto blandas sub pede ferre notas.

In *Calceo* item e ramis arboris appenso, Joannes Novius a Lusitano Rege Calecutum missus, literas invenit Petri Atardaei admonentis Lusitanos omnes, ut Calecutanum portum declinarent ob Regis perfidiam. Osorius lib. II. Emanuel.

Thorace Tabellariorum abdidit epistolas suas Andronicus senior ad Cralem Sueviae Praefectum. Gregoras lib. IX.

Baltheo abdidit transfuga quidam qui a Campanis per Romanorum castra veniebat ad Poenos. Fron-

* Eo adludit Frontinus *lib.* III. *Strategem. c.* 13. *Venationi quoque*, scribens, *et pecoribus quidam insuerunt literas, membranis mandatas.* De epistola exinterato lepori inclusa, vide Justinum *lib.* I. *c.* 5. *n.* 10.

† *Lib.* II. *Art. amat. vs.* 622. ubi ὁ πάνυ P. Burmannus Turpilii locum apud Nonium in *Strophium* addit. *Me miseram, quid agam? inter vias epistola excidit mihi, infelix inter tunicam ac strophium collocaveram* et Ovid. *Epist.* XXI. *vs.* 26.

Et tegitur tepido litera cauta sinu.

et mox citat Georg. Longolium de *Annul. c.* 8.

¶ Idem ibid. *v.* 624.

Frontinus lib. III. cap. XIII. *

Vaginarum interiora a quibusdam fuisse inscripta narrat Frontinus lib. III. cap. XIII. et Marcellin. Ammian. lib. XVIII. *c.* 6.

Cutis humana quomodo pro epistola esse possit, docet Ovidius: †

Hoc caveat custos: pro charta conscia tergum
Praebeat, inque suo corpora verba ferat.

De quo ritu late infra, ubi de Notis encausticis.

Capiti humano sub capillis inscriptae literae, ab Histyaeo Milesio, qui mancipio suo aegro, facta curationis spe, capillos rasit, et capiti ejus stigmata inscripsit; itaque postquam crines excrevissent, ad Aristagoram misit, hoc dato imperio, ut ad reliquam sui curationem se raderet. Rasit mancipium Aristagoras, et capiti ejus inscriptam reperit hanc sententiam: *Histyaeus Aristagorae. Joniam ad defectionem sollicita.* Polyaenus libro primo, Gellius lib. XVII. cap. IX. ¶

Cereae candelae inclusam epistolam miserunt ad Buciacium Cameneciae urbi Praefectum Tencinius et Drevicius Poloni per puerulum cum hoc mandato; ut quando Cameneciam puer venisset, juberet

* Vide Livium *lib.* XXVI. *c.* 4. 7. 12.

† Alia exempla epistolas telis adfixas mittendi congessit Casaubon. ad *Aeneae Poliorcet. c.* 30. *pag. m.* 89. et *pag.* 90. De glandibus inscriptis, vide Hirtium de *Bello Hispanensi c.* 13. *et* 18. quae non fuere verae glandes sed tesserae gradatae, ut tali vel taxilli.

¶ Ovid. III. *Art: amat. vs.* 625.

* Herodotus *lib.* VIII. *c.* 128.

juberet verbis ſuis Buciacium ex ea candela accipere lumen. Buciacius ſuſpicatus quod erat, diſſecta candela epiſtolam invenit, quae magnam rebus ejus lucem adferebat. Cromerus lib. xx.

Tabellae novae inſcripſit literas Demaratus exul ad Spartiatas; et mox ejus ſulcis vacuam ceram induxit. Polyaenus lib. II. cui geminum ſtratagema cujusdam alterius refert Gellius lib. XVII. capite IX. *

Cani-

* Ita autem Juſtinus, *lib.* II. *c.* 10. *num.* 13. 14. cujus verba hic adſcribere lubuit, partim quod locus videatur corruptus, partim quod ea, quae paulo ante *pag.* 133. ex Jure Canonico deprompta, mire illuſtrare videatur. *Demaratus ne inopinato bello opprimerentur*, (Lacedaemonii) *omnia in tabellis ligneis magiſtratibus perſcripſit, eademque cera ſuperinducta delet; ne aut ſcriptura ſine tegmine indicium daret, aut recens cera dolum proderet.* Suboluit jam ſummo literarum ſtatori Jo. Graevio, aut deeſſe aliquid Trogo, aut vitio librariorum aliquid hic omiſſum eſſe. Reſtituit ergo locum hac ratione: *Omnia in tabellis ligneis magiſtratibus perſcribit eraſa cera, eademque ſuperinducta ſcripturam delet.* Non autem liquere ſibi fatetur vir literatiſſimus, cur recens magis dolum prodere potuerit quam vetuſtior, rationes procul dubio plures potuiſſe dari perhibens, ſi conſuetudo tabulis ligneis utendi non exoleviſſet. Dein color et odor veterem ceram a novo facile diſtinguit, callide itaque Demaratum veterem ceram diu ante tabulis illitam ſuperduxiſſe, ne quid mali ſuſpicari poſſet, cum cera eſſet vetus, quod contra accidiſſet, ſi cera fuiſſet ſuperinducta vacua, quae certe occultarum literarum indicium praebuiſſet. Sic Graevius belle et erudite, recte dolens rationes utendi illis tabellis exoleviſſe. Verum enim vero manebit dubium ſemper, num tabellae illae fuerint jam ante novam ſcripturam cera illitae, an quod verius videtur, cera antiqua recentibus literis fuerit ſuperinducta: neutrum videtur perſpicuum: nam ſi jam antea cera fuiſſent inlitae, vix potuiſſet ita cera abradi et rurſus ſuper induci, ut color et odor,

modus-

Canibus deglutiendas cum eſculento quopiam literas objiciunt quidam tempeſtate noſtra, ut ex eorum interfectorum viſceribus poſtmodum nuntius exigatur. A Porta lib. II. cap. XXI.

Scytale Laconica ſecretiſſima quaeque olim indicata ſunt. De hac ita Gellius lib. XVII. cap. IX. ex Lyſandro Plutarchi: *Surculi duo erant teretes, ſcytalas vocant, oblonguli, pari craſſamento, ejusdemque longitudinis. Unus Imperatori in bellum proficiſcenti dabatur: alterum domi Magiſtratus cum jure atque cum ſigno habebant*, etc. *Circum eum ſurculum lorum complicabant, volumine rotundo et ſimplici, ita ut orae adjunctae undique et cohaerentes lori quod plicabatur, coirent. Literas deinde in eo loro per juncturarum oras, verſibus a ſummo ad imum proficiſcentibus inſcribebant. Id lorum literis ita perſcriptis revolutum ex ſurculo, Imperatori commenti illius conſcio mitte-*

modusque conficiendi non novam quaſi ceram efficeret. Vix ergo acutiſſimo Graevio adſentire poſſum, cum per ipſam illam cerae ſuperinductionem novae adparerent tabulae. Annon hoſti potuiſſet facile dolus ſubolere, tabulas cum deprehenderet cera quidam illitas, ſine ſcriptura tamen, niſi forſan dicas ſecum tuliſſe ſaepe nuntios ejusmodi tabulas ſeu opiſtographos, ut ſubita et notanda in illas conjicerent, unde Plinius *lib.* I. *Ep.* 6. *ſi vacua retia, plenas tamen ceras portarem.* Sic potuit forſan dolus latere. Ab hoc vero ſtrategemate differt alius modus, cujus idem meminit Juſtinus *lib.* XXI. *c.* 6. ſcil. vacua cera tabulas novas inducendi, quae mox dicta confirmant, nimirum habuiſſe ſemper ad manus ejusmodi vacuas tabulas: ſic enim Juſtinus *atque ita conſiliis ejus exploratis in tabellis ligneis vacua deſuper cera inducta civibus ſuis omnia perſcribebat.* Modum hunc differre a priori obſervavit jam Caſaubonus *d. l. pag.* 87. Non autem differentiae rationem addidit, neque placuit Graevio loca haec inter ſe conferre.

mittebant. Resolutio autem lori, literas truncas ac mutilas reddebat, membraque earum et apices in partes diversissimas spargebat. Propterea si id lorum in manus hostium inciderat, nihil quidquam conjectari ex e loro quibant. Sed ubi ille, ad quem erat missum, acceperat, compari surculo, quem habebat, capto, ad finem perinde, ut debere fieri sciebat, circumplicabat: atque ita literae per ambitum eumdem surculi coalescentes, rursum coibant, integramque et incorruptam epistolam et facilem legi praestabant. Ridet merito hanc artem Julius Scaliger, et exercitat. CCCXXVII. ad Cardan. vocat *Laconica nugalia*. Athenaeus lib. X. cap. XVII. ait ex Achaeo Erythriensi vocatam fuisse *Cyrbim Spartanam*: hoc est, inquit Junius lib. IV. Animadv. cap. XIV. quia quemadmodum in κύρβεσι, publicis videlicet tabulis, Leges exaratae erant; ita in scytale, praecepta ad Duces et Imperatores militiae scribebantur: * Spartanam vero a civitate. Sunt denique de scytale elegantissimi illi Ausonii versus, ep. ad Paulinum:

Vel Lacedaemoniam scytalen imitare, libelli
Segmina pergamei tereti circumdata ligno
Perpetuo inscribens versu; qui deinde solutus,
Non respondentes sparso dabit ordine formas,
Donec consimilis ligni replicetur in orbem.

De

* Adde de his aliisque pluribus Pancirolum. *lib.* II. *Rer. memorabil. et de perdit. c.* 14. ibique Henric. Salmuth. et Gronovium ad d. Gellii locum, ubi plerosque interpretes Auctoris nostri plumis subperire adnotavit. Singularem Disputationem scripsit Crellius de *Scytala Laconica*, Lipsiae 1697.

De *fungo*, Xiphilinus in Trajano: *Fungus ingens ad Trajanum allatus est, in quo scriptum erat Latinis literis; Burros sociosque omnes a Trajano petere, ut pace facta domum reverteretur.*

Hactenus de celandis peregrina materia literis; * nunc de astu Tabellariorum.

Harpagus non contentus literas suas in leporem exenteratum abdidisse, misit eas praeterea per domesticum suum aliquem indutum *habitu venatoris*, ad Cyrum regem; auctoribus Justino, Herodoto, et Polyaeno.

Mendici simulato habitu nobilis quidam pertulit epistolas Laurentii Medicaei ad Regem Neapolitan. Ferdinandum. Brutus supra.

Canum pellibus vestitos, canatimque reptantes per noctem Josephus Galilaeus a Vespasiano in urbe Jotapata obsessus tabellarios cum literis misit per vigilum custodias, neque ea res, nisi sero observata est. Josephus lib. III. De bello Jud. c. VIII. †

Denique etiam itineribus occultandis adhibita cautio

† Longe plures et elegantiores collegit Aeneas in *Poliorcetico. cap.* 31. quem primus Is. Casaubonus ex Bibliotheca Vaticana in lucem produxit et editioni Polybii adjecit. Ex hoc vero Isaac. Casaubonus viginti modos literas clam mittendi et occulte scribendi copiose et erudite in *notis ad d. c.* 31. explicat. Nostrates demum in arte illa mystice scribendi multis parasangis veterum diligentiam superarunt. Laudat hunc in finem Casaubonus *d. l. pag.* 80. subtile Francisci Victae, praestantissimi in aula Gallorum Mathematici ingenium, cujus sagacitas persaepe Regi Galliae usui fuit maximo.

* Vide Casaubon. ad *Aeneae Poliorcet. c.* 31. *pag.* 91.

cautio est. *Terrestri* in primis *itinere*. Catellam a Tingitano cive in oppido Arzilae relictam, Menesius ad Praefectum Tingitanum alligatis inter pilos literis, misit, hoc astu: In litore catellam verberibus multis multavit, fecitque ut ab se velocissime diffugiens, postridie ante crepusculum staret cum literis ad portas Tingitanas. Atque ita terrestri itinere tuto nuntium misit. Osorius libro II. De reb. Emanuelis.

Scultellae flumine per *Urinatores* Hircius Consul ad Decium Brutum Mutinae obsessum ab Antonio, plumbeas literas eorum brachiis alligatas misit. Frontinus libro III. cap. XIII. Addit Dio Cassius lib. XLVI. eadem via a Decio literas remissas. *

Utribus vero quibus insutae erant literae, Lucullus gregarios milites imposuit, qui marinorum monstrorum specie velut portento quodam stationarios terrerent, itaque ad Cyzicenos a Mithridate obsessos nuntium perferrent. Frontinus lib. III. cap. XIII. †

Per *aërem* epistolae missae; telis inscriptae vel alligatae. Inscriptae; a Cleonymo Lacedaemonum Rege, dum Trœzenem obsideret, hac sententia: *Venio*

* Sic apud Justinum *lib.* III. *c.* 5. milites de sepultura solliciti tesseras, insculptis suis et patrum nominibus, dextro brachio deligabant; ut si omnes adversum praelium consumpsisset et temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturae possent.

† Adde Florum *lib.* III. *c.* 5. ibique Cl. Dukerum. Sic Caesar inflatis utribus innixus persaepe nuntios praeveniebat, Sueton. in *Caesare c.* 57. *et c.* 64. ibique interpretes.

Venio ut civitatem in libertatem asseram. A Porta libro II. cap. XXI. Alligatae telis ab Artabazo et Timoxeno, apud Herodotum lib. VIII.* a Caesare cum scriberet ad Ciceronem obsessum his verbis: *Caesar Ciceroni fiduciam optat; expecta auxilium*, apud Polyaenum lib. VIII. et Dionem lib. XXXIX. ita proditum Zeuminum est Romano exercitui a propriis militibus et civibus. Nicetas Choniates in Annalibus. †

Avium denique volatu perlatae per aerem literae non infrequenter. De *hirundinibus* id scribit Plinius libro X. cap. XXIV. *Cecinna Volaterranus equestris ordinis quadrigarum dominus, comprehensas hirundines in urbem secum auferens, victoriae nuntias amicis mittebat, in eumdem nidum remeantes, illito victoriae colore.*

De *Cornice* qua usus est Marrhes Aegypti Rex pro cursore, Alexander Neapolit. lib. I. cap. XXVII. ex Aeliani historia animal. lib. VI. cap. VII. cujus haec verba: *Marrhae Aegyptiorum regis cornix fuit animal oppido mansuetum et cicur, ita ut epistolas quo ille vellet, facile perferret, essetque omnium nuntiorum multo celerrima;* etc. ‡ Eam itaque pro hu-

L jus-

* C. 128.

† De hoc modo egimus paulo ante *pag.* 155. In Hierosolymae obsidione simile accidisse exemplum referunt Talmudici in Gemora Sanhedrin: Quum Sanherib obsedisset Jerosolymam, Sebria schedam emisit sagittae circumligatam. In ea scripserat Sebria cum iis, qui ipsum sectabantur, pacem tecum facere cupiunt. Ezechias cum suis complicibus pacem non desiderat.

‡ Nec mirum, sacer enim Apollini fertur corvus, et itineris comes, Aelianus *lib.* I. *Histor. animal. c.* 48. et Papin. *lib.* IV. *Sylvar.* 8.

jusmodi officiis, defunctam Marrhes et columna et sepulchro honoravit.

De *columbis*, Plinius lib. x. cap. xxxvii. *Magnis in rebus fuere internuntiae*, etc. *Quid vallum, et vigil obsidio, atque etiam retia amne praetenta profuere Antonio, per caelum eunte nuntio?* Loquitur Plinius de Hirtio, qui ad Decium Brutum Mutinae ab Antonio obsessum literas mittebat per columbas, * quas fame et tenebris confectas vicino moenibus loco emittebat, ut facilius ad escam a Decio

* Tempore Aeneae, qui de occultis istis literarum nuntiis, ceu supra dictum, latius egit, columbarum usum in perferendis literis ignotum adhuc fuisse tradit Casaubonus in *Not. ad Aeneam pag. m.* 91. minimum in rebus seriis internuncia columba neminem fuisse usum, obtinuisse vero hoc primum in obsidione Mutinensi, de qua eleganter cecinit Massenius:

Fallimur: an certum est etiam secreta columbas
Posse per aereas ferre referre vias?
Marina testis, erit, bellis obsessa cruentis
Nuncia promissa cui tulit ales opem.

Vide Camerarium *Hor. subcisiv. Centur.* 1. *c.* 77. Eadem Paulus Aemilius de *Reb. gest. Francor.* in *Vita Ludovici Crassi lib.* iv. et Petr. Justinianus in *Historia Veneta* memorant. Verba Pauli Aemilii de Hasarchi Syriae oppidi praefecto haec sunt: *Ejus Oratores* (ad Balduinum missi ad auxilium implorandum) *epistolam caudae columbae, quam cum in legationem proficiscerentur, domo secum attulerant, alligaverunt, illamque ex composito remisere. Ita praefectus certior factus egregie se tutatus est.* Plura dabit Bochartus *p.* 11. *c.* 2. *de Script. animal.* De Turcis scribit Linschottus in *Armuziae descriptione c.* 6. Imperatorem eorum per columbas brevi addiscere, quid in remotissimis imperii sui partibus geratur. Alia de columbis literarum portoribus habet Lipsius *Cent.* iii. *Epist.* 59. *p.* 274. Furer in *Itinerar. pag.* 44. Rupertus ad *Valer. Max. lib.* iv. *c* 9. et Zeiler *Cent.* 1. *Epist.* 26. et passim.

Decio rerum confcio expofitam advolarent; atque ita Decius literas eis demeret; auctore Frontino, lib. III. cap. XIII. Columbam item cum literis Sultanus, dum a Gallis Venetisque obfideretur Ptolemais, eo mifit; quibus fignificabat fe tridui intervallo cum copiis adfuturum. Sed Veneti columbam confpicati, militari clamore ita eam deterruerunt, ut ex aëre delaberetur; moxque ei alligatis fictis epiftolis, Sultani nomine fcriptis, quibus indicabat fcilicet fe obfeffae urbi opem ferre non poffe, miferunt Ptolemaidem; quae defperato auxiliorum adventu, ante triduum fe fuaque hofti dedidit in poteftatem. Sabellicus lib. VI. c. VI. Egnatius lib. VII. cap. IV. Columba etiam, dum Godefredus Bullonius Jerofolymam obfideret, a Barbaris in urbem cum epiftolis miffa, ab accipitre fupra ipfa Bullonii caftra in terram deturbata eft, literaeque fub ejus alis repertae. Aemilius lib. IV. De Jani Douzae columba, quam ille ex obfeffa Leida dimifit, geminum carmen, Graecum alterum, alterum Latinum, fcripfit Daniel Heinfius in Manibus Doufae. *

* Operae erit pretium pauca haec ex Heinfii *Elegia* 10. *lib.* III. de columbis Leydenfibus adfcribere.

Hic volucrem facram trepida dimittit ab urbe
Quae referat ductus illius, illa volat.
Moxque domum gaudens, dulcesque revifere nidos
Per medium rurfus aëra lapfa fuit.
Scriptaque Boifoti, mandataque geftat in alis,
Jamque minifterii dulce peregit opus.

Et hinc Bochartus *d. l. artem*, inquit, *hanc intermortuam patrum noftrorum memoria Belgae excitarunt.*

CAPUT XVI.

De invisibili literarum scriptione.

PARUM fuit humanae vafritiae modum excogitasse quo literae clanculum mitterentur; nisi etiam tegendae scriptionis astus inveniretur. Igitur triplici id ratione factum est: Literis plane fallentibus aspectum, vel certis literis positis loco aliarum literarum, uel notis. De priore modo hic ago, qui invisibilem facit scriptionem. Id autem fiebat his artificiis:

Nocte tantum legi possunt literae scriptae aqua distillatitia nitedularum, vel aqua salicis putrefactae.

Aspectum fugiunt literae omnes scriptae aceto, urina, lacte, * lacte herbae tithymalli, adipe, sepo,

* Ausonius *Epist.* XXIII. *vs.* 21.
Lacte incide notas: arescens charta tenebit.
Semper inadspicuas: prodentur scripta favillis.
Et Ovidius *lib.* III. *Artis Amat. vs.* 627.
Tuta quoque est fallitque. oculos e lacte recenti
Litera: carbonis pulvere tange, leges
Fallet et humiduli quae fiet acumine lini
Et feret occultas pura tabella notas.
Casaubonus ad *Aeneam pag.* 87. adduxit locum Philonis mechanici, ubi haec de occulta hac scribendi ratione: *Scribuntur literae quae non apparent, in nova causia, aut in corpore Galla confracta, et aqua madefacta: eae literae ubi inaruerunt, non sunt conspicuae: at si atramentum sutorium in aqua triveris, et spongiam in eam intinxeris, deinde scripturam spongia terseris, literae fient conspicuae.* Et ex Cedreno in Constantino Duca, Nicolaum quemdam refert

ſepo, pinguedine, gummi, donec pulvere aſpergantur; tum protinus fiunt viſibiles.

Scripta item omnia ſucco mali citrii, caeparum, ceraſorum, cyclamini, aliusve cujuſpiam pomi acris, ſale denique ammonico, ſolo igne admoto legentur.

Gummi, ſale, et calce ſcripta, legi non poſſunt, niſi papyrus in qua ſcriptum eſt, cremetur.

Alumine aut chalcantho ſcripta tantum legi poſſunt poſtquam charta in aquam demerſa eſt, aut vinum certo modo paratum.

Quaedam legi non poſſunt niſi interpoſito lumine ſiderum aut candelae: quaedam affuſa aqua hydrargyri; de quibus ſingulis late Joannes a Porta libro I. capite ultimo, quod vero de lacte tithymalli interpoſui, habeo ex Plinio libro XXVI. cap. VIII.

CAPUT XVII.

De ſcriptione per tranſpoſitionem literarum occultanda.

MIRE ſibi gratulabantur veteres, inſigni ſcilicet, ut ipſi putabant, invento epiſtolarum

fert ad Thomam Longothetam literas occultas ſcripſiſſe in nigro linteamine, quod aqua lavandum abſtergendumque fuit, ut literae poſſent videri. Vide etiam Voſſium *lib.* I. *de Re Grammat. c.* 40. Clariſſimus Burmannus ad locum Ovidii, ad occultam rationem ſcribendi, qualis apud Juſtinum de Demarato occurrit, in d. l. forſan reſpici, eleganter obſervavit.

rum occulte ſcribendarum per tranſpoſitas literas; ſed profecto id artificium a quovis ſagaciore deprehendi poteſt, ut non injuria Julius Scaliger Exercitat. cccxxvii. id vocet delirium, et imposturam. Referam tamen paucula ejus exempla, veneratione ſolius antiquitatis. Recentiores omnes id genus technas relinquo apud Neapolitanum quaerendas lib. i. De notis furtivis: quamquam Ampliſſimus Conſiliarius Puteanus epiſtola quadam ad Plouvierium de κρυπτογραφίᾳ, rationem oſtendit occultiſſimam ſcribendi per tranpoſitionem, quam nec Oedipus divinare poſſit. De qua ita numquam locuturus fuiſſet Scaliger, ut de veterum facili commento.

Julius Caeſar, inquit Dio lib. xxxix. *conſueverat, ſi quid ſecreti cuiquam per literas ſignificaret, quartum ſemper elementum in ſcribendo, pro eo quod ſumi debebat, ſumere; ne obvia literarum lectio cuivis eſſet.*

Auguſtus autem (verba ſunt Suetonii c.lxxxviii.) *quoties per notam ſcribit, ponit* B *pro* A, C *pro* B; *ac deinceps eadem ratione ſequentes literas; pro* X *autem, duplex* AA. * Sed haec ſcriptio non recte a Suetonio vocatur *Scripio per notam*, ſeu *per notas*, ut

* Per notas i.e. Ciffra, vel ciffra ut cum Donato Beroaldus explicat. Σημεῖα Cic. *Attic.* xiii. 32. *Quod ad Te ſcripſi, parum intellexiſti credo, quia διὰ σημείων* ſcripſeram. Quartam elementorum literam, i. e. d. pro a. et deinde reliquas commutabat Julius Caeſar. Contra Auguſtus quotiens per notam ſcriberet b. pro a: c. pro b. ac deinceps eadem ratione ſequentes literas ponebat, pro *ae*, autem duplex *aa*. Sueton. in *Aug.* c.88. n.4. Iſidor. *Orig.* 1. 24. Palmerius *Spicileg.* 14.

ut loquitur etiam cap. LVI. in Julio Caesare: quia literae, etiamsi transpositae, non tamen sunt notae; neque etiam per transpositas literas scribere, idem est quod *notare:* nam quae per transpositas literas scripta sunt, omnino perscripta sunt; seu, ut barbari loquuntur, ad longum omnibus necessariis literis scripta sunt; notata autem, seu notis scripta, compendio, et per abbreviationem (ut vocant) scripta sunt. Paulus vero Jureconf. De milit. testam. et Cicero in Catil. et ipse Suetonius, haec duo ita sibi opponunt: *Nota, non perscripta erat summa.* Quae sunt ipsius Suetonii verba; sicut haec Ciceronis: *Nondum est perscriptum Senatusconsultum.* Et certa omnino res est: nam quae notis scribebantur, brevissime et velocissime erant scripta; quae autem per transpositionem, totidem constabant literis, quot recto ordine perscripta constare solent, ut patet ex Probo Grammatico, quem Gellius libro XVII. cap. IX. narrat fecisse commentarium de occulta significatione literarum in epistolis C. Caesaris.

Igitur Varro rectius quam Suetonius scriptionem hanc appellat lib. IV. Etymolog. *Tractationem*; ubi male quidam legunt *arctationem*, uti bene adnotarunt Turnebus lib. XXIV. Adver. c. XXIX. et Scaliger Conjectan. in Varronem.

Porro D. Hieronymus commentariis in c. XXV. Jeremiae, meminit apud Hebraeos literas ita transponi solitas, ut prima, loco ultimae; secunda, loco paenultimae; atque ita deinceps ponerentur. Censetque ita ab Jeremia scriptum esse שֵׁשַׁךְ sesach, pro בָּבֶל Babel; ne Rex irritaretur in captivos

Iſraëlitas; quod genus illi vocant אתבש athbaſch. Cum videlicet Aleph א loco Tau ת ponitur, et Beth ב loco Schin ש, etc. Imo etiam plane inverſis verbis ad occultationem ſcribi ſolitum, narrat Iſidorus. Utuntur autem praeterea Hebraei numeris loco literarum inquit Bibliander: ut טו, pro יה, quod eſt nomen Dei; nam utraque literarum colligatio notat quindecim. *

CAPUT XVIII.

De occulta ſcriptione per notas.

MULTA ſane ſunt quae de notis longa et curioſa lectione obſervavi; et faciunt quidem omnia ad hanc de ſcriptione tractationem. Tamen ne moleſtior ſit aut involutior obſcuriorque ea

* Artis Steganographicae uſus in negotiis arduis frequentiſſimus eſt, nec raro ad delicta perpetranda adhibetur, adeo ut nec JCtorum animadverſionem effugiat, videatur Hillerus de *Myſterio artis Steganographicae*, Kircherus et Caſpar Schottus in *Schola ſteganogr.* et Sereniſſimus ſcriptor, ſub nomine Guſtavi Seleni in *Cryptographia*, ubi Steganographiam a Jo. Trithemio conſcriptam enodavit. Alia vero ſcribendi genera per Zifras coloribus ſuis variantes, quae hodie multum frequentantur Gv. Pancirolus *lib.* 1. *Var. lect. c.* 30. et Salmuth. ad Ejusd. *Memorabil. lib.* 11. *p.* 265. explicarunt. De occulto alphabeto Purpurati Richelieu, vide elegantem libellum: L'eſpion du grand Seigneur *Ep.* 77. et de Alphabeto, quod ex hominum variorum nominibus confictum, quo Legatus in aula Conſtantinopolitana ab Ungnad, quaſi ſub perſona ſponſi de rebus Turcicis et Transſylvaniae agens, uſus fuit, copioſe egit Tenzelius in *Menſtruis Anni* 1692. *menſe Martio p.* 235. *ſeqq.*

ea res, dispertiar hanc omnem materiem in aliquot sequentia capita. Hic agam primum, quid notae sint, quando, et ad quid inventae.

Nota, inquit Festus Pompejus, *alias significat signum; ut in pecoribus, tabulis, literis, singulae literae, aut binae; alias ignominiam.* * Amplius Brisso-

L 5 nius

* De ambigua hujus vocis significatione vide Cl. Jo. Fr. Reitzium, amicum nostrum de *Ambiguis, mediis et contrariis*, *voce Nota pag.* 385. Ipsam artem per notas et signa scribendi excoluit libertus Ciceronis, Tyro Tullius, Rittershusius ad *Nov. p.6. c.2. n.6.* earumque indicem exhibuit Gruterus in fine Thesauri sui Inscriptionum. Apud Gallos exstare adhuc Psalterium ejusmodi notis conscriptum refert Mabillon. de *Re diplom. lib.* 1. *c.* 11. §. 6. Introduxisse illas ferunt Ciceronem, ut Catonis orationem, quam is in Senatu contra Catilinianam habebat, velocius describere possent librarii. Hinc justo festinantius ad primitivae ecclesiae scriptores originem illarum retulit Cl. Cyprianus Profess. Helmstad. in *Disput. de Siglis c.* 1. §. 12. Singularem quoque libellum de Siglis congessit Jo. Nicolaus *Lugduni Batav.* 1706. *in 4to.* de cujus labore certe haud spernendo, inclementer et forsan infeliciter judicat B. H. Reinoldus *Varior. cap.* 35. *pag.* 258. *Debuerat*, inquit, *id praestare Johannes Nicolai, qui de Siglis Veterum omnibus tractatum, ut ipse ait utilissimum, et cujus subsidio facile literae explicari possint, conflavit potius, quam conscripsit. Erat ita majorem ab elegantioris literaturae amatoribus gratiam initurus, quam si inscriptiones recentes, atque vernaculas ex Januis unius alteriusve domus, privatae, velut rem raram, et maxime memorabilem in opus de Siglis veterum transferret, et nescio, quas non nugas per Saturam collectas, stilo prorsus puerili, et, qui Antiquitatum Professori convenit minime sine judicio ullo deblateraret. At ab illo homine solidi quidquam, et in quo mens tua adquiescere tuto possit, frustra exspectaveris.* En durissimum judicium, si judicium dici possit, quod nollem excidisset Reinoldo, Viro, caetera bono. At ne injurii videamur in Nicolaum verba illa repetendo, observemus oportet, vanam hanc esse sine vindice iram, et argumentum, quo impugnare placuit Reinoldo lauda-

nius De signific. verborum: *Notae item*, inquit, *in*

laudatum libellum, elumbe. Taxat Auctorem, quod *L*. 2. §. 30. *D. de Orig. Jur.* cujus occasione Reinoldus notarum explicatione indigebat, non inlustraverit, item quod stilo usus fuerit humili vixque digno Antiq. Professore. Hinc illae lacrymae! Verum tutius manum de tabula, quam forsan non capiebat, removit Nicolai, gloriam novae inventionis Reinoldo haud invidens. Hercle satis pro imperio metas ponit studiis Vir Clarissimus, quem censorem habere abominarentur Eruditi omnes. In januis et recentioribus occupatis gratior erit acceptiorque Nicolai, neque placent omnibus omnia. Denique artis est affectare stilum humilem, et perinde erit, quo scribendi genere rem explicemus sublimi an humili, dummodo sermo sit purus et intellectu facilis. Neque videtur Nicolao animus fuisse JCtorum aenigmata explicare, qui labor in infinitum excurreret et cui haud par esset unus homo. Satis est collegisse eum sarcinulas et subsidia, quod egit unice et pro virili. Facile literas his adminiculis explicari posse ait Nicolai in inscriptione, minime omnes. Pone, dixisset omnes, naturale reputet esse Reinoldus, ut ea quae quis adeptus est magnifice extollat, auctore Plinio in epistolis, vel ut Imperatoris verba ei reponam: amplius plerumque homines de facultatibus suis judicant, quam in illis est. Placebit ille liber doctis et profecisse se ex illo, ingenue fatebuntur omnes. Hoc interim vellem, Hugonem nostrum, cujus vitulo saepe aravit, liberalius laudasset; sed hoc fecerunt et alii idem boni. Ceterum de notis Tyronis et Senecae vide Morhofium *Polyhist. lit. lib.* IV. *c.* 2. §. 4. Fabric. *Bibl. Latin. lib.* II. *c.* 9. §. 7. *p.* 363. *seqq.* Senecam vero non esse Auctorem neque patrem ipsius, docet ipse *epist.* 90. *Quid verborum notas, quibus quamvis citata excipitur oratio? Vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt.* Plura de tachygraphis dabit Sixtus Senensis *Biblioth. Sanctae lib.* III. *p.* 171. *sequ.* de qua vide Notas ad *Histor. literar. Gundling. P. cap.* I. *p.* 302. Adde de abbreviationibus ut vulgo audiunt nostris, tractatum Carol. Alois Ramsay, de *Tacheographia, seu arte celeriter et compendiose quaelibet verba inter perorandum ut ne unum quidem excidat, describendi*, latine et Gallice, sed infra ipse Auctor speciatim haec tangit.

in L. 2. D. De servis fugit. signa, stigmata, puncta servis inscripta atque inusta significant. Clarius dicerem: Notae sunt, vel quaelibet signa seu scriptilia elementa, ut loquitur Marcellinus; vel literae solitariae positae pro signis. Duplicis enim generis notae sunt: Notae non literae seu zifrae, et Notae literae.

De notis, seu zifris non literis, passim sunt scriptorum testimonia, qui eas vocant σημεῖα, signa, imagines, etc. Cicero libro XIII. ad Atticum: *Quod ad te de legatis scripsi, parum credo intellexisti; quia* διὰ σημείων *scripsi.* Plutarchus in Catone et Cicerone: Σημεῖα ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχοντα. Ita signa quoque appellantur notae ab Ovidio IV. Trist. Eleg. IV.

Scio bene cui dicam positis pro nomine signis?

Ab Horat. lib. II. Sat. IV.

Non est mihi tempus, aventi
Ponere signa.

a Sidonio Apollinare libro IX. *Comprehendebant signis quod literis non tenebant.*

Imagines vocantur a Quinctiliano lib. XI. c. II. * Zifrae nunc dicuntur notae, inquiunt Spiegel. de signif. verb. Turnebus lib. XIV. c. XXIV. et Porta de furtiv. notis lib. I. c. XIII. qui postremus refert a Cicerone conscriptum esse dictionarium, cujus singulis verbis signa quaedam ipse praefixit, significantia id verbum cui praefixa sunt,

* Ubi de adminiculis memoriae fusius. *Imagines*, ait Quinctilianus *d. l. pag. edit. Burman.* 988. *notae sunt, quibus ea quae ediscenda sunt, notamus: ut quomodo* Cicero *lib.* II. *de Orat. c.* 86. dicit, *locis pro Cera, simulacris pro literis utamur.*

ſunt, verbi gratia W mundum, M modum, ר tempus ſignant, et haec ſigna aliaque id genus Apulejus lib. xi. de Aſin. vocat *ignorabiles literas*; Theodoricus Imperator apud Caſſiodorum libro iii. in quadam epiſt. ii. *quaſi literas*, aperte nimirum indicantes Notas quasdam, praeſertim tales, non eſſe literas, ſed quaſi literas, et imagines potius et ſigna. Id quod ex variis item Auctoribus doctiſſime obſervarunt Barnabas Briſſonius, docens notas non eſſe literas ex Leg. 33. D. Ex quib. cauſſ. major. Leg. 9. §. 1. D. de Hered. inſtituend. Leg. 41. D. de Milit. teſtam. et Leg. 6. in fin. D. de Bon. poſſeſſ. Qua de cauſa etiam a literis ſeparantur notae in Leg. 1. §. Ludi D. de Var. et extraord. cognit. et Paulus ex Pedio in Leg. Sed cum Patron. 6. §. fin. de Bon. poſſeſſ. et Leg. Lucius 40. D. de teſt. milit. Petrus Gregorius ex Paulo lib. xvi. de Republ. c. 1. qui adfert haec ejus verba, *Notas literas non eſſe Pedius lib.* xxv. *ad edictum ſcribit.* Franciſcus Polletus libro v. de foro Roman. cap. xii. affirmans ex iisdem Legibus Notas non eſſe literas. Cujacius lib. xii. c. x.* *Notae*, inquit, *non ſunt literae: quod ut demonſtrem exemplis, Senatum populumque Rom. ita ſcribebant ſingulis:* S. P. Q. R. Notis hoc modo. ~ Senatusconſultum per ſingulas ſic, S. C. per notas ſic, ~ et lib. iii. Obſ. c. iii. *Notae*, inquit, *non erant literae, ſed compendia literarum.* Gruterus in xc. epiſt. Senecae lib. xiv. Savaro ad lib.

ix.

* Eſt *cap.* 40. Similem errorem erravit Auctor mox *pag. ſequenti.*

IX. Sidon. epiſt. IX. Bernartius ad Silvar. Statii pag. XIV. Juretus ad epiſtolam Symmachi XXXVII. lib. V. Raderus noſter in libro XIV. Martial. Epigr. CCII. Torrentius in Galba Suetonii. Igitur has notas ſeu Zifras vocabimus Sigla, vel *σίγγλας* cum Juſtiniano epiſt. ad Anteceſſor. §. Illud autem 8. * Vetus enim Lexicon habet *σιγγλαι* et Stephanus ait ſe legiſſe *σίγλας* in Pandectis. Sed utcumque ſcribatur in Lexico aut Pandectis; exiſtimo veriſſimam eſſe ſententiam Petri Gregorii Toloſatis lib. XVI. de Republ. c. I. paragrapho 6. *Sigla Latinum eſſe vocabulum contractum ex ſigillo, quaſi dicas ſiglum, parvum ſigillum: quemadmodum enim ſigillum eſt parva incuncula, ſeu nota qua literas obſignamus; ita ſiglum eſt nota qua intelligitur plus eſſe intelligendum, quam expreſſe ad longum, ut dicunt, ſcriptum ſit.* Id quod mihi magis probatur, quam quod Cujacius ſcribit lib. XII. c. X. Sigla nimirum dici non a Sigillo, ſed a voce ſingula: tunc enim non Sigla, ſed ſingla (ſicut a vinculis, non vicla,

* Eſt Praefatio II. Pandectis praemiſſa. Idem reperitur in *praefatione* I. §. 13. ubi *compendioſa aenigmata* dicuntur ejusmodi Sigla, multaque ſcripturae vitia et legum *antinomias* inducere. Verum de his uberior dicendi materies erit ad cap. de Notis JCtorum. In d. vero §. 8. poſt criminalem poenam, quae fuit falſi, vide *Epiſt.* 3. §. 22. Digeſtis praemiſſam et *L. ult. D. ad L. Corn. de Falſ.* et duplum libri praeſtare tenentur Domino Notarii. Idem adhuc clarius repetitur in *praefatione tertia* §. 22. ubi Sigla *ſignorum malitiae* dicuntur. In *conſtitutione Codic. tertia* §. 5. eſt: *ſine ulla ſignorum dubietate conſcribi juſſimus.* Et in *L.* I. §. 13. *Cod. de Veter. Jur. enucleand. ſimplorum* (alii et rectius *ſignorum* legunt) *captiones et compendioſa aenigmata.*

vicla, ſed vincla) fuiſſet dicendum. * Jam vero aliud

* Non ſatis cauſae video, cur a Cujacio, quem male allegavit: eſt enim *caput Obſerv.* 40. recedat Auctor: literae enim N. et U. per contractionem in voce *ſingulae* facile poterant omitti, ut pro *ſingulis*, *ſiglis ſcriberetur*. Et annon ex voce ſigillum litera I pari ratione elimanda, ut inde formemus vocem ſiglum? Me certe judice, vix ex Corpore noſto et veterum JCtorum fragmentis poterit oſtendi inter notas et ſigla fuiſſe differentiam ullam. Immo cur a Gellio *lib.* XVII. *c.* XI. qui ſingulas dicit ſingularias literas eſſe, divortium faciamus, non video. Ex *L.* 40. *D. de Teſtam. mil.* liquido conſtat, JCtos ſic diſtinxiſſe notas a literis, ut per notas indicarent ſingulares literas, unde et Notarii ψηφιςαὶ et σημειογράφοι a Modeſtino in *L.* 13. *D. de Excuſ. tutor.* dicuntur, et in veteribus gloſſis *ſingularii*; per literas vero literarum ſeriem: ſic enim Paulus in *d. l.* 40. *Lucius Titius miles* NOTARIO (*ſuo*) *teſtamentum ſcribendum* NOTIS *dictavit*, *et antequam* LITERIS PERSCRIBERETUR *defunctus eſt.* Hoc clarius adhuc expreſſit Paulus *in L.* 6. §. 2. *D. de Bonor. poſſ. cont. tab.* NOTIS dicens, *ſcriptae tabulae non continentur edicto: quia* NOTAS *literas non eſſe Pedius libro* 25. *ad Edictum ſcribit.* Minus itaque recte Bernh. Waltherus *lib.* II. *Miſc. c.* 12. quem ſequitur Henric. Salmuth. in *Comment. ad Guidon. Pancirol. memorabil. lib.* II. *tit.* 14. *pag.* 264. *compendia dictionum* tempore Juſtiniani ſigla fuiſſe dicta ſtatuunt, quod vellem probaſſent. Sane Waltherus ſibi non ſatis videtur conſtare, ipſe mox d. l. agnoſcens JCtos ſeriem literarum, proprie dixiſſe literas. Et hoc non ſatis animadvertit Elb. Leonius, *lib.* II. *Emendat. c.* 13. *num.* 5. qui Cujacium inter ſigla et notas diſtinguentem ita refellit, ut vocem *notam* genericum eſſe vocabulum regerat, varias quod admittit ſpecies notarum. Verum ſic vincet Cujacius, reſpondens: notam eſſe ſignum aliquod ſive figuram, ut nos loqueremur; Siglum vero vel Siglae in plurali, quia a voce ſingula venit, primam verborum literam, ſine coagmentis literarum. Quod autem opponant celerius poſſe ſcribi per ſigna, quam literarum elementa, oppido falſum eſt: nam pari velocitate prima vocabuli alicujus elementa ſcribere

aliud eſt genus notarum quae ſunt notae ſimul et literae.

re datur, quam tortuoſa quadam figura ſeu ſigno, quae ſi intueris ductum, velocius potuiſſe nonnunquam ſcribi integrum verbum, quam flexuoſam notam, ut ajunt, adfirmabis. Neque juvabit Leoninum *L.* 33. §. 1. *D. Ex quib. cauſ. maj. Eos qui notis ſcribunt acta praeſidum, Reipublicae cauſa non abeſſe certum eſt*: Reponet enim Cujacius, notas non eſſe literas. Poſſent denique in dubium vocari, quae de loco Plinii *lib.* I. *Epiſt.* 10. *n.* 9. obſervavit Leoninus *d. l. n.* 2. 3. *Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas, ſcribo plurimas, ſed* ILLITERATISSIMAS LITERAS. Notas intelligere Plinium per *illiteratiſſimas literas* contendit Leoninus; rectius forſan inordinatas et indiſpoſitas, forenſes, intelliges. Verius itaque mihi videtnr per notas omnia literarum compendia, et inprimis quae per ſingularias literas exprimebantur, intellexiſſe JCtos: iis enim plerumque ad celeritatem ſcripturae juvandam; ſignis vero ſeu figuris potius ad celanda myſteria ſua utebantur. Confirmant hoc veterum teſtimonia. Hieron. ad Julianum: *Ille appoſito* NOTARIO *cogebat ſequi, quae* VELOCITER EDICTA VELOX *conſequeretur* MANUS. Quomodo Quinctilianus ſupra citatus, dicere potuiſſet *imagines ſunt notae?* Adde Feſtum aliosque ab ipſo Auctore allatos. Seneca *lib.* XXIV. *Epiſt.* 91. *Quid loquar* VERBORUM NOTAS, *quibus quamquam citata excipitur oratio et celeritatem linguae manus ſequitur.* Sueton. in *Galba c.* V. quia vero NOTATA *non perſcripta erat ſumma.* Qui autem potuiſſet dicere Suetonius notatam eſſe ſummam, quae per ſingularias literas M. S. expreſſa erat, ſi notae fuiſſent ductus quidam ſignorum? et annon opponit notas illas ſignanter perſcriptioni? Sane ita et Paulus clariſſime in *L. Lucius* 40. *D. de Teſt. milit.* ALIUD EST NOTIS *dictare teſtamentum*, ALIUD PERSCRIBERE; *nam perſcribi dicuntur verba, quae* LITERIS OMNIBUS *exarantur.* Sic ipſe Imperator in *L.* I. §. 5. *penult. C. de Veter. Jur. enucl. et in alleg. epiſtol.* expreſſe per CONSEQUENTIAS contextum conſcribi jubet, quaſi per oppoſita notarum, ſiglorum et ſingulariarum literarum. Quin immo quod praecipue adnotandum in *d. epiſt.* I. §. 10. et reliquis legitur: *Si N plorum*

literae. De his Festus supra: *Notae erant literae, sed singulae vel binae.* Eodemque nomine eas appellat Suidas Cent. XII. Prov. LXXXVII. in paroemiis Andreae nostri Schotti. et Cicero Orat. pro Murena, *singulas literas.* Gellius *singularias* lib. XVII. c. IX. Has vero singulas seu singularias esse quidem notas, sed a prioribus illis siglis diversas, observarunt Spiegelius De verbor. signific. Petrus Gregorius lib. XVI. De Repub. cap. I. Torrentius in Galba Sueton. et omnium accuratissime Raderus noster loco ante citato. Ubi in haec verba concludit sententiam suam: *Auctores non pauci separant omnino literas singulas, sive quae uno verbo, singulae appellantur, a notis; ita ut notae non sint literae.* Unde miror cur Cujacius singulas, quae literae sunt, voluerit esse sigla, quae, ut jam ostensum, non sunt literae. Porro hae posteriores notae, seu literae singulariae, quandoque ponebantur pro puris notis, non literis seu siglis; perinde atque ipsa sigla pro meris signis.

Quandoque utraeque notae, et sigla nempe et singulae ponebantur pro verbis tantum, quandoque pro totis etiam sententiis. Pro verbis tantum, ut patet ex notis a Cicerone inventis, quae erant notae, non literae: ┐ pro tempore. De singulariis autem verbi alicujus loco positis, ita Ammianus lib. XVI. *Apud Aegyptios singulae literae singulis verbis serviebant.* Sed improprie loquitur Ammianus: non enim Aegyptiorum notae erant singulae literae, sed sigla mera et notae, non literae: igitur

rum, ubi Taurellus in margine: *Singulorum*, alii *signorum*, Cl. Conradi ad *Hist. D. Authent. Gronovii pag.* 100. *et* 148.

igitur melius, Singulae pro verbis ſingulis ponuntur toto libello Probi Grammatici ; * quem ſcripſit de Notis Romanorum , verbi gratia, S. P. Q. R. id eſt, Senatui populoque Romano ; et ſic etiam ſcribi ſolent omnia Romanorum praenomina. Pro ſententiis integris ponebantur omnes fere notae Hieroglyphicae Aegyptiorum, et mo-

M dernae

* De Valerii Probi Notis magnifice ſentit Claud. Dausquius, qui *Ortographicis* ſuis illas inſeruit: *cujus ingenium, dicens, et notas depraedicat Gellius, Cujacius elaudat, nec ſolus, epiſt. ad Jo. Wouwerium.* Putat ergo eumdem eſſe quem Gellius laudavit *lib.* IV. *c.* 7. *et lib.* IX. *c.* 9. et Tranquillus de *Illuſtr. Grammat. c.ult* Voſſius ſibi non conſtat: nam *lib.* I. *c.* 4. *de Arte Grammat.* Hadriani Caeſaris aetate illum floruiſſe dicit; at *lib.* I. *c.* 4. ex Euſebio refert, Neronis aevo illum vixiſſe. Cl. vero B. H. Reinoldi *Varior. c.* XI. *pag.* 94. tempore Severi Imperatoris et Chriſtianorum vixiſſe conjicit, quod meminerit Severi Auguſti, notasque Chriſtianorum ſepulcris inſcribi ſolitas H. R. J. P. *hic requieſcit in pace*, retulerit, aliosque errores Grammatico indignos commiſerit; vid. eumdem Reinold. *c.* 35. *Varior. pag.* 258. Sed pace Cl. Viri, vix tuto licebit concludere explicationem illarum literarum eſſe veram : nam et aliter explicari poſſent. Errores vero commiſerunt et qui ipſa facta quae recitant, viderunt et menti infigerunt. Obſtabit denique ipſe Gellius *d. l. c.* 7. ſcribens, *commentarium ſatis curioſe factum de* OCCULTA LITERARUM *ſignificatione epiſtolarum C. Caeſaris ſcriptarum* hunc Valerium conſcripſiſſe. Et licet facilis ſit reſponſio cum Dausquejo, alium hunc fuiſſe librum, nondum tamen ſatis hoc probatur, eaque ſententia admiſſa fides hiſtorica omnis redderetur dubia Potius forſan erit dicamus, ab indoctis librariis et injuria temporum libellum hunc fuiſſe corruptum, et exſpectare emendatorem rei literariae eruditiſſimum, cui forſan non fuit idoneus Nicolai, quodque alienum ab ejus inſtituto. Multa in Valer. Probi Notis emaculavit Henricus Ernſtius, qui tractatum illum de *Siglis* in 4to edidit Sorae 1647. Helias Putſchius in ed. *Grammaticorum Latin.* Hanoviae 1605. et omnium optime nuper Cl. Burman. in edit. *Inſcript. Corpor. Gruteriani.*

dernae literae Sinenses, auctore Trigaultio nostro, et notae item Cabbalistarum, quorum tota in harum explicatione ars est, indeque habet nomen Cabbala.

Fuere autem tam varia per notas scribendi artificia, ut dicat Ausonius: *

Innumeras possim caelandi ostendere formas,
Et clandestinas veterum reserare loquelas.

Neapolitanus vero a Porta Notarum faciendarum modos cum novos tum veteres adfert circiter CLXXX. in lib. de Notis furtiu. Quo spectant etiam tria illa scribendi genera, quae Trithemius prodidit initio lib. de Polygraphia, Dermaticum, Hyphasmaticum, Aleoticum: adeoque totus liber sextus continet vigintiquatuor Alphabeta ignota, ad usum notarum; et lib. quinto programma proponit variae literarum transpositionis.

Usus enim notarum olim omnibus familiarissimus fuit, non infimis modo et ancillis ipsis, ut de quadam refert Marcellinus † quae nomine Assyriae epistolam notis scripsit ad Barbationem Praefectum peditum; verum etiam summis quibusque, ut

* Ausonius *Epist.* XXIII. *vs.* 28. De usu et studio notarum apud veteres vide Balbinum *Verosimil. c.* 4. *p.* 53. Rectius etiam Auctor pro notare apud Suetonium in *Augusto c.* 64. *n.* 6. legit *natare.* Inter prima enim rei militaris rudimenta referebatur natatio, quod ipse videtur Suetonius innuere, in verbis: ALIAQUE RUDIMENTA *per se plerumque docuit.* Abiit hinc in proverbium dicere de homine rudi et ad omnia stupido: *Neque literas scit, neque natare potest.* Sic miratur idem Sueton. in *C. Calig. c.* 54. *in fin.* eum nescivisse natare, *atque hic*, dicens, *tam docilis ad cetera*, NATARE *nescìit.*

† *Lib.* XVIII. *c.* 3.

ut Tito Caesari, *qui solitus notis velocissime excipere*, auctore Suetonio cap. III. et Octavio Augusto, *qui nepotes suos et literas, et notare docuit;* ut monent legendum esse Lipsius et Torrentius, pro *natare*. Quamquam ornatissimus vir Erycius Puteanus libello suo de Natatu quem parat extrudere, ex Graeco Dionis Cassii plane me convincat legendum esse *natare*, ut olim legebatur, non autem *notare*. Neque paucae aut parvae causae sunt tam frequentis usurpationis. Primum * enim no-

* Auctor duas causas notarum inventarum adfert illustratque. Prima est, ne arcana in vulgus emanarent secunda, ut dextra scribae velocius opus suum perficeret quam lingua. Hodie certe insignem praestant usum notae illae in re critica et dijudicandis spuriis a veris et genuinis veterum scriptis, qua in re laborarunt diu viri Eruditissimi Scaliger, Sirmondus, Salmasius, l'Abbaeus, Lambecius aliique, apud Cl. J. G. Walchium in *Historia Critic. Linguae Lat. c.* 7. §. 3. *in not.* adlati, ubi Aemili Porti Cretensis tractatum de *MSctorum Graecorum abbreviationibus*, ipsiusmet manu exaratum, se possidere tradit, quem num in lucem emiserit V. Cl. quod optandum, me fugit. Haec de commodis Notarum; verum longe majora in rem literariam inde resultant incommoda, quae silentio transiit Auctor noster. Primum enim inexhausto labore inque spem futurae oblivionis ipsa illa vetustatis aenigmata saepe addiscimus. Secundo Oedipe interprete ad illa divinanda haud raro opus est. Tertio quoad genera, et casus, tempora et distinctiones et nomina propria gravissimi inde oriuntur errores. Exemplum praebet Suetonius in *Galba c.* 5. *HS. namque quingenties cum praecipuum inter legatarios habuisset, quia* NOTATA, NON PERSCRIPTA ERAT SUMMA, *herede Tiberio legatum ad quingenta revocante, ne haec quidem accepit.* Vide quae Cl. Graevius in *Praefat. ad Tom.* 1. *Thes. antiqu. pag.* 6. contra Casaubonum disputat. Aliud exemplum ex Cic. 11. *Epist. ad Attic.* 20. attulit Reitzius noster in *Ambiguis*, *voce: Notae-numer-rum.*

tae Hieroglyphicae a Phoenicibus aut Aegyptiis excogitatae ſunt ad celanda ſua myſteria, ne vulgus ita facile in adyta ſacrarum ſcientiarum irreperet. Quamobrem et Perſae Magos, Indi Gymnoſophiſtas, Celtae Druidas habuere myſteriorum ſuorum interpretes, quae plebi propoſita eſſe nolebant; ſicut et Hebraeorum Legem fuiſſe ſcribit D. Gregorius Nazianzenus in Apolog. fugae ſuae, qua libros ſacros vulgo communicari vetabant. Imo Romani hujus rei gratia Notarios adhibebant, auctore Suida: Τὸν τῶν ἀποῤῥήτων γραμματέα, ἀσηκρῆτις καλοῦσι τὸ ἀξίωμα Ῥωμαῖοι. Id eſt: *Scribam qui notat res, quas non licet propalare, a Secretis vocant, quae dignitas eſt apud Romanos.* Et Trithemius ſcribit, Ciceronis Lexicon de Notis, a divo Cypriano auctum, ut Eccleſiaſticis juxta prodeſſet atque profanis ad arcana celanda. Hebraei vero teſte Bibliandro, eo ſcribendi genere plurimum utuntur, quo initialis ſola litera ponitur loco totius dictionis; vocantque *Raſchei theboth*, hoc eſt, *Initia dictionum*. * Ita etiam

rorum. Iterum aliud in nomine proprio Coſſutio, pro quo Coſ. ſeu Conſul ſubſtituerunt, dedit Cl. Perizonius in *Animadv. hiſtor. c.* VII. *pag.* 296. Adde quarto quod nonnumquam ſint ridiculae a pictoribus librorum fronti adjectae. Sic inter alias ſignum dolii in picturis librorum, qui in Bibliotheca Corvini reperiuntur, frequenter adpictum deprehendes, ad ubertatem forſan vini, quo Ungaria abundat, forſan deſignandam vid. Petr. Jaenichii *Meletem. Thorunenſia tom.* III. *pag.* 207. Jure itaque meritoque vetuit Juſtinianus ſigla illa inſtrumentis adhiberi, qua de re infra latius.

* Fideliter hoc caput exſcripſit et illaudato Hugone noſtro ſuum fecit Jo. Nicolai *de Siglis pag.* 10. 11. Adeo vero

etiam Jurisperiti ad tegendos aſtus ſuos, inquit Cicero pro Murena, notas invenerunt, ne plebs ſciret quibus diebus fas nefasve eſſet Lege agere. *

M 3 *Irati*,

vero placuiſſe Hebraeis hoc ſcribendi genus, ut vix ullus liber et epiſtola imaginibus hiſce careat, auctor eſt Buxtorfius de *Abbreviaturis. pag.* 2. *et Clav. Maſor. c.* 3. Veroſimilis quoque eſt Auctoris ſententia ad caelanda ſacra inventas fuiſſe notas. Notum eſt illud Eſdrae *lib.* IV. *c.* 15. qui *perfectis quaedam palam facere* a Deo juſſus, *quaedam ſapientibus abſcondite tradere.* De Gallorum ſacerdotibus idem tradit Jul. Caeſar de *Bell. Gall. lib.* v. et Pomponius Mela *lib.* III. *c.* 2. illos clam diſcipulos docuiſſe refert. Tarquinius Rex M. Tullium culeo inſutnm in mare abjici juſſit, quod librum ſecreta civilium ſacrorum continentem Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, Valer. Max. *lib.* I. *c.* I. §. 13. Sic aeterna nocte ſepeliri jubebat Auguſtus libros Sybillinos, Sueton. in *Aug. c.* 31. ne arcana ſacrorum cum vulgo communicarentur et cavillandi anſam illi praeberent. Adde his Chriſtian. Kortholdi diſſert. cui titulus: *Silentium ſacrum, ſeu de occultatione myſteriorum apud Veteres Chriſtianos Kiloniae* 1689. *in* 4. et Gebh. Meier *de Recondita vet. eccleſ. Theolog. et ſollemni ſacrorum profanis et nondum initiatis occultatione, Helmſtadii* 1691. 4*to.* Sic etiam ſub eccleſia oppreſſa, ubi dicere quae ſentiebant Chriſtianis non licebat, geſta Martyrum ob ſaevitiam Imperatorum furtivis notis et ſignis excipiebant notarii, quae omnia dein in mundum redigebantur. Primus hoc ſtatuit Clemens Papa, deinde Fabianus, ut refert Anaſtaſius et probatur ex Epiphanio *lib.* III. *contra haereſes* ubi libros ſuos ab Anatolio notis exceptos ſcribit, ab Hypatio vero Εἰς καλλὸς et in integram ſcripturam redactos, vide Inn. Cironii *Obſ. Jur. Canon. lib.* II. *c.* 6.

* Ad verbum omnia exſcripſit Nicolai *d. p.* 11. ne loca quidem ſeu capita addens. Eſt autem *c.* XI. *pro Murena.* Decepit hic Auctorem, et cum eo Nicolaum, ambiguus votis *Nota* ſignificatus: non enim intelligit hoc loco Cicero Notas ſeu literarum ſigna et ſiglas, ſed formulas actionum, quas

qui

Irati, inquit, *Jureconsulti, ne dierum ratione pervulgata et cognita, sine sua opera posset Lege agi, notas quasdam composuerunt, ut ipsi omnibus in rebus interessent.* Unde Manilius de Notario:

Hic Legum tabulas et condita Jura
Noverit, atque notis levibus pendentia verba,
Et licitum sciet et vetitum. *

In

qui non ad unguem cantaret, vel in una syllaba erraret tota causa cadebat. Sic rectius Jo. Graevius ad d. l. Et hoc suadent verba antecedentia: *Inventus est scriba quidam Cn. Flavius qui cornicum oculos confixerit, et singulis diebus ediscendos Fastos populo proposuerit et ab ipsis cautis Jurisconsultis eorum sapientiam compilarit.* Quae verba illustrant dicta in *L.* 2. §. 7. *D. de Orig. Jur. Postea cum Appius Claudius proposuisset*, i. e. composuisset Ampl. Bynkershoek in *Praeterm. ad d. L.* 2. *p.* 28. *et ad formam*, id est, ad modum et ordinem, Bynkersh. *d. l.* unde et *forma* vox agrimensorum, *redegisset has actiones: Cnaeus Flavius scriba ejus libertini filius surreptum librum populo tradidit: et adeo gratum fuit id munus populo, ut Tribunus plebis fieret, Senator et aedilis curulis.* Elegans est locus quo plagii literarii rei vulneratae suae causae patrocinari possint, licita plagia et grata esse debere, cum utilitatis publicae causa fiant, statuentes. At causa cadant vereor: non enim Cnaei Flavii sunt omnes, neque ferunt impune trasones illi, alienam gloriam verbis in se transferentes, quo vilissimo hominum genere nihil pejus terra alit. Eo tamen naevo laborant hodie, quod miraberis, JCti nominis alicujus, improbi Flavii imitatores, qui in primam Juris regulam, suum cuique, committunt. Tandem et formularum exempla a Cicerone mox subjecta, Auctorem nostrum meliora docere potuissent.

* Manilius IV. *vs.* 209. *sequ.* Juvabit hic consulere Merillium *lib.* V. *Obser. c.* 23. qui juris auditores jurejurando adactos fuisse scribit, ne artis suae arcana divulgarent, quod probat ex Themistio *Orat.* 4. in verbis: *dum in judicio*

In pecude vero, servis, et milite, stigmatum notae ad internoscendum inventae sunt; sicut et notae Grammaticorum seu posituraе, obeli et asterisci: in communi autem scriptione ad brevitatem et celeritatem, et secreti cautelam, ut notavit Joannes a Porta lib. I. cap. II. III. et IV. De brevitate, testatur Solinus cap. VI. narrans Iliadem totam notis scriptam adeo fuisse brevem, ut nucis unius testulis geminis tota clauderetur. Quo in artificio excelluisse Myrmecidem Mile-

 sium,

dicio honos petitur, qui in ingressu sacramenti offerri debuit. Verum fallitur Merillius, et loquitur sine dubio Themistius de juramento quod post quintum auspicati honoris diem in leges praestare debebant magistratus, Livius *lib.* XXXI. *c.* 50. Validius argumentum a Stoicis posset peti, de quibus ita scribit Clemens Alexandrinus *Strom. lib.* V. *Stoici dicunt, a Zenone primum esse quaedam conscripta, quae non facile permittunt legere discipulos, quorum non prius fuerit factum ab ipsis periculum, an germane ac sincere philosophentur.* At haec iterum nihil ad edictum praetoris, neque prohibentur discipuli evulgare philosophiae praecepta, sed secretiora legere vetantur, quae captum eorum superabant, donec specimina verae non simulatae philosophiae edidissent, quod omnino probandum et imitandum, ne nimium festinantes cruda studia in forum propellant. Denique ex idoneo Auctore nullo poterit probari Patricos, sacramento se obstrinxisse, de non evulganda Jurisprudentia, etsi verum sit sibi servasse civilem sapientiam, nec cum populo communicasse, unde gratissimum munus populo exhibuisse C. Flavium perhibet Pomponius in d. l. Humani demum quid patitur Alciatus *lib.* VIII. *Parerg. c.* 10. symbola *clausi et aperti Corporis Juris*, quae in Promotionibus Canditatorum sollemnibus adhiberi solent, eo referens, hoc symbolo admoneri dicens Juris Canditatos, privilegia Doctoralia petentes, ut indignis libros claudant nec secreta revelent, doctis autem bonisque pandant et aperiant; sed veriores horum symbolorum rationes adduxit Itterus de *Honor. Academic. c.* 7. §. 15. quibus perspectis, mystica illa Alciati explicatione facile carere possumus.

ſium, et Callicratidem Lacedaemonium, ſcribit Aelianus lib. I. Variar. hiſt. * quos fama fuit in ſeſamo (quod minutiſſimum genus eſt ſeminis, ſimile milio aut panico) diſtichon unum Elegiacum aureis literis ſcripſiſſe; ſed per notas et ſigna, inquit Henricus Salmuth. comment. in Pancirollum. Ingenioſius tamen Bauhuſius noſter lib. III. fol. 55. de Iliade ludit ad Paul. Palmerinum:

Iliadem magnam parva in nuce Paule videbis,
Haec duo ſi patiens carmina noſtra legis.
Atridae gemini, Laërtius, Hector, Achilles,
Aeneas, Priamus, Troja, Lacaena, Paris.
Ilias en nuce clauſa una eſt: niſi, Paule, negabis,
Aut hanc Iliadem, aut carmina noſtra nuces.

Celeritatem autem ſcribendi per notas refert Auſonius fuiſſe tantam, ut Notarii fere praeverterent dictantium verba, Epigram. CXXXVIII. †

Puer

* *Cap.* 17. Magis mirandum erit, quod de iis refert Plutarch. *lib. adv. Stoicos* διατυρνεύειν λέγονται ἐν σητάμα γράμμασιν ἔπη τοῦ Ομήρȣ, id eſt, non inſcripſiſſe literas iſtas ſtylo vel ſimili modo, ſed ſucciſa reliqua materia ita ſculpſiſſe ut extarent. Et in fragmento Athenaei a Caſaubono *lib.* XI. *Annot.c.* 4. edito, legimus: ἐνδόξȣς τορευτὰς fuiſſe Μυρμηκίδην τον Μιλήσιον καὶ καλλικράτην λάκωνα. Haec Schefferus ad d. l. Kuhnius vero Varronem *lib.* VI. *de L. L. obſcura* haec opera dixiſſe obſervat, id eſt, viſum fallentia, unde *ſetas nigras* illis ſolebant adhibere, ut diſtinctius viderent omnia, Plin. *lib.* VII. *c.* 21. et XXXVI. *c.* 5. Recte vero Aelianus ſapientem non probaturum hanc artem, Τι γὰρ dicit, ἄλλο ἐςὶ ταῦτα, ἢ χρόνου παραναλωμα; *Quid enim haec aliud ſunt, quam vana temporis jactura?*

† Adde Manil. IV, *vs.* 197.

Hic

Puer notarum praepetum
Sollers minister advola
Bipatens pugillar expedi, etc.
Evolvo libros uberes,
Instarque densae grandinis
Torrente lingua perstrepo.
Tibi nec aures ambigunt,
Nec aucupatur pagina,
Et mota parce dextera
Volat per aequor cereum.
Cum maxime nunc proloquor ,
Circumloquentis ambitu :

Hic et scriptor erit velox, cui litera verbum est,
Quique notis linguam superet, cursimque loquentis
Excipiat longas nova per compendia voces.

Addit ibi Mich. Fayus in *not.* ita Justinianum Imperatorem Institutiones suas scripsisse, quod verosimilius vix videri possit, cum ipse notas omnes severa sanctione *cap.* 21. ab auctore nostra adlata, ex Juris Corpore removeri jusserit. Pueri ejusmodi notas olim solebant addiscere ut velocius scribere valerent. Sic teste Prudentio Cassianus Martyr, magister literarum

Verba notis brevibus comprendere verba peritus.

Et Titus Imperator auctore Sueton. in *Tit. c.* 3. notis velocissime verba loquentis excipiebat. Exemplum tachygraphi singulare praebet Caspar Cruciper, Wittebergensis Theologus, qui tam velociter verba Lutheri Orationem habentis dominicam excipere poterat, ut ne verbulum quidem manum ejus effugeret, ceu ex Myconio in *Histor. Reformat. c.* 12. *p.* 47. refert Heumannus *Via ad Hist. literar. c.* 3. §. 10. *in not.* Utiliorem autem Tacheographiam esse Eruditis micrographia Camilli Spanochii, Senensis, in sensus incurrit. De illa vide Carol. Al. Ramsay in Tacheographia 1679. Lipsiae excusa, de Micrographia elegans carmen Caesaris Malvicini, Viterbiensis, quod Senis prodiit in lucem 1579.

Tu ſenſa noſtri pectoris
Vix dicta, jam ceris tenes, etc.
Et praepetis dextrae fuga
Me tu loquentem praevenis?
Quis, oro, quis dixit tibi
Quae cogitabam dicere?
Quae furta corde in intimo
Exercet ales dextera? etc.

Nec abſimiliter, ſed brevius Martial. lib. XIV. Epigram. CCII.

Currant verba licet, manus eſt velocior illis;
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Quae ſi forte ſint hyperbolice dicta, at ſaltem ſine ampullis et vento dicta ſunt illa Boëtii lib. v.

Ut quondam celeri ſtylo
Mos eſt aequore paginae, etc.

Illa Sidonii lib. IX. Epiſt. IX. *Tribuit et quoddam dictare celeranti ſcribarum ſequacitas ſaltuoſa compendium.* Illa Senecae ad Lucil. Epiſt. XC. *Celeritatem linguae manus ſequitur.* Illa Prudentii de Caſſiano:

Raptimque punctis dicta praepetibus ſequi.

Illa D. Hieronymi lib. III. comment. in Epiſt. ad Galat. *Notario dicto aut quidquid in buccam venerit; aut ſi paululum voluero cogitare, melius aliquid prolaturus, tunc me tacitus ille reprehendit, frontem rugat, manum contrahit, et ſe fruſtra adeſſe toto geſtu corporis conteſtatur.* Inſignis ſane, et percommoda ſcribendi velocitas: quam tamen quantacumque fuerit, dicendi copia atque impetu praevertit Prooereſius, qui (ut de eo narrat Eunapius) tanta celeritate perorabat, ut Notarios praecurreret; verbis tamen ita conceptis, ut ingenti omnium admiratione, eamdem quam ex tempore ha-

habuerat orationem, denuo absque omni hallucinatione integram recitaret. Omnium item etiamsi perniciſſimas manus retarduit Origenes Adimantius, qui ſeptem notarios viciſſim ſcribentes laſſabat; ut de eo ſcribit Euſebius lib. VI. cap. XVII.

Quod ultimum eſt hujus capitis, de notarum origine eſt; in qua, ut in literarum origine, video plerosque hallucinatos eſſe. Sane non ſcio quis ante Matthaeum noſtrum Raderum ea in re veritatem attigerit. Alii enim notarum inventionem Maecenati et ejus liberto Aquilae tribuunt; inter quos eſt Dio lib. LV. Ciceroni ſub tempus Catilinariae conjurationis Plutarchus aſſignat. Euſebius in Chronico adſcribit Tironi liberto Ciceronis: Seneca Mecaenatis et Ciceronis ſervis. Iſidorus lib. I. cap. XXI. et ex eo Porta libro I. de Notis furtiu. cap. III. Ennio ut primo auctori acceptas fert hujusmodi notas mille et centum; quas poſt auxerit Tiro, deinde Perſannius Philargyrus, et Aquila libertus Maecenatis, denique Annaeus Seneca; ita ut numerus excreverit ad quinque notarum millia. Ego, poſtquam expendere coepi illum verſiculum Davidis Pſal. XLIV. *Lingua mea calamus ſcribae velociter ſcribentis.* Poſtquam excutere coepi antiquitatem Hieroglyphicarum notarum, non aliud potui ſuſpicari, quam longe antiquius notarum originem eſſe indagandam. Neque tamen primus id audebam aperte affirmare, donec comperi Patrem noſtrum Raderum *, et

* Veriſſima haec videtur Raderi ſententia, quam et J. Nicolai in *d. Tr. c.* 4. ſuam fecit. Videntur autem notae, ut jam antea monui, mox poſt literas inventas coepiſſe, quae

et ex eo Patrem etiam Lorinum in Pſal. XLIV. id docuiſſe. Pretium operae erit audire Raderi verba: *Multis annis ante Ciceronem Judaea notarum videtur artem inveniſſe; captata ex Danielis interpretatione hujus compendii occaſione. Daniel enim illa caeleſti digito exarata verba, Mane, Thecel, Phares, ſic eſt interpretatus, ut ſingula verba ſingulas obſervarent orationis ſententias. Magiſtri ergo et Divinarum literarum interpretes genus inde interpretandi novum invenerunt, quod Cabbaliſticam appellarunt; qua non tantum ſententias et integras Scripturae divinae orationes explanant, ſed etiam ſyllabas, et ſingulas quasque literas ſeparatim expendentes, quaſi lateat in ſingulis aliquid myſterii, excutiunt*, etc. *Et conjectura eſt, hinc a Judaeis manaſſe rationem hac methodo non interpretandi tantum, ſed et ſcribendi.*

Igitur pro veriori hanc ſententiam amplectemur, donec a quopiam certius refutetur. Neque enim contigit mihi hucusque videre Octavianum Ferrarium, qui in Originibus ſuis Romanorum fertur quaedam de notis attigiſſe.

CAPUT XIX.

Quam varia notarum genera? ac primo, de notis ſervilibus ſeu ſtigmatibus Threiciis.

CAUSSAM accurate tractandi hanc materiam praebuit mihi Iſidorus libro primo, capitibus

quae poſtea per artem Hebraeorum Cabballiſticam, de qua vide Tentzelium in *Menſtruis Anni* 1698. *menſ. Jun. pag.* 530. Buxtorfium de *Abbreviaturis Hebraeor. p.* 31. et Jo. Morinum de *Antiquis Hebraeor. liter. ac ſiglis.*

bus XXI. XXII. XXIII. et ſequentibus, agens de variis generibus notarum.

Divido igitur notas in Serviles, Pecurias, Juridicas, Judiciarias, Suffragatorias, Cenſorias, Teſſerarias, Sortiarias, Grammaticas, Arithmeticas.

Serviles notae ſunt, quas Cicero Threicias appellat lib. II. Offic. * hoc eſt, ſtigmata ſeu ſigna quibus ſervorum vultus aut manus inurebantur, ut ſcribit Artemidorus libro primo Onirocrit. Threicias autem vocat; quia, etiamſi apud Thraces, ejusmodi notae erant inſigne nobilitatis, non ſervitutis, auctore Herodoto lib. V. † et Boëtio proſa

* *Cap.* VII. Thraicias dixit Cic. quia a Thracibus deſcendunt, ut mox ipſe Auctor, vide ad h. locum interpretes. Triplicis autem generis ſunt hae notae: aut enim honoris cauſa et ad pompam inurebantur, aut ad munera hominum diſtinguenda, aut denique in poenam. De ſingulis agemus in ſequentibus ſingulatim.

† Cui titulus *Terpſichore c.* VI. *pag. m.* 331. *punctas notis eſſe frontes*, ſcribit, *nobile judicatur: non eſſe notatas punctis, ignobile.* Valer. Max. *lib.* IX. *c.* 13. Ritus ille videtur ab Hebraeis originem trahere, vide Levitic XIX. *vs.* 28. Deuteron. XIV. *vs.* 1. J. Dougtaeus in *Analect. ſacris p.* I. *Exercit.* 28. *et Part.* 2. *Exerc.* 48. et J. Spencer. *lib.* II. *Rit. Sacror. c.* 4. *et c.* 13. Romani vero nomen domini ſtigmate ſervorum fronti inurebant, ut in tanto ſervorum copia, commode poſſent a dominis diſtingui, quo etiam adludit S. Ambroſius in *Oratione funebri* Valentiniano ſcripta: ubi *charactere domini inſcribuntur ſervuli, et nomine Imperatoris ſignantur milites.* Alia tandem ſtigmata ſervis, alia fugitivis, captivis, Fabricenſibus, Kalumniatoribus inuſta fuiſſe docebit J. Gothofredus *ad Cod. Theod. tit. de Poen. L.* 2. Adde de ſervilibus his notis C. Rhodiginum *Antiqu. lib.* IV. *c.* III. Sic Fabricenſibus non in poenam fuiſſe inuſtam notam con-

prosa IV. (quemadmodum et apud Dacos et Sarmatas, ut Plinius scribit lib. XXII. apud Britannos item, ut testatur Herodianus lib. III. qui tota corpora pungebant) tamen a Thracibus ad pistrinenses, ad ergastulos, et ad fugitivos venerunt, pro signo infamiae et probri. * • Vocantur hae

constat ex *L.* 3. *C. de Fabricens.* et Petro Ostermanno in *Commentario ad d. L.* 3. *Sect.* I. Vocantur ibi stigmata *notae publicae*, cujus ratio haec redditur, ut latitantes hoc modo possint agnosci, et operam declinantes ad publicae militiae sacramenta revocari. Pari ratione et Aquarii vel aquarum custodes, quos hydrophylacas nominabant, stigmate notabantur. *Singulis manibus eorum felici nomine pietatis nostro impresso signari decernimus*, ajunt Theodosius et Valentinianus *in L.* 10. *C. de Aquaeductu.* Ratio, *ne ad usus alios avellantur, vel angariarum vel operarum nomine teneantur.* Idem in militibus observabatur, Vegetius *lib.* II. *de Re milit. c.* 5. *Victuris in cute punctis milites scripti, et matriculis inscripti jurare solent.* et *lib.* I. *c.* 8. manibusque plerumque illa inurebantur, Cujac. *lib.* VII. *Observ. c.* 13. et Auctor infra. Eoque respicitur II *Timoth.* II. 3. *Apocal.* XIII. 16. vide Aloysium Novarinum *lib.* III. *Elect. sacror. c.* 14. Et sic hodie in vicinia cum militibus hodie agitur.

* Epigrammata servis fugitivis in signum infamiae fuisse inustum tralatitium est. Nota illa plerumque his literis exprimebatur: F. H. E. L. T. *fugitivus hic est Lucii Titii*, de quibus Oisel ad *Caji Instit.* I. I. 3 R. Forner. *lib.* IV. *Rer. quotid. c.* 26. aliique, citati apud Cl. Heineccium *Antiquit. Rom. ad Instit. lib.* I. *tit.* IV. §. XI. *in not.* Adde J. Nerium *lib.* 37. *Analect. c.* 36. I. P. Faber *lib.* II. *Semestr. c.* 5. Abrogata vero per Constantinum Stigmatum inustione in *l.* 17. *C. de Poen.* collaria fugitivis circumdabantur vel laminae collis adpensae, quibus epigrammata inscribebantur, quod ex Sponii Miscell. *Erud. Antiq. p.* 300. probat Heineccius. d. l. At cur ita quaeris, et quid opus collariis, cum dominum non fugeret vitium servi et delictum? Silent interpretes. Sed palam est ratio, scilicet, ut dubia servi fides omnibus innotesceret, signumque hoc infamiae reli-

hac notae diversimode apud diversos. Apud Senecam I. de Tranquill. *serviles literae*; apud Boëtium libro I. Ciceronem II. Offic. Ausonium epist. XV. Valerium Maximum lib. VI. cap. VIII. vocantur *notae*. Plinius in Panegyr. cap. XXXV. vocat *notas et puncta*. Vocantur *stigmata* a Suetonio in Caligula cap. XXVII. a Seneca lib. IV. de Benef. a Quinctiliano lib. VII. cap. IV. a Justiniano Leg. III. de fabricens. lib. XI. a Scribonio Largo cap. CCXXXI. ab Herodiano lib. VII. Columella in Hort. appellat *signa fororum*, vel, ut ingeniose Scaliger, *signa fugarum*. Similiter hinc servi nominantur *stigmatiae* a Nonio et Cicerone, item *notis compuncti*. στιγῶνες καὶ στιγματίαι a Polluce lib. III. cap. VIII. de Servis. *Varii attagenes* ab Aristophane in avibus, propter maculas, opinor; sicut *Istriani* a more gentis illius quae se punctis inurebat, inquit Caelius lib. VIII. cap. XXXI. et *populus Samiorum*, Σαμίων ὁ δῆμος, apud Suidam ex Aristophane, quia, inquit Suidas, dicunt Samios ab Atheniensibus captos noctua, Athenienses vero a Samiis samena (hoc est, biremis vel numi charactere) a Syracusiis autem equi imagine fuisse compunctos: sicut hodieque fures insignibus urbium, in quibus plectuntur. * Ex quibus

reliquos a fuga deterreret, et ne vitium celaretur emtori, si servus aliquando venderetur, *L. I. D. de Aedilit. Edict.* Probe tamen nota haec infamiae erit distinguenda a charactere domini, quo plerumque omnes inurebantur, quod paulo ante ex Ambrosio probavi, quodque iterum non satis adcurate explicarunt interpretes.

* Nonnumquam et ipsum facinus, quod perpetraverant in

bus apparet, triplicis fere generis fuiſſe haſce ſerviles notas; nimirum vel puncta, vel imagines, vel literas. De literis enim Seneca ſupra laudatus; *Serviles literas*, et hinc *ſcribere* apud Ulpianum, eſt *notam inurere*, in Inſtit. tit. I. et Leg. XVII. Cod. de poen. ut Briſſonius obſervat lib. de ſignific. verb. et, *quatuor inſcripti*, apud Martialem: *Vultus ſcriptus*, apud Auſonium et Plinium. *Inſcripta ergaſtula*, apud Juvenalem Sat. XIV. *Literati*, apud Plautum et Apulejum. *Caelati*, apud Propertium lib. IV. Adeoque literis illis cauſticis, crimen ipſum vulgo exprimebatur. Plato VIII. de Legibus: *Si quis ſacrilegium commiſerit*, etc. *In facie manibusque crimen inſcriptus, et flagellatus, extra fines patrios projiciatur.* Et quidem non paucis literis; ſed quandoque perſcribebatur crimen per totum

in facie et manibus inurebatur. Addamus loca ab Auctore praetermiſſa. Ita de ſervis facinoroſis et ſacrilegis legem tulit Plato *lib.* IX. *de Legib. pag.* 923. ut ſervus in ſacrilego deprehenſus *ἐν τῷ προσώπῳ καὶ ταῖς χερσὶ γραφεὶς τὴν συμφορὰν καὶ μαστιγωθεὶς*, *facinore in facie ac manibus ipſius literis inuſto verberetur et nudus extra fines pellatur.* Et hinc cognomen ſervi cujusdam ΣΤΙΓΜΑΤΙΟΥ ex Luciano probat Brodaeus *Miſcellan.* IV. *c.* 24. Gruter. in *Theſaur. Critic. p.* 524. Sic Syracuſani in Athenienſes bello captos ſaevientes tanquam mancipia illos vendebant, ΣΤΙΖΟΤΕΣ *ἵππον εἰς τὸ μέτωπον*, *equi ſigno eorum frontem ſtigmatizantes*, Plutarchus in *Nicia T.* I. *Oper. pag.* 542. Athenienſibus vice verſa eamdem infamiae notam inuſſerunt Samii, teſte Plutarcho in *Pericle Tom.* I. *Oper. p.* 166. ΕΣΤΙΖΟΝ *εἰς τὸ μέτωπον γλαῦκας*, *Athenienſium captivorum frontem inſcripſerunt noctua.* Sic in Gallia eorum fronti, qui Regia ſigna adulterarunt liliatum cauterium inuritur, ne admiſſi facinoris memoria, quamdiu ſint, intereat, vide Langlaeum *lib.* X. *Semeſtrium c.* 2. et Gudelinum de *Jur. noviſſ. lib.* V. *c.* 15.

totum vultum. Petronius in Satyr. *Implevit Eumolpus frontem utriusque ingentibus literis, et notum fugitivorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit.* Erat id Epigramma forte hujusmodi, inquit Lipsius: *Cave a fugitivo.* * Ita quoque Zonaras III. Annalium, duos monachos (quod liberius Theophilum Imperatorem monuissent) Epigrammate duodecim versuum conscriptos fuisse narrat. Et D. Ambrosius lib. de Virginit. refert, *juvenem quendam cum propter admirandam oris pulchritudinem, in amorem incenderet feminas, vultum exarasse stigmatibus, ne qua eum amare posset.* Quamquam communius, non totae sententiae, sed singulae tantum literae imprimebantur; ut K, Kalumniatoribus; ita enim olim Kalumniam scribebant, ut Lipsius observat II. Elect. cap. XV. Et de hac Kalumniatoria nota Cicero pro Rosc. Amerin. † *Crura quidem nemo vobis suffringet;* N *sed*

* Meliora dabit J. Nicolai *de Siglis c.* 49. Illustrat haec jocus Ausonii in Pergamum, scriptorem fugitivum, *Epigr.* XV.

Tam segnis scriptor, quam lentus, Pergame, cursor
Fugisti et primo captus es in stadio.
Ergo notas scripto tolerasti, Pergame vultu:
Et quae neglexit dextera, frons patitur.

† *C.* 19. *et* 20. *in fin.* Literatis hominibus opponuntur homines *integrae frontis* ut Papinianus illos vocat eleganter in *L.* 13. *D. de Testib.* ad quam vide Cl. Ottonem in *Vita Papiniani c.* VII. §. 2. *pag.* 87. Casaubon. ad Sueton. *Aug. c.* 31. Jure Canonico falsariis quoque character aliquis inuritur, qui et provinciam simul abjurare tenentur *cap. ad audientiam* X. *de Crim. falsi* Rittershusius *Different. Jur. Civil. et Canon. lib.* VI. *c.* 8. et ita in Gallia poenam hanc fuisse exsecutam

ſed ſi ego hos bene noui, literam eam cui vos usque eo inimici eſtis, etc. *Ita vehementer affigent ad caput.* Quem locum egregie explicat Turnebus. Ita D, delatoribus, T, furibus apud Lucianum *, et Polyd. Virgilium lib. XXVI. Hiſtor. Angl. qui ſcribit ab Henrico VII. eſſe ſtatutum, ut furibus (qui *Theefe* vocantur) T. inureretur in palma ſiniſtrae manus ſub pollice: homicidis vero (quos appellant *Murdure*) M. quam conſuetudinem docet a Gallis eſſe ſumptam. At ego, ſi primam originem quaerimus, ſcio eam manaſſe a Syris, qui ſtigmata manibus aut cervicibus, non frontibus inurebant; ut narrat Lucianus in Dea Syria; et hanc manuum inſcriptionem, inter poenas omnes, ſolam retinuit Conſtantinus Imperator, vetita vultus inuſtione, ſic ſcribens ad Eumelium: *Si quis*, etc. *fuerit pro criminum qualitate damnatus, minime in ejus facie ſcribatur, dum et in manibus et in ſuris poſſit poena damnationis una ſcriptione comprehendi; quo facies, quae ad pulchritudinis coeleſtis ſimilitudinem eſt figurata, minime maculetur.* Leg.

tam docet Jacob. Gothofred. ad *tit. Cod. Th. de Poen. ad L.* 2. quam et Saxones in idem crimen, ſi caſus non capitalis eſſet, ſtatuerunt, Gloſſa *Weichbildi Jur. Saxon. art.* 38. Schneidewin. *ad §. fin. Inſt. de Obl. quae ex delict. num. fin.* Sic et olim in ludum vel in metallum damnati, qui ſervi poenae fiebant, Stigmate notabantur, Sueton. in *Caeſar. c.* 73. Martial. VI. *Epigr.* 64. *vs.* 26.

* Apud Hiſpanos litera Q. ſeu ut alii volunt numerus binarius 2. bigamis inurebatur, Covarruvias de *Matrimonio p.* II. *Oper. c.* 7. §. 7. *n.* 11. et ſacrilegis ferro ignito ad ſignum crucis ſignum ſignabatur in labiis, Oſterman. *ad d. l. in fin.* Memorabile exemplum de milite ingrato refert Seneca *lib.* IV. *c.* 37. et 38.

Leg. 11. de poen. Cod. Theodos. * Sed hanc piam sane Constantini Legem antiquavit Theophilus Iconoclasta, inustis denuo vultibus sanctorum martyrum Theophanis et Theodori, ut refert Cedre-

N 2 nus

* Rationem alii inde repetunt, quia homo hac in corporis parte cetera animantia praecellit, Ovid. *lib.* 1. *Metam. vs.* 84.

Pronaque cum spectent, animalia cetera terram
Os homini sublime dedit, coelumque videre
Jussit et erectos ad sidera tollere vultus.

Frigide sane; per stigma enim non impeditur quo minus erecto vultu coelum intueri possit. Neque absimilis est huic, Constantini illa ratio in *d. l.* 20. quamque jam rejecerunt alii apud Anton. Matthaeum de *Crimin. lib.* XLVIII. *tit.* 18. *n.* 11. nam et reliqua membra hac ratione ad effigiem coelestem formata esse, dicendum foret. Jocularia autem est illa Groenewegii ratio *de LL. abrog. pag.* 756. *d. l.* 17. *C. de Poen.* in favorem praegnantium et obviorum esse abrogatam, scribentis. Verum hoc fit ex accidenti, et hoc pacto quilibet nequam, qui petulantia sua cicatrices in facie meruit, mulierculis officere posset. Meliora etiam experientia potuisset docere Groenewegium. Nusquam enim frequentius quam his in oris facies cultro deformatas conspicimus, quarum tamen cicatrices numquam in liberali infantum facie deprehendere datur. Potius est dicamus; improprie locutum fuisse Imperatorem, scilicet animae praestantiam respexisse illum, quae ad similitudinem Numinis summi formata potissimum in facie elucescit. Ceterum Ulpianus jam suo tempore vetitum fuisse usufructuario tradit, servum cicatricibus deformare in *L.* 17. *D. de Usufr.* Primus autem Constantinus penitus illam poenam abolevit, locum ei assignans in manibus et suris. Repetiit hanc constitutionem Theodosius in Cod. suo tit. de Poenis et Justinianus in *L.* 17. *C. de Poen.* movitque forsan eos pius zelus et tristis infamiae macula, in parte corporis praestantissima expressa. Hodie plerumque fit in dorso. Malas tamen nonnumquam cultro incidi, quod loco stigmatis est, instar poenae talionis, occulatus fui testis. Antiqua vero inustionis poena per Nemesin Carolinam penitus abrogata est, Constit. *Crimin. Caroli* V. *art.* 131.

nus CCCCLXVII. Verum ut illud obiter addam; non ſervis modo aut reis, ſed etiam militibus aliquando, et ſacris etiam hominibus hujusmodi literae fuere inuſtae. De militibus Aëtius lib. VIII. capite XII. Στίγματα καλȣ̃σι τὰ ἐπὶ τȣ̃ προσώπου ἢ ἄλλȣ τινὸς μέρȣς τȣ̃ σώματος ἐπιγραφόμενα, οἷα τῶν ϛρατευομένων ἐν ταῖς χερσί. Et Vegetius lib. I. cap. VIII. *Sed non ſtatim punctis ſignorum ſcribendus eſt tiro.* libro II. cap. V. *Nam victuris in cute punctis milites ſcripti.* Quae puncta Lipſius lib. I. De milit. cap. ultimo, ait fuiſſe notas nominis Imperatorii, ex teſtimon. Chryſoſt. ex Cod. de Aquae duct. et Cod. de Fabric. quas omnes auctoritates in eam rem antea attulit Turnebus libro XXIV. cap. XII. De ſacris hominibus auctor eſt Prudentius: *

Quid cum ſacrandus accipit ſphragitidas?
Acies minutas inſerunt fornacibus,
His membra pergunt urere; utque igniuerint,
Quamcumque partem corporis feruens nota
Stigmarit, hanc ſic conſecratam praedicant.

Porro

* Tales notae inurebantur ſacris daemonum initiandis σιδήρῳ πεπυρωμένῳ, ferro ignito, πρὸς ἀνεξάλειτον διαμενὴν, ne poſſent deleri, ait Philo Judaeus de Apoſtatis ſui Seculi *lib.* I. *de Monarchia pag.* 879. Id feciſſe olim Carpocratianos apud Irenaeum *lib.* I. *c.* 24. legimus: *Cauteriantes ſuos diſcipulos in poſterioribus partibus extantiae dextrae auris.* Et Epiphanius *Tom* II. *Opp. lib.* I. §. 5. *p.* 106. *ſolent Carpocratiani, quos ad ſuam ſectam fraudulenter pellexerint, candente ferro, vel novacula vel acu notam quandam ad imam auriculam imprimere.* Eoque reſpicit lex divina *Levit.* XIX. *vs* 28. *Apocal.* XIII. *vs.* 16. ibique H. Grotius, Spencerus ſupra allegatus. Horum ad imitationem Diabolum quoque notas inprimere ſagis refert M. Delrio in *Disquiſit. Magic. lib.* II. *qu.* 21. et late Oſtermann. in *Comment. Jurid. ad L.* 3. *C. de Fabricenſib.*

Porro hoc ſupplicii genus Seneca lib. III. de Ira, cap. III. vocat *Inſcriptionem frontis*. Ferrum vero quo fiebat inſcriptio, Palladius et Hippocr. καυτῆρα appellant, Lucianus et Plutarchus λαυτήριον. Notam ipſam inuſtam Plato in Timaeo, ἔγκαυμα: unde ἐγκαυστοὶ apud Martialem libro IV. Epigr. XLVII. apud Athenaeum lib. III. ſub fin. ex poëta quodam Aſio, de Cniſoloecho:

Claudus, notis compunctus ac inuſtus.

et lib. VI. ex Diphilo:

Inuſtam punctis frontem capillo obuelat.

apud Valerium Max. lib. VI. cap. VIII. *Servus, inexpiabili nota per ſummam oris contumeliam inuſtus.* apud Juvenalem: *

Uritur ardenti duo propter lintea ferro.

Denique poſt inuſtionem, atramentum ſubinde cauſticis ſulcis infundebatur. Ita apud Zonaram ſupra; monachis illis non ſolum Jambi inuſti, ſed et atramentum in notas infuſum eſt; quemadmodum et fugitivis illis in Satyr. Petronii. † Quae res forte originem habet ab uſtoria arte, ſeu καυστικῇ, qua pictores omnicolorem ceram liquefactam in ſtrias infundunt, dum pingunt; auctoribus Plinio lib. XXXV. cap. XI. et Varrone libro III. de re Ruſtica, cap. XVII. et Ovidio III. Faſtorum:

Quique moves caelum, tabulasque coloribus uris.

IV. Faſtorum:

N 3 Et

* *Satyr.* XIV. *vs.* 22.

† C. XIX. ubi: *venalitium titulis pictum.* Deinde collo adligari ſolebant laminae ſeu collaria, de quibus paulo ante.

Et picta coloribus ustis
Caelestem matrem concava puppis habet.

Anacreonte item:

Si fert et ipsa cera,
Unguenta pinge olentes.

Unde hoc artificium κηρογραφίαν appellat Callixen. apud Athenaeum lib. v. et Turneb. lib. VIII. capite IX. *Cauteria*, inquit, *sunt, quibus pictores olim ceris pingentes, picturam tabularum inurebant.* Vide eumdem lib. XXIV. cap. XVII. lib. XXIX. cap. XIII. et Isidorum lib. XX. cap. ultimo; qui characterem coloratum vocat, stylum ipsum ustorium. Monet autem Raderus noster in Martial. lib. IV. Epigram. XXXVI. hoc picturae genus in navibus, *nec sole, nec sale, nec vento corrumpi.*

CAPUT XX.

De notis pecudum.

Ut hominibus ad poenam aut notitiam, ita etiam pecudibus ad internoscendum eas inscriptae notae.

Signare, ait Festus, *significat, etiam pecora signis notare*, alibi: *Dignorant, signa imponunt, ut fieri solet in pecoribus.* Ubi sic Scaliger: *Glossarium, dicorat*, διαγινώσκει; *lege dicnorat.* Ita Naevias etiam apud Priscianum lib. VII.

Signare oportet frontem calda forcipe.

Calpurnius in Bucolicis: *

Im-

* *Ecl.* V. *vs.* 84. ibique Titium, qui ad librum suum hic alle-

Impressurus oui tua nomina.
Virgilius I. Georgic. *
Aut pecori signum, aut numeros impressit acervis.
et III. Georgic. †
Continuoque notas et nomina gentis inurunt.
Anacreon:
Equi solent inustum
Coxis habere signum.

Meminit ejusdem ritus ex Ariano Titius lib. VII. loc. cap. XX. docens, *Sibas Judorum gentem consuevisse bubus clavae notam inurere, in Herculis memoriam, qui illuc penetravit.* Et huc spectavit Ausonius in Alexandria, ut notat Scaliger:
Illa Seleucum
Nuncupat, ingenuum cujus fuit amphora signum,
Qualis inusta solet generis nota certa.

Ubi ingenuum signum (quod est a natura scilicet inditum) opponit signo inusto. ‡

allegatum: *Locor. Controv. et Affection.* pro Athenaeo et Suida adversus Yvonem conscriptum, ibi provocat. Huc etiam referas illud Gratii Falisci *Cynegetic. vs.* 496.
Restat equos finire notis.
ubi Cl. Burmannus adnotat, notas esse, quibus omnes res et etiam inter se equi distinguuntur, Ovid. I. *Metam. vs.* 761.
Ede notam tanti generis.

* *Vs.* 263. ubi Servius observat, *numeros* pro literis poni, quibus numeri continentur.

† *Vs.* 158. Adde Jo. Nicolai *de Siglis Veter. c. ult.* ubi Auctori nostro, cujus ne miminit quidem pauca adjecit.

‡ Probe tamen distinguendae esse videntur hae notae ab ipsis titulis, quibus res venales omnes ornabantur: Pa-

am

Suidas, prope Phasidem, narrat equis solitam inuri Phasianam avem; et Sisyphum quendam solitum ungulis suorum animalium, singulas literas in-

lam enim et recte vitia servorum, rerum venalium, inprimis patria, artes, aetates, et quae plura, in illis exprimenda erant. De hoc titulo ita Gellius *lib.* IV. *c.* 2. *Titulus servorum singulorum, ut scriptus sit curato, ita ut intelligi recte possit, quid morbi vitiique cuique sit. quis fugitivus, errore sit, noxaevae solutus non sit.* Eleganter observat Ranchinus *lib.* I. *Var. lect. c.* 4. non esse integrum hoc edicti caput apud Gellium, ex *L.* I. §. I. *D. de Aedilit. Edict.* lacunam ita supplendo: *Qui mancipia vendunt titulus servorum* etc. vocem autem *curato* mox corrigit in *curanto* ut relativo *Qui* respondeat. Ex suo etiam addidisse Pandectarum architectos, ait, verba *d. l.* I. *Certiores faciant emtores.* Sic autem legendum foret: *Qui titulos* etc. *ut scripti sint curanto.* De ipsis denique titulis singulorum servorum vide Barnab. Brisson. *lib.* IV. *Formul. p.* 492. *sequ.* et de aliis titulis venditionum Idem *pag.* 496. Cl. Heineccius *Antiq. Rom. ad Instit. lib.* III. *pag.* 126. P. Duirsema *lib.* I. *Conject. Jur. civ. c.* 9. Guib. Costanus *Conjectan. c.* 13. Neque abundat vox *palam in d. l.* I. etsi Gellius *d. l.* τὸ *recte* tantum exhibeat, quod et apud Fleetwoodtium in *Sylloq. inscript.* solum legitur, quidquid etiam Brissonius *lib.* VI. de *Formul. pag.* 536. et *lib.* I. *Antiq. Rom. c.* 9. contradixerit, cui satisfecit jam Ampliss. Bynkershoek *ad L. Lecta c.* 4. Adde de his titulis Cl. Burman ad Petron. *Sat. c.* 83. *p.* 412. et Eundem ad verba: *c.* 29. *Venatilium titulis pictum.* Videtur primum humaniores domini, qui nolebant frontem maculare servorum, maluisse tabulis manifestare vitia, quod magis firmarunt Aedilium edicta, vide quae ad illustrationem hujus rei adfert Petr. Scriverius in *Anecdot. pag.* 4. 5. quae vir Cl. A. H. Westerhovius, bono publico prelo nuper comisit. De tabulis, amphoris vini adpendi solitis, Juvenal. *Satyr.* V. *vs.* 33.

Aut de
Setinis, cujus patriam titulumque senectus
Delevit multa veteris fuligine testae:

ibique allegatus Erodaeus *lib.* I. *Miscell. c.* 3.

inscribere. Athenaeus item libro xi. ex Aristophane in Nubibus scribit equos, quibus Σ inscriptum erat, vocatos σαμφόρας: sicut et ab eodem equi vocantur κοππατίαι, quibus κόππα seu κάππα inurebantur; ut referunt Caelius et Stephanus ex Eustathio et Hesychio. Sed hunc utrumque et illos item falli, vere ostendit Scaliger in Notis Eusebianis, ex Alphabeto Ionico vetere, et Phoenicio; ubi post literam Π, hae notae, non literae, ϡ Ϡ: ἐπίσημον σάνπι, vel Σάν Πῖ, vel ἀντισίγμα Πῖ; vel ἐπίσημον ἐννεακόσια. Haec enim nota, ϡ, nongenta significat; a qua equi quibus ea inusta, vocantur σαμπόραι καὶ σαμφόραι, vel σάπφοραι, quemadmodum et κοππατίαι, quibus Kophe seu Kappa inustum; non autem καππατίαι: Κόππα enim et Κάππα valde distant.

Instrumentum quo notae hae imprimebantur, Caelius ait vocatum esse τρυσίππιον, vel ἵππου τροχὸν, quod erat velut rotula, quae candens malis equorum inurebantur. Isidorus lib. xx. ultimo capite vocat χαρακτῆρα, *et ferrum coloratum, quo pecudibus notae inuruntur.* Sed et victimae immolandae cultro notabantur in fronte, ut Scaliger scribit epist. postuma ad Puteanum; unde Herodotus et Diodorus ἀσφράγιστον vocant victimam, cujus frons nondum cultro signata est.

CAPUT XXI.

De notis Jureconsultorum.

SCRIPSIT de hoc argumento libellum integrum Magno * ad Carolum Regem, his versibus dedicatum:

Haec Juris σημεῖα lubens Rex accipe Carle,
Offert devotus quae tibi Magno tuus.

Non est instituti mei huc adferre earum exempla; qui volet, ad libellum illum adeat, quem simul cum veteribus Grammaticis excusum nuper uno Tomo ediderunt quidam de literis benemeriti. Illud tantum moneo, bono fuisse fine eas notas inventas, sed in Jurisprudentiae libris longe perniciosius quam in ullis aliis disciplinis usurpatas, quorundam Leguleiorum fraude rem optimam pessime avertente. Tot enim, temporis successu, ex hisce notis earumque auguranda significatione extitere circumventiones, ut Justinianus Imperator Lege sanxerit, ne quis iis omnino in Jure uteretur, sed omnia perscriberentur. †

Lib.

* Fuit hic Magno Archiepiscopus Senonensis tempore Caroli M. cujus adnotationes ad Notas JCtorum cum Valerio Probo aliisque edidit in Cod. Theodos. Cujacius. Prodierunt etiam Lugduni Batavorum in 8. 1599. Et in *Collect. Grammatic. Vet.* Aeliae Putschii *Francofurti in 4to* 1605. vid. P. Labbe *Bibliothec. Bibliothecarum, in Mantissa. pag.* 375. De reliquis, qui passim notas Juridicas explicarunt vidimus supra *pag.* 168. adde Isidorum *lib.* 1. *Orig. c.* 21. 22. 23. et Montfaucon. *lib.* IV. *Palaeogr. c.* 4.

† Meretur hoc caput paulo plenius explicari, nec ab omni-

Lib. 1. Cod. titul. 17. de veteri jure enucleando, Lege

omnibus forsan jam dicta aut ubivis obvia illi adjungi. JCtis *notare* et notas scribere saepe est dissentientium sententias et diversarum sectarum opiniones, juris supplendi, adjuvandi, limitandi, extendendi et inprobandi caussa addere. Ejusmodi notarum exempla in Jure nostro sunt infinita, haud raro magnam difficultatem provocantia, inprimis si nomina Dissentientium, non distincta sint ab Auctoribus ipsis, quibus adjectae sunt notae, vide Anton. Augustin. *lib.* 1. *Emendat. c.* 6. Et quam caute in ipsis illis notis sit procedendum eleganter observat Ampliss. Bynkershoek *lib.* III. *Obs. c.* 6. illud Pauli *Immo* in *L. ult. ad L. Rhodiam* pro exceptione, non ut alii, pro nota accipiendum esse docens. Saepius ejusmodi notas ex verbis *Sed*, *Tamen*, *Verius est*, *Hoc Jure utimur*, et quae plura, hariolari debemus. Immo cum plerique non ad veritatis indaginem sed ad rationis suae modum notas proferre solerent *L. ult. C. de Apellat.* mirum haud erit Theodosium et Valentinianum Ulpiani et Pauli ad Papinianaeam Jurisprudentiam notas, ut cavillatorias et a vero alienas infirmasse, *L. unic. C. Th. de Resp. Prudent.* quas tamen prudenter revocavit Justinianus in *L.* 1. §. 6. *C. de Veter. Jur. enucl.* Toto vero coelo ab illis differunt notae hic memoratae, quas etsi severe prohibuerit Justinianus, tanti tamen non fuit apud Notarios ejus auctoritas, quin ipsum Archetypum notis illis numerorum et verborum, praecipue in titulis de *Leg. et SCtis*, licet parcissime alias, conspurcaverint, certissimo indicio, exemplar illud Florentinum nec Justiniani neque Tribuniani aetate esse conscriptum, Ant. Augustin. *lib.* 1. *Emend. c.* 1. Taurellus in *Praef. Pand.* Meruit praeclare de Notis hisce et Siglis Vir Amplissimus Henr. Brencmannus in *Historia Pandect. lib.* II. *c.* 3. Ex quo libro eleganti nec forsan ab omnibus perlecto, pauca quaedam in compendio hic adscribere lubet. Differentiam primum observat Vir Amplissimus inter Notas, Sigla, Abbreviaturas et Monogrammata et Contignationes literarum, per notas quoscunque characteres intelligens, sive signa praeter literas; per sigla singula elementa, seu literas singulares initiales, quaeque confundi cum notis sibi videtur Justinianus in Const. ante

D. Tan-

Lege prima: *Ne per scripturam aliqua fiat in posterum*

D. Tanta §. 17. qua in re, pace Viri celeberrimi, dissensus mei rationes *pag.* 174. exposui. Per abbreviaturas intelligit voces contractas, sive sint plutes unius dictionis literae, sive initiales, sive praecipuae, quae plerumque cum Siglis confunduntur. Ab his differunt Monogrammata ubi omnes quidem literae adsunt, ductuum vero compendium fit, et quaedam literae coalescentes duplici munere funguntur. His fere similes sunt contignationes literarum quae in fine et medio vocum, rarissime in principio adparent, hunc in finem inventae, ut versus intra assignata spatia consisterent. Proprie tamen in illis non est scribendi compendium, cum solummodo litera literae superstruatur. Sigla vero seu singulares literas nullas superesse tradit Vir Ampl. in Corpore Florentino, neque Abbreviaturas, praeterquam quod rarissime *id* pro *idem* et *n.* pro *non*, aut quid simile occurrat. Item in titulo de *Leg.* abbreviatio vocis *καὶ* et in *L.* 13. eod. *edm.* pro *edictum* in inscriptione nota numeralis 1. pro *primo*. Frequentius autem cifrae sub tit. de LL. et alibi reperiuntur, quod exemplis docet *L. ult. ad Sct. Trebell. L.* 25. *de Hered. inst. L.* 6. *de Confess. L.* 16. *de Legation. L.* 6. de *Censibus*. Praeter ea non agnoscit plura Vir amplissimus in toto exemplari, et hae nihilominus cifrae plerumque in margine vel supra ipsas notas numerarias integris literis expressae sunt. Major seges est in Monogrammatibus e. g. pro *nt* simplex N. majusculum superducta linea, pro *us* majusculum U superducta iterum linea diphtongi conjunctim exaratae, aliaque quae non offendunt, neque abbreviationibus, sed integrae potius scripturae adscribenda sunt, cum locus et forma tantum literarum mutetur. Videntur etiam, ut supra jam monui, pro lubitu librarii ejusmodi monogrammata invenisse, quod eleganti exemplo ex ampl. Brencman. *p.* 122. potest confirmari, qui librarium unum *lib.* xx. *D.* describentem, praecipue literam *o* per compendium superposuisse observat, e. gr. in voce *pignori*, scribendo : *PIGN* (with o above) et sequenti versiculo *RI.* immo in *L.* 31. *de Pignor. et hypothecis* N (with o above) pro non. Quod ad lineam in fine versuum pro N. et M. super-

sterum dubitatio, *jubemus non per siglorum captiones*, et

perscriptam attinet, putat Vir Cl. ex deductiore forma τῆς N fuisse ortam, ne altitudine interstitia versuum offendat, unde et linea illa nonnunquam cum initio et extremitate pinguioribus conspicitur, id est, hamatis sive capitatis. Hoc denique proprium esse Exemplari nostro observat, *quod ubi M. ea ratione suppletur punctum in medio subjicitur*, —̣— *tanquam i contractum quod medium ejus literae pedem referat*, quod nusquam nisi in Virgilio Mediceo observasse se scribit. Ant. Augustinus *lib.* 11. *Emend. c.* 2. perpetuo in libris Florentinis factum fuisse animadvertit; hunc in finem Diomedis Grammatici locum adducens: *Veteres librarii extremis versiculorum verbis eam lineam addebant, quod neque locus M. aut N literam caperet, neque dividi syllabarum literae deberent.* Multis exemplis hoc probavit A. Augustinus *d. l.* in vocibus *defensuiri*, *datuiri*, *praestatuiri*, *restituiri*, pro defensum iri, datum iri, et sic porro, usum hujus contignationis ostendens: in illis autem vocibus linea non erat superscripta. Unde recentioris librarii esse conjicit Augustinus, qui inscite in *L.* 38. §. 2. *D. de Verbor. Obl.* voce *daturi* super literam *u* lineam duxerit. Alia quae recentiorem spirant librariorum manum ex computatione quaternionum, quae a tit. de *Just. et Jur.* demum incipit; et ex Theologica abbreviatione ΘΥΗΜΩΝΙΗΥΧΥ pro θεȣ̃ ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃; item ex nota 9 pro *con* voce *conveniendis* in inscript. tit. de *Administr. et peric. tit.* observat Brencmannus *d. l. p.* 126. Neque demum culpari possunt librarii, quod notas numerales initio singulorum quaternionum ad calcem paginae introrsus subjecerint ordinis causa et ne confunderentur nondum ligato Codice. De nota τȣ̃ R. quae Rubricis utrimque apponitur putat Cl. Brencman. *p.* 127. a Correctoribus duplex illud R. R. esse profectum et notare, vel *Relectum*, *Recognitum*, *Revisum*, aut quod potius videtur, *Rubricam*, quia literae hae aeque minio sunt consignatae. Haec ad uberiorem hujus capitis intellectum ex Brencmanno excerpere lubuit. De Literis R R. autem examinandum restat, num forsan notae sint Correctorum seu Grammaticorum, notantes: *rubricam requirendam*: sic enim solebant spatia vacua

et compendiosa aenigmata (quae multas per se et per suum vitium antinomias induxerunt) ejusdem Codicis textum conscribi, etiamsi numerus librorum significetur, aut aliud quidquam. Nec enim haec per specialia sigla numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari concedimus. Et eodem titulo Leg. 2. *Eamdem poenam falsitatis constituimus adversus eos qui in posterum Leges nostras per siglorum obscuritates ausi fuerint conscribere. Omnia enim, id est, et nomina prudentium, et titulos, et librorum numeros, per consequentiam literarum volumus, non per sigla manifestari; ita ut qui talem librum comparavit, in quo sigla posita sunt, in quocumque loco libri vel voluminis, sciat inutilis se esse codicis dominum: neque enim licentiam aperimus ex tali codice in Judicium aliquid recitari, qui in quacumque sui parte siglorum habet malitiam*, etc. Quod etiam ante Justinianum in Oriente sancitum a Basilio Imperatore lib. II. Juris Oriental. num. II. titul.

Περὶ

cua, ubi indagine opus erat, litera R. supplere, quae notabat requirendum esse; hinc saepius litera R. in veteribus libris occurrit, quae olim margini addita, mox inscitia librariorum in contextum abiit. Ita in omnibus MSctis Plinii *lib.* IX. 17. legitur: *Asinius Celer e Consularibus, hoc pisce prodigus*; Cajo *Principe anum mercatus R.* VIII. *mullum*; ubi nemo non videt illud R in contextum invito Correctore irrepsisse, qui requirendum esse adnotaverat, de quo genere nummorum illud VIII. intelligendum esset; Sestertii enim nomen deest, Salmas. in *Tertull. de Pall. p.* 452. Ceterum geminatum illud R R. sollemnis quoque nota erat actuum apud veteres, rationes relatas significans, Festus: *R duobus compluribus orationibus, cum de actis disseritur, etiam praescribi solet, id est, rationum relatarum, quod iis tabulis docentur judices quae publice data, atque accepta sint.*

Περὶ τῶν σημείων τῶν ἀριθμῶν. Ubi imperat loco notarum arithmeticarum, reponi literas quas etiam rustici facile legere possent. Qua Lege ferenda quam bene de posteris meriti sint Imperatores, ita commendat Foquelinus, titul. Instit. de Vulg. substit. *Quis, si ejusmodi velut stigmatum notis deformatos Juris veteris libros Justinianus ad nos transmisisset, earum sese laqueis expedire potuisset? aut quis illis reddendis exprimendisque litium altercationumque finis fuisset; cum in earum interpretatione Tribonianus ipse frequenter haesisse deprehendatur?* id quod praeter Foquelinum multis exemplis demonstrat Joannes Thomas Freisius in ep. Pand. *

Plane

* Cui ergo bono tot conjecturae ex Notis et Siglis, si vel notae in Corpore Florentino nullae supersint, teste Ampl. Brencmanno *d. l. p.* 120. Veterum scripta aenigmatibus illis scatuere respondeo, quae cum excerperent Pandectarum archytecti, nec notas satis intelligerent, saepe haeserunt in illarum explicatione, ambigua, dubia, immo et incerta nobis obtrudentes, prout commodum sensum inde producere potuerunt. Quid? Notarum illa difficultas videtur sane rigidam illam constitutionem Justiniani provocasse, in futurum ut nugis illis supersedere posset posteritas. Neque primus hoc videtur constituisse Justinianus: nam vetus jam erat formula: *Unde de plano recte legi possit*, quae etiam in *L.* 11. *D. de Inst. act.* reperitur. Qui autem recte poterat legere, quod per notas, quarum ingens jam Senecae tempore erat numerus, scriptum erat? Immo Cujacius *lib.* VII. *Obs. c.* 20. ex fragmento legis antiquae in aes incisae, quae in Bibliotheca regia Gall. reperitur, haec verba refert: APUD. FORUM PALAM. UNDE DE. PLANO. RECTE. LEGI. PONITUR. PROSCRIPTAM. HABUERINT. Extenderunt hoc interpretes pariter Veteres ad testamenta, quae notis aut signis conscribere Justinianus aeque vetuit *Nov.* 107. *c.* 1. *Auth. quod Sine C. de Testam.* quod jam ante Justinianum usu

obti-

Plane ut non inſcite Italus quidam Piovaeno Ar-
[illegible] loto,
[illegible]

obtinuiſſe conſtat ex *L. 6. §. ult. D. de Bon. poſſ.* qua ne quidem bonorum poſſeſſio jure praetorio dabatur ex tabulis notis conſcriptis, niſi vulgares eſſent et omnibus perſpicuae, Gothofr. ad *d. l. 6. lit.* Q. Pancirolus *Var. lect.* *c.* 30. Cujacius *lib.* III. *Obſ. c.* 3. Et ſolis militibus notis ſcribere teſtamenta ſua indulgetur in *L.* 40. *pr. D. de Milit. teſt.* dummodo ſint notae perceptu faciles et vulgares, item probetur, Notario ſuo notis ſcribendum dictitaſſe, vide Ant. Faber *lib.* XV. *Conjectur.* 19. qui Tribunianiſmum in d. l. deprehendit. Exemplar ejusmodi militaris teſtamenti notis conſcripti, Sempronii Tucidani cujusdam militis, ex libro: *Epigrammata antiqua urbis* refert Waltherus in *Miſcellaneis lib.* II. *c.* XI. in quo enucleando ingenii vires poſt Waltherum explorare datur. Inſignem itaque Notae illae veterum adhuc hodie Juris Interpretibus utilitatem praeſtant, quod paſſim exemplis in obſervationibus ſuis pulchre probavit Cujacius. Sic in *L.* 7. *D. de Capit. diminut.* ex Notis E. H. Q. J. J. A. P. P. D. quas forſan invenit Tribunianus in ſcriptis Veterum, hanc ſententiam effinxit; Exceptis his quae in Jure alieno perſonis poſitis deferuntur; rectius vero Cujacius *lib.* IX. *Obſ. cap.* 17. *num.* 15. illas exponit: *exceptis his quae in Jure agnationis proximis potiſſimum deferuntur.* Sic ex Notis S C. quas *Senatus conſultum* explicarunt Pandectarum conditores in §. 4. *Inſtit. Qui et ex quib. cauſ.* melius formavit: *ſententiam conſtitutionis lib.* IV. *Obſerv. c.* 31. Sic et in *L.* 8. *D. Quib. et a quib. manum.* ubi ex notis F. C. eruit Tribunianus *fideicommiſſi cauſſa* elegantius ſcripſit: *fraudandorum creditorum cauſa d. c.* 31. Alium errorem ex Siglis dedit *lib.* IX. *Obſ. c.* 16 Contra et notas pro non notis accepiſſe Tribunianum probat Idem Cujac. *lib.* I. *Obſ. c.* 22. *L.* 8. *de Verb. Oblig.* pro *Ad conditionem* legens: *Et licet Ante Diem conditio committi videtur*, a Mercatore hanc ob emendationem reprehenſus, quem ſatis acerbe excepit in *Not. ad Animadverſ. Cujac. lib.* III. *c.* 28. Hujus veſtigia trivere et alii haud impari ſaepe conatu. Sic Bernh. Waltherus in *Miſcellan. lib.* II. *c.* 6. pro notis A. A. A. F. F. in *L.* 2. §. 30. *D. de Orig. Jur.* ex quibus Tribunianus ſcripſit: *Aeris argenti auri Flatores;* ſubſti-

loto, in facetiis vulgari lingua editis (cum in Pro-
O ver-

ſubſtituit *Aeris*, *argenti*, *auri*, *Flandi*, *feriundi*. Satis feliciter, vide Bernh. Henr. Reinoldum *Varior. Jur. Civ. c.* XI. *et c.* XXXV. et Ampliſſ. Bynkershoek ad *Pomponii L.* 2. §. 38. *de Orig. Jur. pag.* 50. Ita Jac. Raevardus *Protrib. c.* 13. Tribunianum non notas pro notis accepiſſe in *L. unic. §. 2. D. de Offic. Conſ.* conjicit, ſed fruſtra, obſervante Conſult. Hermanno Noordkerk, amico noſtro, *c.* I. *Obſerv.* qui *d. l.* et mox *cap. ſequ. L.* 19. *D. de Ritu nupt.* ope Notarum, aliter ut hactenus factum, eleganter explicavit. Habes clariſſima utilitatis, ex Notis veterum ad JCtos redundantis, ſpecimina. His adde, ſi lubet, quae Pancirolus *lib.* II. *Var. lect. c.* 34. *ad L.* 10. *D. de L. Rhod. de jactu* et contra hunc Ampl. Bynkersh. *lib.* III. *Obſ. c.* 12. *pag.* 271. Petr. Faber *lib.* I. *Semeſtr. c.* 13. *in fin.* ad *L.* 57. *D. de judic.* quae tamen Ampl. Bynkershoek *lib.* II. *Obſ. c.* 23. jam refutavit. Forner. *lib.* III. *Rer. quotid. c.* 2. *et* 3. Forſter. I. *Obſervat. c.* 21. Gu. Beſt. *Rat. emend. leges c.* I. *ſect.* 12. Cl. Noodt *lib.* I. *Probab. c.* 6. *lib.* II. *c.* 4. 5. *et* 10. *lib.* III. *c.* 3. 5. *lib.* IV. *c.* 4. 6. et alibi paſſim. Ampl. Bynkershoek *ad Pompon. L.* 2. §. 4. *D. de Orig. Jur.* et *lib.* I. *Obſerv. c.* 23. *et lib.* IV. *c.* 19. aliique ex Siglis illis obſervarunt. Cavendum tamen ſedulo, ne nimius vetuſtatis amor et Notarum ingenioſa ſcrupoloſitas in devia nos deducat: In tantam enim exemplorum ſegetem ſi quis falcem criticam immittere tentaret, haberet, unde elegantem tractatum de Siglis notisve, prudenter vel male Legum explicationi adhibitis, formare poſſet. Regulae inprimis ſequentes obſervandae erunt criticis: primum ut Notae illae fuerint in uſu, ſecundo potuiſſe hac in illarum expoſitione errare Juris conditores; tertio, ut integrae formulae nec mutato literarum ordine in Siglis lateant, cum tranſpoſita haud raro alium ſenſum producant, et quarto, eumdem ſignificatum per Sigla olim fuiſſe expreſſum, quem interpretatione noſtra propoſuimus, oſtendendum erit. Belle has regulas illuſtravit Noordkerkius noſter in allegata Obſervatione. Ultimum et poſt ſeveram Juſtiniani ſanctionem manſit penes librarios illud cacoethes ſcribendi per notas, adeo ut nec ipſae Novellae Juſtiniani fata candidiora exper-

verbium abiisset, *Et cetera Notariorum*) rogatus, quid quotidie Deum oraret? responderit, orare se quotidie tria: Primo, *Seignor mio, guardate me da furia de villani.* Secundo, *Da guazambaglio di Medici.* Tertio, *Da gli et cetera de Notai.* Notarii enim per unam aliquam hujusmodi notam, etc. res saepe significant diversissimas; ut apparet ex lepidissima illa historia, quam Rutilius in vita Rutilii Jureconsulti narrat his verbis: *Scaurus absolutus crimine ambitus, in Rutilii accusatoris sui tabulis ostendit has literas,* A. F. P. R. *easque sic interpretabatur, Actum Fide Publii Rutilii. Rutilius contra, sic: Ante factum, Post Relatum. C. Cannius vero, qui Rutilio aderat, exclamavit neutrum significari; sed illud: Aemilius Fecit, Plectitur Rutilius.*

expertae fuerint: insignem enim errorem ex Notis S. M. S. commissum esse in latina versione, nempe *Sanctae Mariae Sanso*, cum legendum: *Sanctae memoriae Samso*, secundum Novell. 59. adnotavit Nicol. Aleman. in *Notis ad Procopii Anecd. pag.* 9. et ex illo Mabillonius *de Re diplomat. lib.* III. *c.* 6. §. 7. Claudat hunc tractatum quaestio, num semel confirmato Codice Justiniano et Tribuniani auctoritate in constituenda Juris prudentia, Siglorum notarumque explicationes ad emendandam corrigendamve Juirsprudentiam facere aliquid possint. Vix est ut hoc in arduis negotiis admitterent alii, ad jus certum et semel confirmatum, jure provocantes. Juvabunt itaque potissimum quod ad explicationem antiquitatis, cujus veneranda senectus tot eruditas nugas produxit, meque vel invitum ad hanc notam in commodum forsan Juris Studiosorum hic adscriptam, deduxit. Datur tandem inde cernere, qua ratione bonas interpretationis regulas subverterit Tribunianus, et antinomiarum cumulum, saepe et dissonantiam inreparabilem auxerit foveritque, qua de re plura vide apud Jac. Chr. Thomasium in *Naevis Jurisprud. praefat.* §. 6.

tilius. * Cui addenda eſt gemina illa Aeſopi divinatio ex literis cippo inſcriptis, ter ingenioſiſſime variata, ut ſcribit Planudes in ejus vita. Quemadmodum et illud Sibyllinum, *Salua Populum Quem Rede-*

O 2 *miſti*;

* Rutilius in *Vita Rutilii c.* 31. *pag.* 108. *edit. J. C. Franquii.* Hiſtoria petita eſt ex Cicerone *lib.* II. *de Orat. c.* 69. quem ſiluerunt omnes. Neque deſunt exempla ſimilia ubi Oedipo in-interprete opus habemus. Neque defuerunt, paſſim qui lucem illis adtulerunt, pluribusque exemplis firmarunt. Sic rectius notas A.A. quae apud Valerium Probum mendoſe exponuntur, *bonam actionem* explicat Gv. Fornerius *lib.* I. *Select. c.* 16. *bonorum auctionem*, ſeu *auctionarium.* Idem notas apud Probum *A. A. V. ambo alterve* locis veterum parallelis belle confirmat *lib.* I. *Select. c.* 7. quas plenius filius ejus Radulph. Fornerius *lib.* III. *Rer. quotid. c.* 3. expoſuit. Quis literam G. quam variis Reſcriptis Principum, incuria librariorum irrepſiſſe olim credebat Gutherius, *Geſta* ſignificare divinaſſet, niſi ipſe Gutherius *lib.* I. *de Offic. dom. Aug. c.* 36. *in fin.* feliciter, ut putem, hoc enodaſſet, confirmatus *L. fin. C. de Re jud.* ubi: *Geſta quae ſunt translata in publica monumenta, perpetuam habent firmitatem*, quemadmodum et in Appellationibus Geſta cum relatione praeſtantur *L.* 24. *C. de Appellat.* Quot cruces figerent conjecturasque provocarent interpretum notae illae *N. P.* in archetypo Florentino, niſi Brencmannus *lib.* II. *Hiſt. Pandect c.* 6. *in fin.* nodum ſolviſſet, voluiſſe his literis monere librarios, parcendum eſſe nominibus propriis, docens. Mittam alia, quae ſupra jam occupavimus. Satis de antiquis JCtorum notis; quae multas legum antinomias apud ſeculum prius excitarunt. Neque deſunt noſtris adhuc temporibus Eruditi, qui morem priſcum per notas et abbreviaturas ſcribendi, non ſine ſummo rei literariae detrimento aemulantur. Quot nugas ex Politiani notis parum intellectis pro ingenii ſui modulo effinxit Bologninus ex Anton. Auguſtino *lib.* IV. *Emend. c.* 16. diſcimus: *Nam neque Politianus*, inquit, *diligentiſſimus fuit, neque quae ille ſibi ſoli deſcribebat* NOTIS *quibusdam, quales quisque ſuas frequentes habet, Ludovicus Bologninus, homo neque natura acutus, neque inſtitutione eruditus ſatis, et Graecarum literarum expers, deſcripſit, ut oportuit.* Adde Cl. Fr. Otton. Menckenium, amicum noſtrum multisque nominibus mihi colendum in *Vita Ang. Politiani* §. 15. *in notis*

misti; tandem ad Romanam Rempublicam est translatum hac formula: *Senatui Populo Que Romano*. Quanto autem damno et periculo in re praesertim pecuniaria fuerit usus notarum, vel illo apophthegmate manifestum est, quod Macrobius inter jocos Augusti refert lib. II. Saturnal. his verbis: *Solebat Licinius libertus ejus inchoanti opera patrono magnas pecunias conferre: quem morem secutus, centum promisit per libellum, in quo virgulae superductae pars ultra pecuniae defectionem protendebatur, vacante infra loco. Caesar occasione usus, priori alterum centies sua manu junxit, spatio diligenter expleto, et affectata literae similitudine; geminatamque accepit summam, dissimulante liberto: qui postea coepto alio opere, leniter factum suum Caesari objecit, libello tali dato: Confero tibi, domine, ad novi operis impensam quod videbitur.* *

Porro etiamsi severissime notarum usu Jureconsultis a Justiniano Caesare fuit interdictum; non tamen illud umquam effici potuit, ut duae illae notae ff. et Ꝧ a Jurisprudentiae libris exularent. Prima apud nostros Jureconsultos significat Digesta, vel etiam Pandectas, inquiunt Joan. Corass. lib. v. Miscel. Jur. cap. xv. et Alciatus, † qui

* Macrobius *lib.* II. *c.* 4. circa finem, vide quae supra adnotavi, ubi de incommodis Notarum latius *pag.* 179.

† Alciatus *lib.* III. *Dispunct.* *c.* 16. Barthius *lib.* II. *Adversar.* *c.* 17. *in fin.* *PP.* ait, *veteris Romanae scripturae quo geminato numerus dualitatis in vocabulo Pandectarum significabatur olim, primum minoribus PP. scriptum esse, deinde concrevisse in alterum illum characterem, qui ductu facilior sit minus-*

qui refert apud veteres pro hac nostra nota ff. solitum scribi hoc siglum π͂, π cum accentu circumflexo ͂; unde tandem formatum ab indoctis librariolis ff. Digesta autem eodem Pandectarum siglo fuisse significata, quod Latini olim Digesta, Pandectarum nomine complectebantur. At anonymus quidam interpres Joannis a Porta scribit Digestorum notam, antiquitus non fuisse π͂, sed Ꝺ, vel Ꝺ, Delta confixum veru curvo, vel linea recta; quales visuntur in nummis. Notam autem illam neotericam ff corruptam esse non non ex π͂, sed ex θ, qua litera notabant Themata Juris, ut ea vocari coeperunt, postquam a Constantino Romani Imperii sedes translata est in Orientem, indeque orta Jurisprudentia Graeca.

CAPUT XXII.

De notis Judiciariis.

In gravioribus caussis Judices non pronuntiabant sententiam de tabulis, sed eam in iis notabant, teste Ascon. in Divin. Verrin. *Singuli*, inquit, *Judices sententiam de tabula pronuntiarunt in*

minusque laboriosus. Et ita quoque Waltherus *lib.* II. *Miscellan. c.* 4. Cotta a duplici FF. derivat. Alii aliter, quos inter omnium optime Cujacius *lib.* XII. *Obs. c.* 40. librariorum hoc fuisse inventum adserens. De ipsa Pandectarum et Digestorum epigraphe, et quod recte Tribunianus graeco titulo usus fuerit, exemplo Ulpiani et Modestini vide Josephum Nerium *lib.* I. *Analect. c.* 37. ubi et rationem adlegandi LL. per Digestum primum, secundum etc. pro *L.* I. 2. ex Eustathio observat.

in levioribus caussis; et ob id neque nota, neque custode opus fuit. * Item docet Sigon. lib. II. de Judic.

* Elegantius haec illustrantur ex Asconio Pediano III. in Verrem: *Inter comperendinationem et ampliationem hoc interest, quod comperendinatio ex una tantum re dabatur, cum causam judex non intelligeret, et omnino, si videbatur judicibus bona causa, absolvebant reum, si mala non statim damnabant, sed hac excusatione parcebant. Nam cum condemnandi nota esset C. litera, absolvendi A; ampliandi signum NL. dabant, quo significabant* NON LIQUERE; *unde Ampliatio nascebatur.* Ex more vero antiquo judiciorum judices in formulam illam jurare tenebantur: *Non liquere*, et hoc pacto judices delecti, in causa forsan amici et reliqua, munere judicandi se poterant excusare. Cicero in Cluentiana: *Homines*, inquit, *sapientes ex veteri illa judiciorum disciplina, qui neque absolvere hominem nocentissimum possint, neque eum de quo orta esset suspicio pecunia oppugnatum re incognita condemnare nolent:* NON LIQUERE, *dixerunt.* Seneca *Epist.* 8. *Aut fer sententiam, aut quod facilius in ejusmodi rebus est*, NEGA TIBI LIQUERE. Faciunt haec ad illustrationem *L.* 36. *D. de Re judic. Pomponius lib.* 37. *ad Edictum scribit: Si uni ex pluribus judicibus, de liberali causa cognoscenti, de re non liqueat, ceteri autem consentiant, si is* JURAVERIT SIBI NON LIQUERE, *eo quiescente ceteros, qui consentiant, sententiam proferre: quia etsi dissentiret, plurium sententia obtineret.* Origo hujus formulae videtur repetenda esse a Glaucia, qui teste Cicerone in Verrem, primus tulit: *ut comperendinaretur reus antea, vel judicari prima poterat, vel amplius.* Ampliare autem est verbum forense, significatque interloqui vel sententiam differre, quum causa esset obscura et judex pronunciaret: sibi non liquere. Late de differentia ampliationis et comperendinationis egit Marcellus Donatus *Dilucid.* in *Tit. Livium c.* 46. *Tom.* VI. *Thes. Critic. Gruteri.* Videsis etiam de hac formula Phaedr. I. *fab.* 10. ibique Rittersh. et Rigalt. *et* III. *fab.* 10. *vs.* 41. inde humana illa vox JCtorum et judicum *videri sibi, ita esse, vel non esse*, quam formulam etiam in jure certo et explorato adhibere solebant, *L.* 17. §. 1. *D. de Lib. caus.* vide Cujacium *lib.* III. *Observ.*

dic. cap. XXII. *Praetor Judicibus tabellas dabat, et ut sententiam ferrent, in concilium mittebat. Mittere autem in concilium, erat, jubere illos ad urnas ire, atque in eas, tabellas sententiam continentes conjicere. Urnae vero, sive cistae, tot fuerunt, quot Judicum ordines qui judicarunt: tres quidem cum omnes adhibiti sunt; una Senatorum, altera Equitum, tertia Tribunorum aerariorum. Tabellae vero*

 quae

Observ. c. 26. et Duarenum *lib.* II. *Disput. anniv. c.* II. Et ipse praetor sententia ex tabellis cognita pronunciabat: *videri aliquem aliquid fecisse, vel videri jure fecisse*, Cicer. *Lucull. vers. fin.* Denique nihil ut supersit antiquitatis, rationem hujus juramenti: sibi non liquere, repetamus a juramento judicum, quod omnes sive majores sive minores, antequam munus judicandi susciperent praestare debebant, ex praescripto *L.* 14 *C. de judic. omnimodo sese cum veritate et legum observatione judicium esse disposituros*, vide Virum generosissimum Theod. Regner. de Bassen, fautorem et amicum meum et bene de me meritum, in *Tract. de Jurejur. c.* IV. § 8. *p.* 175. ubi eleganter, et ut solet, docte de juramento judicum. Inde potuisset illustrare *Dissert. suam de jurejurando*, Abbas Massieu a in *Memoires de Literature tom.* V. *qui pag.* 28. docet, judices fuisse obstrictos in quacunque causa juramentum illud de novo praestare, quod si verum sit: nullam enim auctoritatem illi placuit addere, mirum non est, in causa sibi dubia jurato testatos fuisse judices, sibi non liquere: quo enim negotio aliquid coeperat, eodem etiam modo debebat finiri. Coronidis loco cogites, annon recte huic juramento opponi possit illud Ulpiani in *L.* 18. *D. de Jurej. liquido jurare*, quam phrasin JCtorum belle illustrat Cl. A. H. Westerhovius ad *Terent. Andr. Act* IV. *Scen.* III. *vs.* 14. Merito hinc laudanda est Gellii relligio, qui nolebat condemnare de moribus, sed de probationibus rei gestae, *ut absolvere*, inquit, *tamen inducere in animum non quivi, et propterea juravi mihi non liquere, atque ita judicatu illo solutus sum.* Prolixe ad d. l. Phil. Carol. in *Lucubrat. ad Gell.* probat, jurasse judices antequam sententiam dicebant.

quae datae erant Judicibus quarum unam in urnam mitterent, erant tres: una absolutionis, altera condemnationis, tertia ampliationis; eaeque omnes ceratae erant. Nota absolutionis fuit A. *condemnationis*, C. *ampliationis*, N. L. *Non liquet*. *

Igitur

* Spectant huc Leges tabellariae, quibus populus non viva voce, ut olim, quod seditionem turbasque saepe provocabat, sed tabellis, suffragia in Comitiis ferebat. Harum prima lata erat ab A. Gabinio Tribuno pleb. A. U. C. DCXIV. ne quis inspiceret tabellam, ne rogaret, ne adpellaret, Cic. de *Leg.* III. 16. Altera lata est biennio post a L. Cassio, Tribuno Pleb. Cic. de *Amic.* XII. et de *Leg.* III. 16. Exstat hujus legis monumentum in nummo Gentis Cassiae, ubi civis tabellam litera A. notatam cistae inmittens conspicitur. Tertia fuit Lex Papiria a C. Papirio Carbone, Trib. Pleb. lata A. U. C. DCXXI. Cic. *de Leg.* III. 16. Inprimis notanda est lex Coelii Caldi Trib. quam illustrat nummus, in quo literae *L. D.* id est, *libero, damno*, pro Cassianorum *absolvo, condemno*, inveniuntur, Patinus de *Famil. Roman. pag.* 79. A comitiis transiit tabella ad judicia, et tempore J. Caesaris in consilio auctor fuit L. Domitius, ut ternae tabellae darentur adjudicandum. *Unam fore tabellam, qui liberandos omni periculo censerent; alteram qui capitis damnarent; tertiam qui pecunia multarent.* Solebant tabellae illae dari ab eo, qui quaestioni praeerat, Sueton. *Alleg. loco c.* 33. causam illarum prodit Cicero *pro Rab. Post. c.* 5. *Tabella est quae dat potestatem, occultat libidinem, cujus conscientia nihil est, quod quisquam timeat, si non pertimescat suam.* At ne sic quidem strophis praecludebatur via: sequestres enim corrumpendis judicibus adpositi, discoloribus ceris insignitas tabellas illis dabant, unde scire poterant, a quo conjecta esset tabella. Sic Hortensius in causa Verris repetundarum rei fecit, Cic. in *Verr. Polletus. For. Rom.* V. 8. Augustinus de *Legib. pag.* 64. 118. Interim notandus est error Catanaei ad *Epistol. Plin. lib.* III. *ep.* 20. putantis, veteres non scripto, seu per literas tabellae insculptas, sed puncto in tabella expresso suffragia dedisse, quem in finem allegat Cicer. *pro Plancio c.* 22.

sub

Igitur hae tres praecipuae Judicum notae, nam Suetonius praeter hasce tres tabellas scribit capite XXXIII. ab Augusto, *cum de falso testamento ageretur, non tantum damnatoriam et absolutoriam cognoscentibus datam esse; sed tertiam quoque, qua ignoscebatur iis quos fraude ad signandum vel errore inductos constitisset.* Cujus tabellae nota non potuit fuisse ulla ex praecedentibus, sed fuerit fortasse I. id est, Ignosco. * Crinitus etiam lib. VI. cap.

O 5 VI.

sub fin. et Horat. in *Arte Poet. vs.* 343. *Omne tulit punctum.* id est, omnium tribuum suffragia habet. Verum est, puncta nonnumquam pro suffragiis sumi apud Ciceron. *pro Murena c.* 34. *Quantum hae quaestiones in Senatu habitae* PUNCTORUM *nobis, Servi, detraxerint. Tuscul.* II. *qui haec olim* PUNCTIS *singulis colligebant.* Sidonius *Paneg. Anthemii sive Carm.* 2. 20.

Te PUNCTIS *scripsere tribus*

Idem I. *ep. ult. sub fin. cui si examinis tui quoque* PUNCTA *tribuantur*, ibique Savaronius. At suffragia in tabellis puncto nudo notatis tulisse veteres, ex idoneo scriptore vix ostendi poterit. Et qua ratione Cic. pro Plancio potuit adludere ad morem antiquum, cum suo tempore LL. tabellariae in usu quotidiano erant? Hoc scio, custodes ex equestri ordine tabellas in comitiis eduxisse, et punctis in alia tabella notatis sententias singulorum notasse. Et sic etiam Turnebus ad Cicer. *de Leg. Agrar. c.* II. *p. m.* 345. *edit. Graev. Tabella dabatur a diribitoribus pop. suffragium ferenti; in qua notis erant omnia, ut opinor, candidatorum nomina scripta, quorum ratio habebatur.* Et mox: *ad eorum nomina, quos facerent* PUNCTA NOTABANT: *quos non facerent, non notabant.* Denique num consultius sit tabellis suffragia colligere quam viva voce, in eo disputant Plin. *lib.* III. *ep.* 20. et Cic. *de Leg. c.* 15. 16. Idem *lib.* III. *ep.* 12. *Eo magis mirandum*, inquit, *nullam ne in tabellae quidem latebra fuisse absconditam malevolentiam quae te impugnare auderet.*

* Novam hic fovet sententiam Auctor, quae verosimilis vide-

vi. scribit θ et κ fuisse etiam condemnationis notas; nam κ Graecum, est Latinorum C, significans καταδικάζειν, quamquam Britannicus Persii commentator scribit κ fuisse notam absolutionis, et significasse καλὸν, id est, pulchrum. θ autem significat θάνατον, id est, mortem. Unde Martialis lib. vii. Epig. xxxvi.

Nosti mortiferum Praetoris Castrice signum,
Est operae pretium discere Theta novum.

et Ausonius in Eunum Epigram. cxx.

Misello doctor, κ tibi sit obscoeno:
Tuumque nomen Theta sectilis signet.

Ubi Scaliger: κ *erat signum suspendii, refert enim laqueum collo involutum:* θ, *litera condemnatoria. Quin et in castris militem ex cohorte morte dispunctum, haec nota significabat.* Quod postremum Isidorus scribit libro i. Etymolog. * addens e contrario

videtur. Certe non poterant esse notae N. L. non liquere, ut plerumque interpretes illas explicare solent, quia sic nihil novi adjecisset Augustus: quippe quae tunc temporis jam in usu fuisse videtur; secundo ampliatoria illa erat nota, qua dubitationem tantum indicabant: haec vero remissoria, seu ut Beroaldus illam vocat, *ignotoria*. Tertio nota N. L. jurejurando praestito interponebatur: sibi non constare, seque dubitare de causa, litisque periculo; hic vero constabat, ad signandum fraude vel errore inductos fuisse. Nemo autem veterum, quod scio, notam illam remissoriam indicavit.

* Isidor. *lib. i. Origin. c. 24. Scripsit in breviculis militum, eos qui praelio superessent, T. litera notari solitos, ut contra eos qui cecidissent lit* Θ. Confirmat hoc Rufinus *Invect.* ii. *Quod tale esset, quasi quis accepto breviculo, in quo militum nomina continentur, nitatur inspicere, quanti ex militibus supersint quanti in bello occiderint. Et requirens qui inspicere missus est, pro-*

trario per T. in militia significari superstitem, sicut mortuum per θ. Quare Romanis sospitalis litera erat T, quam Tribuni plebis, auctore Valerio Maximo, Senatusconsultis, quorum ipsi aut popu-

propriam notam verbi causa, ut dici solet Θ ad unius cujusque defuncti nomen adscribat; T. propria rursus nota superstitem. Sic pro *et propria* legit Joan Rutgersius *lib.* v. *Variar. lect. c.* 17. *T. propria*, qui pariter rationem hujus literae Θ a voce τηρέω conservo, derivat, contra Golzium aliosque V. literam, id est *vivus*, substituentes. At rectius, ut videtur rem explicavit Reinesius *lib.* I. *Var. lect. c.* 7. verosimile vix esse dicens, Romanos diversis literis ex Graecia et Latio petitis, uno in lapide et breviculo fuisse usos, cum ipsi haberent literas M. et V. quibus mortuum et vivum consignarent. Verius itaque sibi videri literam Υ graecam seu initium vocis Υ'γιὴς id est, *salvus*, literae Θ opposuisse Isidorum; illamque demissis cornibus in T. formasse inperitos librarios. Calculum meretur haec sententia, eo magis quod illud Graecorum Υ et Latinorum V. simili figura in lapidibus occurrant, quae non capiebant librarii. De ratione vero literae Θ cur illa militum albo fuerit adjecta, cum nihil adnotaverit Rutgersius, ex Lipsio *Dial. de Recta pronunciat. L. L. c.* 14. et Montfauconii *Diario Italico p.* 5. *c.* I, illam supplere possumus, scilicet, quod in voce Θάνατος mors, litera Θ esset prima. Militum vero nomina ex albo non delebantur, quia per gloriam perpetuo vivere credebantur. Hinc forsan est, ut in breviculis militum juxta occisorum nomina litera Θ cujus in medio quasi telum, mortis instrumentum, seu cor dissectum adparet; juxta superstitum vero nomina felix litera Υ. poneretur. Sic non officiebatur mortuorum gloriae per deletionem nominis, nec superstitum virtuti aliquid detrahebatur, indice illius literae Υ adposito. Alia hac de re dixi in *Memor. Propagata c.* VI. §. 9. *pag.* 447. quibus addi poterit lex sacrata militaris: *ne cujus militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleretur*, lata a Dictatore M. Valerio Corvino A. U. C. 414. C. Mario Rutilo IV. Q. Servilio Ahala Coss. vide Livium *lib.* VII. §. 41.

populus fundus factus erat, subscribebant. * Erat et felix litera apud Hebraeos, ut constat ex Ezechielis cap. IX. *Omnem super quem videbitis Tau, ne occidatis.* † De quo videndi, D. Hieronymus in

* Val. Max. *Lib.* II. *c.* 2. §. 7. *Itaque veteribus*, inquit, *Senatusconsultis T. litera subscribi solebat: eaque nota significabatur, illa Tribunos quoque censuisse.* Significat ergo litera T. hoc loco Tribunos, quod postea nomen, teste Probo in *Notis*, per duas literas TR. expresserunt librarii et lapides. Per hunc vero locum minime probabit Auctor sospitalem fuisse literam T. Contra infelicem fuisse literam T. nominibus eorum praefixam, qui supplicio erant destinati, probat Persius *Satyr.* IV. *vs.* 13.

Et potis es nigrum vitio praefigere theta

et Sidonius Apollinar. in Hendecasyllabo ad Magnum Felicem:

Isti qui valet exarationi
Districtum bonus applicare Theta

Ratio cur illa ad mortem condemnatis adponeretur est, ceu supra dixi, quia prima erat litera vocis Θάνατος, vel quia cordis dissecti figuram refert. Hinc Ausonius ad *Eunum. Epigr.* 128.

Miselle Doctor ϡ Tibi sit obscoeno
Tuumque nomen Θ SECTILIS signet.

ubi Scaliger literam ϡ signum suspendii esse adnotat, quia laqueum collo involutum refert. Tolerari tamen Auctoris sententia potest, si literam T. pro cruce interpreteris, cujus ad similitudinem cruces antiquitus fabricatae sunt, Lucian. *in Jud. Vocal.* apud Jo. Dougthaeum *in Analect. Sacr.* *P.* II. *Excurs.* 104. *pag.* 156.

† Est versiculus 4. et 6. neque ibi mentio fit literae Tau, ut vult Auctor, sed signi frontibus insigniti. Tertullianus vero *contra Marcion.* III. 22. quem secuti sunt alii, primus hunc locum ita intellexit; *Haec*, inquit, *est litera Graecorum Tau, nostra autem T. species crucis.* quasi salute non possent gaudere gementes nisi per crucem, at videtis multum disputantes Auctores apud Matth. Polum in *Synopsi Critic. Bibl. ad d. vers.* 4. *Ezech.* Splendidae videntur

in eum locum et in c. LIX. Gretzerus cap. LI. de Cruce; Foquelin. ad IV. Satyr Persii, Brodaeus lib. I. et Christianus aevi nostri Martialis, qui ita cecinit lib. III. Epigrammatum, pag. 58.

Infelix multis Theta est; mihi litera felix,
Si θάνατον *scribit, scribit et illa* θεόν.

De aliis praeterea absolutionis et condemnationis notis apud Suidam haec reperio: Μακρὰ γραμμὴ ἡ καταδικάζουσα, etc. *Longa linea condemnationem, brevis absolutionem significabat.* De quibus forte Plautus capiendus, cum longam quamdam literam infelicem vocat; quam alii ajunt esse I, alii L, alii ut Asconius et Caelius, T. Utut sit, absolutionis literam, Cicero pro Milone, vocat *salutarem*; condemnationis vero *tristem*; sicut Livius, *tristiorem.* * Porro pro hisce Judiciariis literis,

dentur conjecturae, et Scaliger in Eusebian. jam Hieronymo contradicit, teste Grotio ad d. l. etsi Samaritanorum Alphabetum eum non ignorasse fateatur. Si quid video, conjungendus hic locus erit cum illo signo, quod *Genes.* IV. *vs.* 15. Deus inpressit Caino, de quo pariter anxie disputant Eruditi apud Baylium in *Lexico Critic. articulo Cain not. B.* videsis *Memoriam* meam *propagatam lib.* I. *c.* VIII. §. I. *p.* 466. Qualia autem fuere signa illa cum ignarissimis ignoramus, etsi certum sit, nota fuisse illa tunc temporis omnibus, cum alias vix mortem effugere potuissent ejusmodi signo signati. Et quid opus est ut sciant d. in loco Ezechielis mortales omnes signum illud? sufficit notum illud fuisse occisori Angelo, vel cui Deus vindictam mandaverat, quod in Caino secus erat. Unde concludo, Deum hoc signum salutis Caino datum omnibus manifestasse, vel fuisse tunc temporis inter familias certa salutis et absolutionis signa, quae servorum fronti ad delicta forsan indicanda fuerunt impressa.

* Plautus *Aulular.* I. *Sc.* II. *in fine.*

Neque

teris, alibi calculos, nigrum, condemnationis; album, absolutionis; usurpatos fuisse scribit Aristoteles in Problem. et Ovid. lib. xv. Metamorph. *

Mos erat antiquis, niveis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absoluere culpa.

Aut

Neque quidquam melius est mihi,
Ut opinor, quam ex me ut unam faciam LITERAM
LONGAM, *meum laqueo collum quando obstrinxero.*

Lipsius ad h. l. intelligit literam I. Ausonii illud *d. Epigr.* 128. non 120. ut allegat Lips. alia editione forsan usus, eo referens.

Quid imperite P. putas ibi scriptum,
Ubi locari jota convenit longum.

Scaliger de *Causis L. L. lib.* 1. *c.* 40. literam J. longam intelligit Cael. Rhodigin. *lib.* x. *Var. lect. c.* 8. ad literam T. rejicit, quia forma T. cruces erigebant Galli. vide Taubmannum ad *d. l.* Plauti, cui tamen in eo non adsentior, quod Eruditis tantum literae illius longae notitia et significatus constiterit, minime ancillae et anui, quam Plautus ita loquentem inducit. Quid enim obstet, quo minus et ancilla et anus notissimam literam Tau, ad mortem condemnatis adpendi solitam, scire potuerit. Laudi profecto cedet Poëtae, quod Anui et ancillae, phrasin a vulgo petitam et in vulgus notam, adsignaverit. T. vero literam respicere Plautum nullus dubito, quia mortis signum referebat, reis etiam revera fuit adpensa, formamque crucis exhibet. Certo literam J. non poterat intellegere, quae ut supra monuit Auctor, fuit absolutoria.

* *Vs.* 41. *sequent.* Dicuntur etiam calculi, qua voce Plinius saepe utitur pro suffragio, *lib.* 1. *Ep.* 2. *Adjicere alicui album calculum.* Et pro sententia in *l.* 10. *C. de Appellat. L.* 12. *C. de Judic.* et alibi. Plin. *lib.* VI. *ep.* 11. *O diem laetum notandumque mihi candidissimo calculo*, more a Thracibus petito, quo laetos dies calculo albo in urnam conjecto, infelices atro notabant, ut exacto anno scirent, quot et quos dies laetos tristesve habuissent, Plin. *lib.* VII. 40. Martial. *lib.* XII. *Epigr.* 34. Eo adludit et Cicero *literam tristem* dicens, pro *Milone* quemadmodum *tristis sententia* in *L.* 15. *D. de Appellat.* Cujac. *lib.* XXV. *Obs. c.* 6.

Aut forte creta et carbone fiebant notae; ut aperte Horatius II. Serm. Satyra III.

Quorsum abeant sani? creta an carbone notandi?

Et Persius Satyra V. *vs.* 107.

Quaeque sequenda forent, et quae vitanda vicissim,
Illa prius creta, mox haec carbone notasti.

Qua de re haec accurate observavit Junius lib. II. Animadv. cap. V. *Testulis in urnam conjectis, si sex millium numerum explerent, reus solum vertere cogebatur, quod* ὀςρακίσμον *appellabant*, etc. *Neque illud reticendum est; veteres loco calculorum Judiciariorum usos fuisse conchulis marinis, quos* χοιρίνας *vocabant, ut testatur Pollux libro* VIII. *ad quarum modum postea fabricatae fuerunt aeneae, quas* σπονδύλϐς *et* φρυκτοὺς *nominarunt. Porro Judicum calculi duplices fuerunt, ut ex Ulpiani Annotationibus in Demosthenem constat; quidam perforati et nigri, qui condemnabant; alii qui absoluebant, albi et integri. Duas vero urnas, priorem mortis, posteriorem misericordiae appellatam annotatur ab Aristophanis Scholiaste in Vespis.*

CAPUT XVIII.

De notis Censoriis.

PROVERBIO nobiles sunt Censorum notae: non solum si per notam, intelligas ignominiam, ut Festus accepit; sed etiam si pro nota, siglum capias, aut literas singularias. Unum Livium testem laudare possum lib. XXXIX. cujus verba aperte de notis proprie dictis; cum omnium fere aliorum

aliorum testimonia magis faciant pro nota *μεταφορικῶς* significante infamiam. Sic habet Livius: *Patrum memoria institutum fertur, ut Censores motis a Senatu adscriberent notas.* * Quamquam et Sue-

* *Lib.* XXXIX. *c.* 42. Num vero hae notae fuerint signa ignominiae et singulariae literae, vel morum indices, et causarum, cur ordine suo moverentur, subscriptiones, dubium erit. Nam Gellius *lib.* IV. *Noct. Attic. c.* 20. et alii, in generali sensu sub *notis* omnem ignominiam intelligunt. Unde videtur patere, vocem *notarum* hic esse accipiendam pro omni infamia. Adde quod de his notis nusquam fiat mentio apud veteres, et Probum de *Notis*, aliosque. Sed videtur Auctoris sententia praeferenda: primus enim cum subscriptionem causamque infamiae Senatu motis addiderit Cato Censor, Forcium Nasicam subscriptione notans, teste Gellio *lib.* IV *c.* 20. Ciceron. *lib.* II. *de Orator.* et Ill. Nic. Gundlingio in *Gundlingianis P.* XVI. *f.* §. 28. 30. consequens est, notam addi debuisse olim nominibus eorum qui Senatu moti erant, ne oblivione et ignorantia in Senatu recitarentur. Neque in Senatu motis, sed in omnibus aliis, collegio aliquo vel tribu motis idem fuit observandum. Nota itaque olim sine dubio fuit adjecta; tractu vero temporis infamiae causam adscripsit Cato Censor, ut infamia magis innotesceret. Magis hoc confirmat Sueton. in *Claudio c.* 16. hic adlegatus, etsi forsan de causa adjecta commodius intelligi posset: unius enim notulae deletio vix relinquet notabilem lituram. Distinctione itaque illa adhibita, scilicet olim simplici nota fuisse notatos senatores ordine motos; postea vero neglecta nota, additam fuisse causam infamiae et remotionis, dubium facile removeri potest. Forsan dicendum erit, Livium subscriptionem causae per vocem *notas* indicasse, quod verosimilius videtur, quia in plurali voce *notas* utitur, cum alias satius fuisset, si *notam* dixisset. His accedit, quod sola motio Senatorum olim nota quadam, sine subscriptione facta fuerit, reliquae vero animadversiones censoriae semper cum subscriptione causae, ut bene observavit Dacerius ad Festum *voce Praeteriti Senatores.* Alia forsan suppeditabit Heraldus *ad Arnobium pag.* 172. qui non est ad manus.

Suetonius satis clare scribit, Claudium adhuc Censorem, rogatum ut notam alicui appositam deleret; respondisse, *Ita tamen ut maneat litura*: ubi manifeste alludit ad notam a Censore scriptam. Hinc celebrantur Caeritum tabulae vulgari adagio: apud Horatium lib. I. Epist. VI.

Et Caerite cera
Digni.

Erant eae tabulae, in quas a Censoribus referebantur ii qui fuerant privati suffragio, Quemadmodum Caerites primi quidem fuerant facti Romanorum municipes, sed sine jure suffragandi, ut auctor est Gellius. *. Extant et apud Grae-

 cos

* Gellius *lib.* XVI. *c.* 13. Senatusconsultum factum esse scribit, ut cum Caeritibus publice hospitium fieret. Strabo *lib.* V. *pag.* 220. indigne Caerites habitos fuisse a Romanis, putat, quod jus civitatis eis dederint, inter cives tamen nomina eorum non retulerint, scilicet quod jus suffragii in comitiis illis non indulserint. Et hinc Gellius d. l. *Tabulae Caeritum adpellatae, versa vice in quas censores referri jubebant, quos notae causa suffragiis privabant.* Patet ex his, multum inter se differre *tribu motos* et Caeritum tabulis inscriptos, quod primus, teste Gundlingio in *Gundling. P.* XVI. *Obs.* I. §. 32. Henricus Dodwellus ad *Praelectiones Camdenian.* observavit, quoniam tribu moti jam ante tabulas Caeritum inventas reperiuntur Et tribu moveri, est tribum mutare, non omni tribu orbari, Livius *lib.* XLV. *c.* 15 seu ad tempus jure suffragii carere. Neque tamen hi tribu moti civitatem et libertatem amittebant, sed incensi fiebant, qui census nonnumquam ratione culpae augebatur. Tractu temporis vero nulla videtur fuisse differentia inter tribu motos et relatos in Caeritum tabulas. Differunt vero ab his aerarii, quorum frequens mentio apud Gellium. Dodwellus ad *Praelection. Cambden.* levissimam hanc fuisse poenam recte judicat, quia aerarii non caruerunt jure suffragii, exempla repetens ex Livio *lib.* XXIX.

cos moris non absimilis quaedam vestigia, cum nempe improborum nomina ad infamiam in publicis columnis adnotabant; unde συλοκοπεῖν Hesychio est idem quod infamia notare. Et apud Athenaeum lib. VI. *. Polemon quidam vocatur συλοκοπὰς, hoc est, columnae ad probrum inscriptus.

CAPUT XXIV.

De notis Suffragatoriis.

Ex quo, Consulibus Mario et Flacco, perlata est Lex tabellaria a Luc. Cass. Longino, de suffra-

XXIX. *c.* 37. ubi Livius Salinator tribus omnes, excepta Maecia, aerarias fecerat, quae nihilominus jus suffragandi retinebant. Aerarius vero est quem censor non secundum facultates, sed ratione delicti, majore censu gravabatur, Gronov. de *Pecun. Veter. lib.* IV. *c.* I. et Gundlingius *d. l.* §. 33. Ut autem revertar, unde coeperam, ex dictis palam fiet, non fuisse notas, quas putat Auctor, Censorum subscriptiones, sed levis notae maculam; multo minus loca Livii et Horatii *d. l. vs.* 62. ab eo adlata, de Notis seu Siglis sunt intellegenda, sed de ipsa subscriptione et sententia integra.

* Athenaeus *lib.* VI. *c.* 6. *pr.* Verum rectius, ut videtur, doctissimus Casaubonus in *Animad. ad Athenaeum lib.* VI. *c.* 5. *pag.* 408. *in fin.* στηλοκόπαν dictum fuisse putat Polemonem, propter navatam operam in perquirendis, describendis, publicandis, veterum monumentorum inscriptionibus. Et ejus generis erat volumen cui fecerat nomen: περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων, de *Inscriptionibus quae per urbes Graeciae* visuntur. Hinc joculari nomine, aptissimo tamen στηλοκόπας dictus est. Sic δοξοκόπους dixerunt, qui gloriae, δημοκόπους, qui bene de republica mereri studebant.

ſuffragiis non voce aut haſtarum ſonitu, aut χειροτονία, ſed tabella ferendis, coeperunt notae ſuffragiorum: ut apparet ex Cicer. lib. III. de Leg. oratione pro Planc. et in Rullum. Erant vero eae notae, aut puncta, aut ſingulae literae. Ratio autem ſuffragandi talis, ut ſcribunt Turnebus, Tiraquellus, Gruchius, Budaeus in poſt. Adnot. ad Pand. Comitia habebantur in Campo Martio, intra locum tabulis depalatum, quem Septa et Ouilia ab ouilis ſimilitudine vocarunt. Ovid. I. Faſtor. Juvenal. Satyra VI. Martialis lib. IX. Epigr. LX. Strabo lib. V. Livius Decad. III. lib. VI. Plinius lib. XVI. cap. IV. Suetonius Auguſti cap. XLIII. Auſonius in Panegyr. Tum Rogatores obibant centurias vel tribus (jam enim curias a Romulo inſtitutas Rex Servius in centurias verterat, et Tribuni denique in tribus) rogantes ecquam ſinguli tabellam vellent? Erant enim duplicis generis tabellae; aliis inſcribebatur A. id eſt, Antiquo; aliis V. R. Uti rogas.* Poſt haec, Diribitores diribebant, id eſt, diſtribuebant eam tabellam, quam quisque velle ſe Rogatori reſpondebat. Deinde ſuffragatores cum ſua ſinguli tabella ibant per pontes tumultuario opere extructos, in quibus καδίσκοι, hoc eſt, ſitellae erant poſitae, ut Plautus; vel urnulae ſeu ciſtae, ut loquitur

* De Legibus tabellariis notisque et punctis ſuffragatoriis, quantum ſatis eſt, egimus ſupra *pag.* 216. Hisque forſan addidiſſe placebit Notam T. quae Senatusconſultis, Tribunorum plebejorum, conſenſu confirmatis, ſubſcribi ſolebant, quamque ſcioli librarii poſtea duabus literis expreſſerunt: ſic enim eſt in Notis Probi: *Tr. Cel. Tribuni Celerum* et alibi: *Tr. Aer. Tribuni aerarii.*

quitur Plinius. His urnulis, coram appoſito cuſtode (ne qua fraus fierèt) ſinguli tabellam ſuam injiciebant. Denique tabellae ſimul omnes excernebantur a cuſtodibus, qui ex iis ſuffragiorum omnium inibant numerum, eumque in tabula (ad quam poſiti dicuntur a Cicerone) punctis adnotabant. Hinc paſſim apud Latinos ſcriptores, elegantes et priſcae illae formulae: Puncta ferre, Tribum ferre; pro, Habere ſuffragia.

Quando autem pro candidatis ibatur in ſuffragia; primam tantum literam e cujusque cui ſuffragabantur nomine, in tabula adnotabant ſuffragatores; ut ſcribit de Comitiis Nicolaus Gruchius.

CAPUT XXV.

De notis Teſſerariis.

TESSERAM, inquit Turnebus libro XIX. cap. XXVI. *a Graeco τέσσαρα dictam puto, id eſt, quatuor: erant enim teſſerae olim fruſtilla lignea quadrata.* * Idem aſſerunt Lambinus in Ciſtellar.

* Teſſera a Graeco numero quaternario τεσσερα vel τεασάρα deducitur, eſtque ſigura quadrata, quatuor angulos habens, etſi forma in ſexangulum vel rotundum mutata, ut mox Auctor indicat, idem nomen retinuerit. Inde Latinis *teſſera* et *teſella*, lapillus quadratus, Salmaſ. in *Vopiſc. Procul. c.* 13. Voſſius *Lex. Etymol.* et Bergier. de *Viis militar.* II. *Sect.* 20. §. 17. Et teſſeram dici poſſe quodvis pittacium, maſſulam, laciniam, limbum, et quae plura, cui poſſit incidi, inſcribi, nomen addi, adeoque et ipſam partem

ſtellar. Plauti, Briſſonius De ſignif. verb. Caelius Rhodiginus libro xx. cap. xxvii. Alexander lib. iii. cap. xxi. ibidem Tiraquell. Et quidem de materia teſſerarum lib. xvi. cap. xviii. Plinius: *Teſſeris aptiſſimum liguſtrum.* * Dio ſcribit ab Hadriano *teſſerulas ligneas ſparſas*, a Tito Veſpaſiano σφαιρία ξύλινα, *globulos ligneos.* Polybius, ξυλήφιον vocat teſſeram militarem, quod Lipſius eleganter *ligellum* vertit. †

De forma vero quadrata ex vocis etymologia conſtat; quamquam et luſoriae teſſerae, ſicut aleae noſtrates, ſex lateribus conſtabant, quo differe-

 bant

partem veſtis, nomen aut notas continentem, obſervat J. Fr. Gronovius ad Plinium *lib.* xxxv. *c.* 9. in verb. *Zeuxis Palliorum teſſeris inſertum nomenſuum geſtat.* Quoad modum ſignificandi in duo capita teſſeras divid jubet Reineſius in *Append. Inſcript. pag.* 1016. ut aliae fuerint ὁρατὰὶ, aliae ἀκουσταὶ, id eſt, aliae vocibus, aliae ſignis expreſſae. Nihil enim aliud erant quam ſigna occulta et arcanum aliquid ſignificantia, quibus ejusdem profeſſionis, commercii aut religionis ſodales mutuo ſeſe internoſcebant, quod Graecis σύμβολον et σύνθημα dicitur. Ejusmodi teſſeris utebantur inprimis Sacerdotes. His teſſeris Pythagorei ſe internoſcere ſolebant, Reineſius *d. l.* Jamblichus *lib.* 1. *de vita Pythagorae c.* 33. et Lilius Gyraldus in ſingulari libello.

* Plinius *lib.* xvi. *c.* 18. et inſcriptio apud Gruter. 8. DCXXIV. *Antiſtitae Dephidis teſſerariae, lignariae, ſodalitii, marmorariorum.*

† Non una materia conſtabant teſſerae. Erant enim ligneae, eburneae, aereae, plumbeae, lapideae, corneae, vitreae. et vitreas aliquot apud inluſtrem Puteanum ſe vidiſſe refert Reineſius *d. l. L. vero* 5. *C. Th. de Annon. civic.* non agit de teſſeris, ut Lipſius *Elect.* 1. 8. et Stewechius in *Veget.* ii. 7. exiſtimant, ſed de titulo aeneo, de quo mox.

bant a talo, qui quadrilaterus erat; ut ex Martiali Caelius et Turnebus admonent. Et ſubinde rotundas teſſeras quasdam quidam fecerunt, ut Dio de Tito, Veſpaſiano, et Nerone, et Hadriano, et Domitiano.

Fuere autem varii generis teſſerae: Militares, Frumentariae, Numariae, Veſtiariae, Luſoriae, Viariae, Hoſpitales. *

Militaris teſſera, auctore Polybio, σύνθημα ſeu πλατεῖον, *tabella erat latiuſcula inſcripta* (inuſta certis notis aut formis, inquit Turnebus libro XXIX. cap. XXVI.) *quae ſole occiduo a Tribuno accepta, ferebatur ad ſignorum principes, rurſumque ad Tribunum redibat; unde is omnibus eſſe datum ſignum cogno-*

* Longe plures ſpecies occurrunt apud veteres, et uſus illas diſtinxit in ſacras, profanas: publicas, privatas: ferias, ludicras: militares, urbicas, Paganicas: easque iterum in frumentarias, olearias, aerarias, nummarias, hoſpitales: immo et theatrales et circenſes, de quibus copioſe egit Jac. Philipp. Thomaſinus de *Teſſeris hoſpitalitatis.* et Torrentius ad Sueton. *Aug. c.* 41. Addamus exempla ab Auctore noſtro praetermiſſa. Sic *teſſerae comitiales*, quae a ſuffragatoribus ad diſtribuendos honores dabantur, Varro de *Re ruſtic.* III 5. Thomaſin. *d. l. c.* 14. *Teſſerae convivales* convivis datae, ut ad convivium adhiberentur, Lamprid. Heliog. *c.* 22. Stewech. in *Veget.* II. 7. *Teſſerae* in miſſilibus uſitatae, quae globuli dicuntur Dioni LXI *p.* 698. *et* LXVI. *p.* 757. Sueton. *Ner. c.* 11. *Teſſerae gladiatoriae*, gladiatoribus rude donatis datae, La Chauſſe de *Teſſer. tab* 8. Malvaſ. *Marmor. Felſin. Sect.* V. *c.* 25. Reineſius *Inſcript. Cl.* V. *n.* 24. *Teſſerae mercatorum*, mercatorum contractibus peculiares, quibusque hodie utuntur menſarii, Caſaubon. ad *Athenaeum c.* 32. *Teſſerae collybiſticae* ſunt literae cambiales, Senfleben *de Alea c.* 7. §. 4. De teſſeris theatralibus in miſſilibus frequentatis, vid. Dio LXVI. *p.* 757. *et* XLIX *p.* 417. Martial. VIII. 78. 9.

cognoscebat. Ita Marius pro signo tesserae suae usurpavit Panem Deum, Nero Optimam Matrem, Sylla Apollinem Delphicum, Caesar Venerem genitricem: alii vero verba, aut versus; ut de Claudio Suetonius cap. XLII. qui utebatur illo Homerico.

Ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπτύνῃ. *

Praeter haec signa, cuique tesserae inscribebatur nota Ordinis, verbi gratia: H, Hastatorum, P, Principum, T, Triariorum: quod Lipsius lib. V. De Militia †, ex eo colligit, quod Polybius di-

 cat,

* Tria genera tesserae militaris recenset Vegetius *lib.* III. *de Re milit. c.* 5. *vocales*, *semivocales et mutas*, quarum priores συνθήματα dicuntur et auribus percipiuntur; mutae παρασυνθήματα Graecis audiunt, inque oculos incurrunt. Vocales illaea faustis ominibus sumebantur a Deorum et imperatorum nominibus. Ejusmodi fuit Judae σύνθημα *Deus nobiscum*, II. *Maccab.* VIII. *vs.* 23. et Zyri Ζεὺς σωτὴρ καὶ νίκη, *Jupiter, servator et victoria*, Xenophon *lib.* I. de *Exped. Cyri.* Sic tessera illa Caesaris: *Venus victrix* et Pompeji: *Hercules invictus*, et *Sta securus*, Appian. *Bellor. civil. lib.* II. *pag.* 475. *et pag* 478. Imperatoris Pertinacis: *militemus*, et Imp. Severi: *laboremus*, Aelius Spartianus in *Severo c.* 23. Singulare ejusmodi tesserarum genus commemorat Justinus *lib.* III. *c.* 5. *Tesseras insculptis suis et patrum nominibus, dextro brachio deligarunt, ut ex indicio titulorum tradi sepulturae possent.* Qua de re actum est supra. Inventae hae tesserae sunt, ut error militum in nocturnis et subitis hostium invasionibus evitaretur, plura vide apud Doctorem et amicum meum, de me studiisque meis bene meritum, nec sine grata recordatione mihi nominandum, Cl. Drakenborch ad *Sil. Ital. lib.* VII. *Punic. vs.* 347. Inde etiam Tesserarii milites de quibus Vegetius II 17. qui et nuntiorum et ὀπτήρων id est, speculatorum ministerio funguntur, Cujacius *lib.* VI. *Obs. c* 33.

† *C.* 8. et ad *Tacit. Annal.* XIII. *n.* 7. *et Excurs. A.* aliique.

cat, ſemper fuiſſe ex inſcriptione deprehenſum, cujus partis ſeu Ordinis teſſera non eſſet perlata. Plurima vero alia de Militari teſſera, quae huc non ſpectant ſcripſit Godeſcalcus ad librum ſecundum Vegetii, cap. VII.

Frumentaria teſſera, certo frumenti numero inſcriptio, gratis dabatur populo. * Hoc enim ſolo

que. Huc pertinent et duae teſſerae mutae, belli et pacis, ſeu lignea fruſta lata, vel tabellae ligneae quibus nomen belli et pacis erat inſcriptum, Pomponius in *L.* 2. §. 37. *D. de Orig. Jur. Quintus* Fabius Maximus, (ſic enim legendum cum Ruperto ad *tit. D. de Orig. Jur. pag.* 334. pro Q. Mucio, ut exhibent editiones fere omnes) *ad Carthaginenſes miſſus legatus cum eſſent duae teſſerae poſitae, una pacis, altera belli, arbitrio ſibi dato, utram vellet Romam referre, utramque ſuſtulit, et ait: Carthaginenſes petere debere, utram velint accipere.* Gellius *lib.* X. *c.* 27.

* Meminit teſſerae frumentariae Ulpianus in *L.* 52. §. 1. *D. de Judic.* et Paulus in *L.* 49. §. 1. *D. de Legat.* II. adque hanc Covarruvias *lib.* IV. *Reſol. c.* 1. *n.* 9. *et* 12. ibique allegatus Alciatus, et qui omnium optime *d. l.* 52. §. 1. *de Judic.* explicat, J. Averanius *lib.* II. *Interpretat. Jur. c.* 18. adde *L.* 87. *pr. D. eod.* Ejusmodi κάλαμιον, ſeu calculum vel teſſeram habebant, qui ex publico frumentum accipiebant, ne quis e populo *ſuppeteret*, ut ait Ulpian. in *L.* 52. §. 11. *D. de Furtis* ne falſo nomine quis, vel ſemel atque iterum peteret, vide Jac. Gothofred. ad *L.* 2. *C. Theod. de Annon. civic.* Petitum *lib.* 1. *Var. lect. c.* 8. Guther. *de Offic. dom. Aug.* II. 11. Caſaubon. ad *Ael. Spartiani Sever. c.* 23. *p. m.* 639. Illas teſſeras, ſi non egerent frumento, vendere poterant, Juvenal. *Sat.* VII. *vs.* 147. et LL. modo allegatae. Cum his vero non eſt confundendus titulus aeneus, quem ſublatis teſſeris Valentinianus et Valens Impp. conſtituerunt, et in quem annonae modus et nomen omnium accipientium incidebatur, *L.* 5. *Cod. Th. de Annon. civic.* ibique J. Gothofredus. Confundit autem haec Salmaſius ad *Flavii Vopiſci Aurelianum c.* 35. *pag. m.* 503.

lo differt a ſtellatura, inquit Lazius libro ſecundo, capite ultimo, quae non gratis, ſed vice ſtipendii dabatur, ſtellis notata, unde nomen accepit. De illa Perſius: *

Emeruit ſcrabroſum teſſerula far.

De hac Lampridius in Alexandro †, Spartianus in Peſcennio, Juſtinian. Leg. Septem diebus. lib. XII. Cod. De erogat. milit. ann.

Numaria teſſera, ſymbolum erat, quo ad Quaeſtorem allato, nummi promiſſi congiario (hoc eſt dono Imperatoris) reddebantur. Suetonius capite XLI. Octav. ‡

Veſtiaria; cui veſtium promiſſio certis notis erat inſcripta. Suetonius de Nerone, et Dio:

P 5 *Au-*

503. praeclara multa de teſſeris frumentariis et pane gradili ad illuſtrationem *d. l.* 2. *et* 5. *C. Th.* adferens. Huc denique referendum *frumentum aeneum*, de quo in *L. unic. C. Th. de Frumento Carthagin.* vide Innoc. Cironium, qui *lib.* IV. *Obſ. Jur. Can. c.* 3. a tabulis aeneis, in quibus perſcriptum, erat, quantum quis percepturus eſſet, ſecundum *l.* 5. *C. Th. de Aur. civ.* illud derivat. Haec conjectura veroſimilior illa J. Gothofredi ad *d. l. unic.* videtur, *aerinum frumentum* legendum eſſe conjicientis, quemadmodum *aerina farina* apud Plin. *lib.* XXII. *et* XXVI. *et lib.* XVIII. *c.* 17.

* Perſius *Satyr.* V. *vs.* 74.

† *Cap.* 15. -- -- Spartianus in *Peſcen. Nigro c.* 3. ibique Salmaſius *pag. m.* 647. Idem ad *Ael. Spartiani Adrianum c.* 10. *pag.* 95.

‡ Has nonnumquam duplicavit Auguſtus, Sueton. *d. l.* et ita intellegendus eſt Juvenalis *Satyr.* VIII. *vs.* 174. nam teſſera ab eo qui congiarium dabat, nummis redimebatur, Torrent. in *Sueton. d. l.* Stuckius *Antiq. conviual.* I. 27.

Aurum, argentum, variam veſtem; haec dabat per ſymbola quaedam et teſſeras, etc. *Et reipſa mox dabatur, quod quisque eorum in teſſera haberet.** Idem Dio de Tito: *Globulos ligneos jaciebat, qui ſymbolum haberent; hic alicujus eſculenti, illi veſtis*, etc.

Luſoriae teſſerae (quas, quia in tabula ſubſiliunt, lepuſculos vocat Iſidorus lib. XVIII. cap. LXII.) oſcilla ſunt punctis ſeu ſignis notata, quibus binis ſimul aut ternis in pyrgo ſeu fritillo luditur. Dixi, binis aut ternis; quia ſemper paucioribus, quam talis, ut monet Cicero in Divinat. et Martialis lib. XIV. Epigr. XVI.

Non ſum talorum numero par teſſera. †

Erant autem hae teſſerae ſex laterum auctore Caelio lib. XX. cap. XXVII. Habebant enim binarium et quinarium amplius quam tali; ſicut aſphalum erat

* Sueton. in *Nerone c.* XI. *in fin.* Dio LXI. *p.* 698. *A.* Idem de Tito LXVI. *p.* 757. *D.* Vix tamen opus erit cum Auctore ſingularem ſpeciem teſſerarum ex his effingamus, quod nec allegati Auctores volunt, varii generis res, generali teſſerarum ſigno, in vulgus ſparſas fuiſſe perhibentes.

† Inde locutio elegans apud Sueton. in *Nerone c.* 30. *n.* 8. *in punctum ludere:* prodigalitatem enim Neronis taxans: *Quadringenis*, inquit, *in Punctum HS. aleam luſit.* Uſurpabatur vero haec locutio de illo genere aleae, ubi in ſingula puncta certam pecuniae ſummam conferebant, quam integram tollebat, qui multitudine punctorum ſuperaſſet, Auſon. *Prof.* I. 29. et interpretes Suetonii, adde Salmaſium ad *Fl. Vopiſci Proculum c.* 13. *pag.* 742. *ſequ. et p.* 760. *ſequ.* Senſleben *de Alea. c.* 7. *n.* 10. Gronov. *de Pecun. veter.* III. 15. ubi multa de punctis hiſce, quae vicem numerorum obtinebant, memoratu digna. Et qui cum pulviſculo materiam hanc exhauſit, Petrus Pantoja de Ajala in *Comment. ad L. fin. Cod. de Aleatoribus.* ubi videſis *pag.* 1010. *ſequent. in theſ. Jur. Rom. Tom.* IV.

erat octonum laterum: de quo Alexander Neapolit. lib. III. cap. XXI. Porro huic ludo tesserario (de quo librum integrum scripsit Claudius Imp. teste Sueton. * non absimilis fuit grammismus, in quo sexaginta calculi, partem albo, partem nigro notati, per γϱαμμὰς, hoc est lineas, fritilli jaciebantur.

Vialis tessera (ut eam Lipsius appellat lib. v. De Milit.) qua jubebantur adornare itinera. Ammianus lib. XXI. † *Per tesseram edicto itinere.* Et lib. XXIII. *Missa per Provinciales numeros expeditionali tessera, cunctos transire jussit Euphratem.* Silius de Asdrubale:

Tacitum dat tessera signum:
Dimissa in colles pugna silvasque ferantur
Dispersi. ‡

Hospitalis tessera, qua ostensa tamquam veteres hospites et amici, in majorum suorum hospitia posteri accipiebantur, ut definit Stuckius lib. I. Convival. cap. 27. et 28. De hac Plautus in Poenulo:

Deum hospitalem ac tesseram mecum fero.
Haec mihi hospitalis tessera cum illo fuit.
Ergo hic apud me hospitium tibi praebebitur. *

Quae

* Sueton. in *Claudio c.* 33. *in fin.*

† Ammianus *lib.* XXI. *c.* 5. in fin. et mox XXIII. *c.* 2. *pr.*

‡ *Lib.* XV. *Punic. vs.* 478. Habet loca haec ex Lipsio allegato *lib.* V. *Dialog.* 9. qui eo refert Suetonii locum in *Tiber. c.* 18. *n.* 5. ubi praecepta, quae alias tessera dari solebant, libelli dicuntur.

* Plautus *Poen. Act.* V. *Sc.* 2. *vs.* 86. *sequ.* Integrum libellum

Quae eadem ab eodem, et ab interprete Lactantii vocatur *fidei tessera:* a Tertulliano vero *contesseratio hospitalitatis*, lib. De Praescript. cap. xx. eratque signum, ut Baronius docet Tomo I. Annal. quo Christiani instructi ab aliis Christianis hospitio accipiebatur; quod cum haeretici per fraudem imitarentur, saepe novis formis et notis mutatum fuit; ac tandem literis commissum, quae a Patribus Concil. Nicaeni, ut docuimus su-

bellum de *Tesseris hospitalitatis* scripsit, J. P. Thomasinus, qui in omnium manibus est, ubi vide solum *c.* 14. neque id de tesseris illis agit unice, sed varios ritus hospites spectantes tangit, unde forsan satis fuisset titulum de *hospitalitate veterum* formasse. Formam earum optime descripsit Scholiastes Euripidis in *Medea n.* 613. Hospitum jura qui invicem constituere cupiebant, ἀστράγαλον, id est talum discindebant, in duas aequas partes, unam retinebat hospitium praebens, alteram accipiebat jure hospitii gaudens. Hoc producto dimidio tali renovabant jura hospitii, si quando hospitalitate alterius uti debebant. Etenim diversoria olim publica non erant in usu, Perizon. ad *Aelian. lib.* IV. *Var. hist. c.* I. *et c.* 14. hinc per tesseras hasce jus hospitii inter civitates et privatos contrahebatur, et Juris hereditarii instar ad heredes devolvebatur, unde Jus illud hospitii publici, de quo Spanhem. de *Praest. numism. Diss.* IX. *p.* 725. et hospitii privati, de quo Salmas. ad *Jus Attic. c.* 26. Budaeus *ad L.* 6. §. 3. *D. de Offic Proc.* Tractu temporis cum publica diversoria fuerint constituta, vel non adeo infame fuerit in illis divertere, ceu apud Graecos olim, vide Athenaeum *lib.* XII. Celsum *lib.* XXIX. *c.* 14. Plutarch. II. *Probl. Sympos.* 19. Pufendorf de *Jur. Nat. et Gent. lib.* III. *c.* 3. §. 9. loco tesserarum singulis datarum, signa quaedam tabernis diversoriis adpensa sunt. Sic apud Sueton. in *Aug. c.* 5. *n.* I. ad *capita bubula natus*, pro, in domo, cujus insigne erat caput bubulum. Idem in Domit. I. *Claud.* 16. *Galba* 4. Livius XXI. 2. Videtur autem Romae tabernas domusque signis illis ad distinctionem fuisse insignitas. Sic in *L.* 5. §. 16. *D. de Tributar. act. taberna ad buccinum* occurrit, et quae plura.

ſupra *, vocatae ſunt literae Formatae. Vide Zaſium in Leg. II. ff. De Orig. Jur. et Budaeum Leg. Sed etſi. ff. De Judic.

CAPUT XXVI.

De notis Sortiariis.

SORTIUM notae, eruditis non ſunt ignotae. Accuratiſſime de iis egit Martinus Antonius Del Rio noſter, qui univerſim earum uſum ait fuiſſe vel ad divinandum, vel ad dividendum. † Sed melius Leſſius noſter lib. II. de Juſt. cap. 43. Dub. IX. addit etiam, ad conſulendum. Sunt igitur triplicis generis ſortes; Divinatoriae, Diviſoriae, Conſultoriae. ‡ Quid ſint ſortes, quales, e qua materia, deſcribit Lipſius lib. II. Elect. cap. XII. *Sortes, taleolae, aut ſurculi e ligno fuere,*

* Supra *cap.* 13. *pag.* 114. et *pag.* 116. *in Notis.*

† De Sortibus veter. Hebraeorum ſingulari libello egit Mauritius. Scripſit etiam de ſortibus Bulengerus.

‡ Alii aliter in divinam, divinatoriam et politicam. Hobbeſius de *Cive cap.* III. §. 15. *ſequ.* in naturalem et arbitrariam; ſed ſunt revera omnes arbitrariae, Pufendorf. de *J. N. et G. lib.* III. *c.* 2. §. 5. Inventionem ſortium a Noachi poſteris, ſorte qui diviſerint terrarum orbem, fruſtra repetere videtur Auctor. *Obſ. Hallenſ. tom.* IV. *Obſ* 13. nam nihil hac de re in textu ſacro, neque patribus hac in re fides habenda. Sortis conſultatoriae duorum hircorum exemplum primum occurrit *Levitic.* XVI. *vs.* 7. *ſequent.* Diviſoriae autem in diſtributione terrae ſanctae *Numeror.* XXVI. *vs.* 53.

fuere, non grandes, quibus literae inscriptae sive notae. Bene de ligno et notis. Ita enim Cicero II. De Divin. * *Perfracto saxo sortes erupisse, in robore insculptas priscarum literarum notas.* Et Plautus Casin.

Num ista aut populna sors aut abiegna est tua?

A ligno autem, quod Graece κάλον, sors dicta est Graecis κλῆρος, ut ea voce usus est Homerus Iliados VII. ait Junius lib. II. Animadvers. cap. V. † A notis, sors dicta γραμματεῖον apud Plutarchum in Fabio, inquit Caelius lib. XXII. cap. XVII. Ut autem dicam de singulis. Divinatoriae, inquit Lessius loco citato, quibus inquisitio fit de rebus futuris. Divisoriae, quibus quaeritur quid cuique tribuendum, sive illud sit res possessa, sive honor, sive poena. Consultoriae, quibus inquiritur Divinum consilium. Alius cujusdam generis sortium quoad materiam meminit Tacitus lib. De mori-

* C. 41. et ex buxo confectas esse docet Salmasius ad *Tertull. Pall. c.* 3. De frequenti lignorum usu in sortibus vide Taubman. ad *Plauti Casin. A.* II. *Sc.* 6. *vs.* 33. Struv. *Antiqu. Rom. c.* 6. *p.* 303. De sortitione per sagittas singulari *cap* 14. egit Mauritius *d. l.* Talorum inprimis usus in quaestionibus forensibus eminet, Pausan. in *Achaic. p.* 233. et quae supra de calculis diximus ad *c.* 14. Athenienses conchis marinis quae χοιρίναι audiebant, in sortibus utebantur, quaeque duplicis generis erant, aliae plenae, quae instar alborum calculorum absolvebant, aliae perforatae, quae instar nigrorum condemnabant, vid. Petitum ad *LL. Atticas pag.* 332. quem etiam videsis de fabarum albarum et nigrarum in sortibus usu *pag.* 219. Sigon. de *Republ. Athen. lib.* II. *c.* 3.

† Eustath. ad *Homeri Iliad.* III. *pag.* 418. *vs.* 41.

moribus German. * *Virgam*, inquit, *fructiferae arbori decisam, in surculos amputant, eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargunt. Mox paterfamilias aut sacerdos precatus deos, caelumque suspiciens, ter singulos tollit; sublatos secundum impressam notam interpretatur*, etc. Fiunt haec per ῥαβδομάντειαν, inquit Del Rio. Spectant autem vel ad divinatoriam, vel ad consultoriam.

Huic artificio affinis est ἀλεκτρυομάντεια, qua certum aliquem locum in quatuor partes aequales describunt, et partibus singulis singulas inscribunt literas; literis singula imponunt grana; tum observant quo literarum ordine gallinaceus oscen introductus grana depascatur. Ita Valens Imperator cum de suo successore quaereret, quia gallinaceus depastus erat grana notata literis Θ. Ε. Ο. Δ. occidi jussit omnes Theodoros, Theodulos, Theodatos: successit tamen illi Theodosius magnus, auctore Zonara Tomo 3. Sed hanc pullariam divinationem non esse ἀλεκτρυομάντιαν, ut puta-

* *Cap.* 10. *princ.* Sortitionis per virgas frequens fit mentio apud Sacros et profanos scriptores, et peculiari de illa egit capite Mauritius de *Sortit. Veter. Hebraeor. c* 13. et Del Rio hic adlatus, *lib.* IV. *disquis. Magic. c* 2. *quaest.* 7. *Sect.* 3. Plerasque gentes hac sortitione fuisse usas eamque ab Israëlitis accepisse, perversa imitatione vel baculi Aaronis, quo is miracula in Aegypto edidit *Exodi* 7. *et* 8. vel virgae Aaronis, quae sola floruit reliquas inter *Numer.* 17. cum Huetio *in Demonstr. Evang. Propos. c.* 7. Cl. J. C. Dithmarius ad *d. l.* Taciti conjicit. Idem ex Balluzio *Tom.* I. *p* 824. *ad Caroli M. capitularia* probat, ritum illum usque ad hunc Imperatorem durasse, qui severis legibus superstitionem illam prohibuit.

putavit Zonaras, erudite ex Ammiano oſtendit Del Rio, quo Lectorem remitto. *

Hu-

* *D. l. pag.* 597. At miror Auctorem noſtrum memorabilem ſortis divinatoriae ſpeciem, per inſpectionem et evolutionem librorum, ſilentio praeteriiſſe. Graeci ῥαψῳδομαντείαν vel ῥαψῳδομαντικὴν, eamque callentes ῥαψῳδομάντεις nominant. Certe Homericae et Virgilianae ſortes apud veteres celebratiſſimae fuere, varios quarum modos bene diſtinxit Caſaubon. in *Spartian. Adrianum c.* 2. *pag. m.* 19. Interdum, dicit, nobilis alicujus Poetae ſelectos verſus in pittaceis deſcribebant, quibus in ſitulam conjectis, idem ordo ſervabatur, qui in aliis ſortitionibus. Interdum verſus fatidicos in tabella deſcribebant, et talorum arbitrante alea divinationem peragebant. Fuit et modus alius ῥαψῳδομαντείας cum temere arrepto et aperto Poetae cujusdam libro, ut quidque primum oculis ſe objecerat, pro ſorte id et oraculi loco habebant. Eo refert Auguſtinum *lib.* IV. *Confeſſ. c.* 3. Potuiſſet autem elegantiorem locum ex eodem Auguſtino *lib.* VIII. *Controv. c. ult.* laudare: anceps enim cum haereret Auguſtinus, vitamne uxoriam, an coelibatum, ad quem mater et Alipius eum hortabantur, eligeret, hac ratione voluntatis divinae compos factus eſt: *Ecce audio*, inquit, *pueri vel puellae vocem de vicina domo cum cantu dicentis et crebro repetentis:* TOLLE, LEGE; TOLLE, LEGE. Sequitur mox: *nihil aliud interpretans divinitus mihi praecipi*, NISI UT APERIREM SACRUM CODICEM ET LEGEREM QUOD PRIMUM CAPUT INVENISSEM. *Itaque arripui, aperui, et legi in ſilentio capitulum, quo primum conjecti ſunt oculi mei:* Non in commenſationibus et ebrietatibus etc. *Roman.* XIII. *vs.* 13. Mox pergit de Alipio, quem curioſum, quid legeret et ultro legentem, haec ſequentia inveniſſe tradit: *infirmum autem in fide aſſumite, quod ille ad ſe retulit ac tali admonitione firmatus mihi cujus a moribus in melius longe diſtabat, conjunctus eſt.* Elegans hic locus omnem nobis exhibet ſortis illius antiquitatem. Huic jungas Matth. Berneggerum in *Obſervat. Hiſtorico-Politicis* et Du Freſne in *Gloſſar. med. Lat. pag. m.* 904. *ſequ. voce Sortes*, ubi curioſe de more inſpiciendi Evangelia, Pſalmos, et de ſortibus Apoſtoli-

cis

Hucusque de notis ſortium Divinatoriarum. *Diviſoria autem ſorte*, inquit Del Rio, *Romani olim in Judicibus legendis, provinciisque ſortiendis utebantur, nec non in familia herciſcunda, in militaribus aliisque negotiis.* * Quam ipſi rationem ab A-

Q the-

cis in electione Epiſcoporum uſitatis: nam de moribus illorum et converſatione ex occurſu dicti alicujus divini, certi quid divinari poſſe arbitrabantur creduli. Addit *pag.* 907. et aliam ſpeciem iſtiusmodi divinationis, quae fiebat per duas pluresve epiſtolas, ſeu ſchedulas ſub altaris palla confuſe poſitas, quarum una negationem, altera affirmationem rei, de qua dubitabatur contineret, quaeque poſt ſollemnes preces, et jejunia indicta capienti occurreret, pro judicio divino habebatur, vid. Du Freſne *d. l.* De Clodovaeo memorabile exemplum narrat P. G. Daniel in *Hiſtoire de France edit. in* 8. *pag.* 79. illum, quum per agrum Thuronenſium cum exercitu ſuo iter faceret, aliquos ad templum D. Martini miſiſſe, ut omen victoriae ex S. Scriptura, quaeque templum ingreſſi forſan legi vel cantari audirent, reportarent; hi vero chorum intrantes verba ex *Pſalm.* XVIII. *vs.* 40. 41. incinentem audiverant: *Praecinxiſti me domine, virtute ad bellum* etc. Sic ſaepe felicem exitum portenderunt verſus illi fortuiti, ut videre eſt ex illo Trajani, de Imperatoris erga ſe judicio, Virgilianas ſortes conſulentis, apud Spartian. in *Adriano c.* 2.

Quis procul ille autem ramis inſignis olivae
Sacra ferens.

Et ex ſortibus, quibus Alexander Severus illuſtrabatur:

Tu regere imperio Populos Romane memento.

Lamprid. in *Alex. Sever. c.* 14. Recte vero gentiles hos ritus prohibuit Carolus M. *Capitul.* III. *ad ann.* 789. apud Baluzium *tom.* I. *pag* 243. *de Tabulis et Codicibus requirendis: et ut nullus in pſalterio vel in Evangelio vel in aliis rebus ſortire praeſumat, nec divinationes alias obſervare,* vide ibi Notas, et Hertium in *Not. Vet. Regn. Franc. p.* 76.

* De ratione per ſortem legendi Virgines Veſtales vide Pantojam de *Ajala de Aleator. Tom.* IV. *Theſ. Jur. pag.* 1042.

thenienſibus accepere, ut ex Aſconio Sigon. lib. II. de Judic. cap. XII. docet, ubi jam olim in Areopago conjectis in urnam variis literis ſortiebantur, teſtibus Luciano, Demoſthene, Scholiaſte Ariſtophanis, Caelio libro XXII. cap. XVII. et Sigon. lib. III. De Repub. Athenienſium. * Neque vero Judices tantum, ſed et athletae quoque ſuos adverſarios literaria ſortitione conſtituebant, ut ſcribit idem Lucianus. Quod et Syracuſanos feciſſe, in iis ſortiendis qui concionem eſſent habituri ex Plutarchi Problem. docet Caelius

1042. De ſorte diviſoria in regnis et territoriis exempla collegit Tiraquell. de *Jure primogenit. Quaeſt.* XVII. *Opin. n.* 5. Sortitione magiſtratuum et judicum nihil eſt frequentius apud Veteres, vid. App. Alex. *lib.* II. *c.* 2. Ajalam d. l. Sigon. I. *de Judic. c.* 7. Faber. I. *Semeſtr.* 5. et *ſortiri judicem* vel *ſortiri dicas* paria eſſe probat Nannius *lib.* IX. *Miſc. c.* 7. Sigon. *d. l. c.* 5. Et de ſortitione judicum apud Graecos, Petitum ad *LL. Attic. pag.* 306. Sortitionem provinciarum non uno in loco indicat Livius, Cicero aliique, vide *Nov.* 105. Sigon. II. *de Antiqu. Provinc. c.* I. De ſorte quaeſtorum, magiſtratus in provincias comitantium vide *L.* I. §. 2. *D. de Offic. quaeſt.* Sigon. *d. l. c.* 3. Sortis uſum in militia explicarunt Alex. ab Alex. *lib.* IV. *c.* 7. Pantoja d. l. et quod ad decimationem attinet P. Faber I. *Semeſtr.* 18. Sichterman. de *Poen. milit. c.* 5. Beyer in *Juriſpr. milit.* Feltman in *Conſtit. milit. art.* 8. *n.* 4. *et art.* 16. *num.* 19. aliique.

* Et in Jure noſtro inveniuntur amoena ſortis diviſoriae exempla in *L.* 3. *pr. C. Comun. de Legat.* in optione legata, ubi vide Dionyſ. Gothofr. qui plura exempla ex LLbus adtulit. In *hujusmodi* enim *caſibus rei judicem fortunam eſſe et ſortem inter altercantes adhibendam*, inquit Juſtinianus in *d. l. ut quem ſors praetulerit, is quidem habeat poteſtatem elegendi.* vide Pufendorf. *lib.* III *de Jur. Nat. et Gent. c.* 2. §. 5. Conſt. Landius in *Exercitation. ad L.* 5. *D. Fam. erciſc. Theſ. Jur. tom.* III. *pag.* 1411.

lius lib. XXII. cap. XVII. Indeque Dionysium, cum forte literam μ esset sortitus, acri scommate vocatum μωρόλογον, retorsisse; Monarcha ero. *

Qui autem plura volet de varia gentium sortitione per literas, legat Adrianum Junium libro II. Animadvers. cap. V.

Denique Consultoriae sortes, quibus consilium exquiritur, usui sunt subinde sine peccato etiam inter Christianos, quando, verbi gratia, quaeritur in militia, cujus nationis miles primus facturus sit impressionem: item tempore pestis, quis Sacerdos mansurus sit inter pestiferos, ut faciendum esse scribit divus Augustinus epistola CLXXX.

CAPUT XXVII.

De notis Grammaticorum.

GRAMMATICORUM notas universim appello accentus, seu προσῳδίας, notas item sententiarum, quas Graeci στιγμὰς καὶ θέσεις, Latini *posituras*, quia punctis positis adnotantur, appellant; auctore Isidoro lib. I. cap. XIX. De his Nicanor Grammaticus librum scripsit, ideoque dictus στιγματίας; auctore Eustathio. † Scripsit

* Plura huc pertinentia congesserunt Bulenger. de *Circo Rom. c.* 13. Pantoja de *Aleator. d. l. p.* 1098. Et in agonibus sorti fuisse locum, probavit Faber *lib.* I. *Agonist. c.* 25. aliique.

† Et Suida *voce* Νικάνωρ, qui Grammaticum hunc Alexandrinum Adriani Caesaris tempore vixisse, et de Punctis apud

pſit et Diomedes diligenter libro ſecundo maxime de notis diſtinctionum, de quibus accurate quoque I. Lipſius epiſtola ad Hubertum Audejantium: omnium vero abſolutiſſime vir clariſſimus Erycius Puteanus in Facula, ut appellat, Diſtinctionum; quam ego non ab alio quam illo ſolo eram ſperaturus. * Omnem autem diſtinctionem

apud Homerum et Callimachum aliaque ſcripſiſſe tradit, ob quam punctorum tractationem a quibusdam per deriſionem vocabatur *Stigmatias* id eſt, Notis conpunctus. De Diomedis libro: *de Oratione, partibus orationis, et vario Rhetorum genere*, quem adtulit hic Auctor, vide Cl. Fabricium in *Biblioth. Lat. lib.* IV. *c.* 7. *pag.* 782. *tom.* 2. et quae addidit Indici, voce *Diomedes*. Epiſtola Lipſii, ad quam Auctor hic provocat, extat in *epiſt. Miſcell. Centur.* III. *epiſt.* 39. Plura hic pertinentia ſuppeditabit Clericus in *Arte Critica P.* III. *Sect.* I. *c.* 10. Montfaucon. *lib.* I. *Palaeograph. c.* 4. *pag.* 30. *ſequent.* Struvius in *Actis literar. Faſcic.* I. *de Criter. Manuſcriptorum* §. 29. Aelius Donatus in *cap. de Poſituris*. Claud. Dausquius in *Ortographia tom.* IV. Attilius Fortunatianus in *Arte de Colo et commate.* Voſſius, Salmaſius in *epiſt.* 183. *ad Sarravium.* H. Brencmann. in *Hiſtor. Pandect. c.* IV. et Ill. J. P. de Ludewig. in *Vita Juſtiniani c.* V. §. XI. *pag.* 110. *ſequ. in not.*

* Capitale hoc artis Criticae caput juſto feſtinantius excuſſit Auctor, modum forſan ut ſervaret. Verum res exigit, ut latiori tractu fructum harum minutiarum, ut aliis forſan videntur, percipiamus. Diſtinguenda ſunt omnino ſigna interpungendi, ſeu poſiturae, a ſignis criticis ſeu correctoriis, quae σημεῖα, σημειώσεις adnotationes cum Euſebio, et Origine vocare lubet, et de quibus in fine hujus capitis plura dicemus. His addamus tandem ipſas diviſiones librorum in libros, ſectiones, capita, paragraphos, titulos, numeros, paginas et ſic porro, de quibus altum ſilentium apud Auctorem noſtrum. Hoc obſervato ordine in proclivi nobis erit, Auctorum Syrtes et indigeſtam molem declinare. Quod ad primam attinet

nem notis factam, Graeci vocant διάστιξιν seu δια-

net hujus capitis sectionem, observandum est, signa interpungendi olim fuisse nulla, vel voces singulas punctis interjectis fuisse distinctas, quod videre est ex inscriptionibus et MSS. Ratio obvia est; intelligebant linguam, et legendo facile illis constabat, ubi sonus morari vel protrahi et proferri deberet. Majusculis etiam literis scripturam exarabant, et pleraque notis ex ore dictitantis excipiebantur, quae si junctim reputes, eos vix interpunctiones cogitasse fateberis. Prima itaque exsurgit quaestio, quando illa interpungendi ratio coeperit 2. quis sit Auctor illius, 3. cui bono illa fuerit inventa. Ad primam notes, Cl. Clericum *P.* III. *Art. Crit. Sect.* I. *c* 10. §. 20. ad Aristotelis tempora referre illarum inventionem. Addamus locum, qui est *Rhetoric. lib.* III. *c.* 5. *Omnino autem oportet facile legi et proferri posse quod scriptum est. Est vero ejusmodi id quod multas conjunctiones non continent, et quod non facile est interpungere, ut scripta Heracliti. Nam scripta Heracliti interpungere operosum est, quia incertum utri vox conjungenda, an priori, an vero posteriori.* Inde concludit Clericus, tempore Aristotelis non ignotam fuisse interpunctionem. Verum pace Viri doctissimi, si locum paulo attentius contemplemur, nihil in illo, quod nostram interpungendi rationem spectat, deprehendere licet. Loquitur Aristoteles de sermone seu scriptura, quae facile legi et pronunciari debet. In illa requirit, ne multis conjunctionibus turbetur sensus, et quod facile legendo vel pronunciando interpungi seu distingui possit. Exempli loco adfert scripta Heracliti, ubi voces ita conjunctae erant, ut lectorem etiam acutum, qualis erat Aristoteles, morari possent, nescium, an voces priori, an posteri periodo conjungendae essent. Idem sibi evenisse in MSS. Graecis Bibliothecae Mediceae testatur Brencmannus in *Hist. Pand. lib.* II. *c.* 4. *p.* 131. Sermo itaque potius est Aristoteli, de oratione distincta et perspicua, non obscura, multisque parenthesibus sensum turbantibus haud referta, quales et nostro tempore saepius, ubi ad nausaeam distinctionibus indulgemus, scripta Eruditorum exhibent. Posset etiam locus ita explicari, quasi

dixerit

ςολὴν: et *καταςίζω*, notis diſtinguo, in Epiſt. Baſilii

dixerit Ariſtoteles, verba Heracliti ſic eſſe condenſata, nec punctis ſingulae voces, ut moris olim erat, diſtinctae, ut difficile eſſet anagnoſtis inter legendum illa ſeparare, dubiis, an prioribus an poſteribus eſſent adnectenda. Vel etiam; verſibus non diſtinxiſſe Heraclitum ſententias: ſed in eadem linea novam ſententiam inchoaſſe, quod confuſionem poterat cauſari. Sic enim poſterioribus temporibus, ſententia cum linea perfecta, novam ſententiam ſeu verſum in principio alterius lineae inchoare ſolebant. Ultimum non obſtat vox *διαςίξαι*, vox enim *διαςίζω* non ſolum punctis et notis diſtinguo, verum et in punctum defero notat apud eundem Ariſtotelem *d. l.* Optime autem potuiſſet Clericus ſententiam ſuam confirmare, ſi MSS. ipſius Ariſtotelis adlegaſſet, ejusmodi interpunctionibus diſtincta, quod probatu difficile erit. Haec Cl. Clerico opponere lubuit, qui magis in exemplis, quibus utilitatem interpunctionum probet, quam in explicatione antiquitatis occupatus eſt. Nullo ergo fundamento innitur Clericus, minus recte Salmaſium in *epiſt.* 183. *ad Sarravium*, Ariſtophani inventionem artis interpungendi tribuiſſe, ſtatuens. Veroſimilis illa eſt ſententia, cum primus *προσωδίαν* excogitaverit, et accentus invenerit Ariſtophanes, Grammaticus Alexandrinus, qui Olympiade CXLV. ſub rege Aegypti, Ptolomaeo Epiphane vixit. Sic et Struuius in *d. Faſcic.* I. §. 29. qui forte ex Salmaſio haec hauſit. Inde tamen non ſequitur et Romanos uſos fuiſſe poſituris illis. Salmaſius dixiſſe haec contentus nihil probat, neque auctoritatem ullam adducit. Ariſtophanem vero Auctorem interpunctionum apud Graecos faciamus oportet. Num vero Critici ſeu Grammatici Romanorum ab hoc profecerint, et quo tempore apud hos in uſu eſſe coeperint diſtinctiones, altior quaeſtio eſt. Clericus non dubitat, illas tempore Ciceronis jam fuiſſe adhibitas, contra Lipſium, et quem ſilet, Dausquium *in Ortogr.* diſputans; nec mirum, cum Ariſtoteli poſituras jam notas fuiſſe exiſtimet. Sed neque hoc mihi perſuadet. CLAUSULAS ait Cicero *de Orat.* III. *c.* 46. *atque* INTERPUNCTA *verborum animae interclusio, atque anguſtiae ſpiritus attulerunt.* Nihil certe clarius, loqui

filii ad Notarium suum: ἄστικτον χωρίον, ager non

Q 4 no-

loqui Ciceronem de fine periodorum earumque clausulis, quae nihil aliud sunt, quam *interpuncta verborum.* Hoc patet amplius ex eodem Cicerone *d. l. c.* 44. ubi versus veterum aperte opponit librariorum notis et interpunctis clausulis periodorum: *Versus*, dicens, *Veteres illi in hac soluta oratione propemodum, hoc est, numeros quosdam adhibendos nobis esse putaverunt. Interspirationis enim, non defatigationis nostrae, neque* LIBRARIORUM NOTIS, *sed verborum et sententiarum modo, interpunctas clausulas in Orationibus esse voluerunt.* Videtur autem hoc voluisse Ciceronem, librarios nonnumquam in fine periodorum notas, quasi morandi indices adposuisse, quas nemo in perorando attendere deberet, sed potius ad verborum et sententiarum modum. Tertius locus Ciceronis in *Orat. pro Murena c.* XI. ubi de Jurisprudentia ita: *Primum dignitas in tam tenui scientia, quae potest esse? Res enim sunt parvae, prope in singulis literis atque* INTERPUNCTIONIBUS VERBORUM *occupatae*, non agit de nostris distinctionibus, sed vel de singulorum verborum punctis, quae si omissa essent maximas saepe ambiguitates producebant, ut Lipsius recte observat, et Brencmannus *d. c.* 4. *p.* 130. qui hoc in librariis et D. scriptoribus desiderat, ut ad finem periodi, unius duarumve literarum spatium reliquissent, cum hoc absurdum inde saepe sequatur, ut *posterior dictionis consonans jungatur consonanti sequentis, cum qua prorsus pronunciari nequit, aut vice versa.* Forsan minutias tantum JCtorum tangit hic Cicero, quasi in minimis, adeoque in punctis verborum haererent. Unicum addam, quod capitale videtur argumentum: si Cicero adeo necessariam putasset interpungendi rationem, illamque scivisset, cur quaeso ipse orationes suas et opera reliqua notis illis non distinxit, ne posteri dubia ejus oratione saepe fallerentur, contra mentem Ciceronis, cui nihil magis quam inmortalitas cordi erat? Cur demum Pandectas Florentinas, quae tamen mox post Justiniani tempora videntur conscriptae, illis interpunctionibus distingui non curaverint ipsi JCti, qui tunc temporis exemplum illud in mundum redigi jusserunt, vellem edoceri. Tanti si fecissent distinctiones, vel si notitiam illarum

illarum habuissent, dubium non est, quin sedulo addi illas jussissent, quod tamen in archetypo Florentino ubivis neglectum vidimus, exceptis illis, quas *tit. D. ad L. Aquil.* et nominibus JCtorum nonnumquam inepte addiderunt recentiores, Brencman. *d. l. p.* 133. qui *pag.* 132. et 137. sola finalia puncta, in fine capitum, ad librarios refert, nec ad hos omnia, cum illi plerumque spatia vacua duarum vel trium literarum vice punctorum reliquerint, vel uno vel binis et trinis punctis clauserint, interjecto nonnumquam obelo inter utrumque punctum, nonnumquam tribus racematim positis ·.· vel ita ·: et hoc vel cum ; aut sine virgula, eaque porrecta vel cum undulatione, hoc modo ÷ .:~ :— :~ quae signa et Graecis MSS. propria sunt. Unde fallitur Angel. Politianus, quem miror non notasse Brencmannum *c.* 41. *Miscellan.* plane *nullis intervallis dictionum* archetypum esse conscriptum adserens. Duo tantum adsunt loca singularia in D. scil. *L. ult. ad L. Rhod.* quae pernitide conscripta, frequentissimas punctorum distinctiones, vice commatum habet; contra in *L. ult. de Publ. et vectigal.* post tot singula illa insueta extranearum specierum nomina, spatium relictum est, quem locum unicum esse in archetypo, ait Brencmannus. Concludimus inde, neque Justiniani aevo fuisse usitatas interpunctiones, etsi forsan non ignotae fuerint. Certe Senecae tempore in usum fuisse deductas minime patet ex epistola ejus 5. *lib.* v. Taxans ibi Haterii celeberrimi Oratoris cursum, qui numquam intermisit: semel incipiebat, semel desinebat, abesse hoc ab homine sano jubens, *nos etiam* inquit Seneca, *cum scribimus interpungere solemus*, quae verba iterum ad interpunctiones singulorum verborum, vel ad puncta finalia referenda sunt cum Lipsio, Mureto. Nihil denique nos moratur Probus, Senecae aequalis, apud Suetonium *de Illustr. Gram. c.* 24. in vita Valerii Probi: *Multaque exemplaria contracta emendare, ac* DISTINGUERE *et adnotare curavit.* Vox enim *distingvere* hoc loco iterum vel ad singula verba distincta referri potest; vel dicendum erit, confusam scripturam et in se inplicatam illum separasse, quam explicationem posset juvare vox *contracta*; vel turbata omnia distinxisse, et quaeque suo loco disposuisse. Nullas itaque distinctiones apud veteres, minimum ejusmodi non fuisse, quales hodie habemus, nisi singulorum verborum, certo certius videtur. Contrarium autem qui probare ad niti-

nititur MSS. adferat, adferti teftes omni exceptione majores, vel loca evidentiora. Ante aevum certe Hieronymi S. Scripturae Codices fine diftinctionibus inveniuntur: hunc enim primum, tefte Caffiodor. in *Praefat. divin. liter. inft. fimplicium fratrum confideratione pellectum in Prophetarum praefatione dixiffe, fe propter eos qui diftinctiones non legerant, apud magiftros faecularium literarum, colis et commatibus translationem fuam, ficut hodie legitur, diftinxiffe.* Et hoc imitatum fuiffe fe, ipfe Caffiodorus in fequentibus fatetur. Ex iisdem verbis tamen videtur patere, tempore Caffiodori diftinctiones fuiffe notiffimas, adeoque illum non fuiffe primum illarum inventorem: etenim curam illam diftinguendi Codices his verbis commendat Notariis: *Reliquos vero Codices qui non funt* tali diftinctione fignati, NOTARIIS, *diligenti tamen cura follicitis, relegendos atque emendandos reliqui* Ante haec tempora fi inveniantur MSS. ita diftincta, a manu recentiore ita interpuncta effe videntur. Sex enim vel feptem abhinc feculis in Codicibus Novi Teftamenti MSS. Bibliothecarum Parifienfium vetuftiffimis, figna diftinctionum fe inveniffe nulla, teftatur Simon in *Hiftor. Critic. Novi Teftam.* Indicio poterit effe novum atramenti genus, quo figna illa defcripta funt. Obftat tamen ipfe Hieronymus ad Paulam et Euftochium *Praefat. in Translat. Aefaiae: Sed quod in Demofthene et Tullio* SOLET FIERI, UT PER COLA SCRIBANTUR ET COMMOTA, qui utique *profa et non verfibus fcribantur.* Et hoc imitatus eft Comatus quidam Grammaticus, in Opere Homerico, cujus verficulos adfert Leo Allatius in *Animadv. in Antiquit. Etrufc. c. 47. p. 77.* inde concludens, ante Hieronymum ita jam fuiffe interpunctum. Verum poffet locus Hieronymi vel cum Allatio, vide *Not. meas p. 252.* vel de more fui temporis, vel paulo ante fe explicari. Paulo itaque ante tempora Caffiodori coepit ars illa interpungendi, multum diftans a noftris diftinctionibus, de quibus mox plura. Poft aetatem vero Caffiodori num fuerit obfervata mos ille interpungendi, et qualis illo tempore fuerit, Crlticos fugit. Et verofimile eft, iterum in illa feculi barbarie diftinctiones fuiffe neglectas. Sane usque ad Carolum Magnum nullam verborum diftinctonem, tum in libris, tum diplomatibus fuiffe adhibitam teftatur Mabillon. de *Re diplomat. lib. I. c. XI. pag. 52.* Carolus autem M. adhibuit Paulum Warnefridum et Alcuinum, Diaconos peritiffimos, in quibus ille

notatus cippo, apud * Pollucem.

Prima ſeu minima diſtinctio eſt Comma, † quod Inci-

homilias per annum legi ſolitas, et aliquot Auguſtini epiſtolas; hic vero librum, qui COMES adpellatur, interpunctionibus illuſtrarunt. Interpunctionum tamen uſus ſerius in diplomatibus obtinuit. Sunt verba Mabillonii *d. l.* Perfectiſſima demum interpungendi ratio cum typographia coepit: ante enim haec tempora Notarii per notas ſcribentes, diſtinctiones omnes neglexerunt, deque his conqueritur ſuo adhuc tempore Nicolaus de Cleamangis, ſcriptor ſeculi xv. *epiſt.* 109. *edit.* 1613. *Ceſſavit igitur cum dictatu antiqua ſcribendi formula, qua perfectam ac rite formatam literam cum certa diſtinctione clauſarum notisque accentuum tractim antiquarii ſcribebant, et ſurrexerunt ſcriptores, quos* CURSORES *vocant, qui rapido juxta nomen curſu properantes, nec per membra curant orationem diſcernere, nec pleni aut imperfecti ſenſus notas apponere.* Meretur locus hic addi, quae ſupra de Notariis monuimus, vide Du Freſne in *Gloſſar. med. aevi* voce, *Curſores.*

* Pollux *lib.* III. *c.* 9. *Segm.* 85.

† Κόμμα, a κομέν id eſt, orno, Germanis Kämmen, coma, caeſaries culta. Illuſtris Ludewigius in *vita Juſtiniani ad proem. Inſt.* §. XI. *p.* 101. Codicem ſe poſſidere refert, ubi commatis loco *pecten*, inſtar *cratis dentatae*, mereri illud pecten vocari, dicens, *interciſum*, Tullius ad *Brutum.* Vocatur etiam comma *ſemicirculus* qui tamen virgulae incurvatae, qua hodie utimur, non reſpondet. Veteres *inciſum* vocabant, Cic. de *Orat. c.* 62. Quinctil. *lib.* IX. *Inſt. Orat. c.* 4. *pag.* 834 *edit. Burman. At illa connexa ſeries*, inquit, *tres habet* formas: *Inciſa, quae* κόμματα *dicuntur : Membra, quae* Κῶλα, *et* περίοδον, *quae eſt vel ambitus, vel circumductum vel continuatio vel concluſio.* Diomedes *lib.* II. *cap. de Compoſitione pag.* 462. Commata ergo ſunt quaſi inciſa periodi, quemadmodum Ulpianus in *L.* 10. *D.* aquarum emiſſaria et incilia, commata, vocavit. Cave tamen putes, habuiſſe veteres pro commate virgulam ejusmodi incurvatam, qua hodie gaudemus. Magis dicta illa ipſam periodo-

Incisum vocant, cujus haec nota , . Sequitur distinctio paullo major , Hypocolon , cujus haec figura ; . deinde Colon. quod membrum quoddam est sententiae, et gemino puncto signatur. *
Postre-

riodorum compositionem spectant, quae constare debebat ex membris et incisis, facile a peritis, et sine ope commatum, inter legendum distinguendis. Eo certe referenda sunt verba ejusdem Quinct. d. l. *Et historiae (quae currere debet ac ferri) minus convenissent intersistentes clausulae, et debita actionibus respiratio et cludendi inchoandique sententias ratio.* Ael. Donatus *cap. de Posituris p.* 1742. loco commatis, punctum mediae literae adpositum fuisse olim tradit. Isidorus comma descripsit : *est juncturae finitio*; *membri pars*; Clarius, est pars periodi, perfectum nihil habens et una voce saepe constans. Hodiernum nostrum Comma convenit quoad figuram veterum Diastoli, quam Latine dixeris Disjunctionem, et de qua ita Sergius *ad Donati primam editionem. Diastole est nota contraria Gyphem; hac enim vota vitiose juncta separamus ; et ponitur ad imam partem literae* Scaliger de *Caus. lingu. lat. lib.* II. *c.* 57. figuram ejus fuisse virgulam perpendicularem ait, quam ne pro vocali I. acciperetur, curvam pinxere. Verum Diomedes, Priscianus, Donatus et M. Victorinus, citati apud Leon. Allatium in *Animad. ad Antiqu. Hetrusc. c.*48.*pag.*82. diastolem esse dexteram partem circuli ad imas literas hac nota ↄ. perhibent. Lipsius de *Recta pronunc. lingv. lat. c.* 17. notam ejus , ait, fuisse dexteram partem circuli ad imas literas depositam hac nota C. Sic ne legeretur *ursus* in carmine : *in litore conspicitur sus*, voci *sus* praeponebant disjunctionem. Exempla plura apud Eustathium inueniri in *Iliad.* Θ. *p.* 701. et *p.* 1170. tradit Allatius, cui hanc de Diastole observationem debeo.

* Κῶλον est membrum orationis majus et perfectius, Vossius IV. *Inst. Orator. p.*60. Dici posset periodus interpuncta. Aelius Donatus *d. l. p.* 1741. loco coli vult punctum poni in infima literae parte. Ill. Ludewigius in *Vita Justiniani pag.* 101. Latinos hanc distinctionem Graecis debere tradit , Graecos Trasimacho . qui Platone vetustior, si Suidae fides, *h. voce* vide etiam Dausquium
de

Postremo Punctum, quo ipsa Periodus definitur.

Alia vero olim interpungendi ratio: uno enim puncto varie collocato, omnes distinctiones notabant. Ita Diomedes lib. II. et Donatus Grammatic. cujus postremi haec verba: *Distinctio est, ubi finitur plena sententia: hujus punctum ad summam literam ponimus. Subdistinctio est, ubi non multum*

de *Ortographia tract.* IV. *c.* 2. et Fortunatianum in *Arte de Colo et Commate p.* 2690. Interim notandum cola et commata in scriptis veterumnon fuisse frequentata; nam metrico more a linea resumebatur scriptura ad singula cola et commata. Hinc recte Cl. Montfaucon. *c.* 4. *Paleograph. p.* 30. contra Leonem Allatium in *Animadv. p.* 79. videtur disputare, loca Cassiodori et Hieronymi non esse intellegenda de interpunctionibus ad cola et commota positis. Patet hoc ex ipsis Hieronymi verbis in *Praef. in Hesaiam: sed quod in Demosthene et Tullo solet fieri, ut per cola scribantur et commata qui utique* PROSA et non VERSIBUS *conscripserunt.* Mens autem horum verborum est, in libris etiam prosa descriptis, versiculos a linea descriptos fuisse. Sic Graecis mos antiquitus erat per *στίχοις* seu versiculos orationis partes distinguere. Neque *στίχος* integram periodum designabat, sed eam partem, etsi per quam minimam, ubi aliquis saltem sensus, licet adhuc inperfectus et inchoatus. Versiculorum illorum seu linearum numerum in fine librorum, rarius in fronte, et ante librorum exordium adscribere solebant, cujus rei exempla adtulit Montfaucon. *d. l. p.* 28. Et hinc minus recte Lipsius *Cent.* III. *ep.* 39. Barthius II. *Adversar. c.* 17. cum Salmasio in *Praefat. ad Solinum* versus, membra fuisse minuta partesque periodi, docent. Videsis etiam Casaubon. ad *Athenaeum* VI. *c.* 10. *circa finem.* De Virgulis nostris addam verba Montfauconii *pag.* 32. *d. l. Virgulae si non priscae omnino vetustatis sunt; non tamen eas ita recentes dixeris: nam in Codicibus Graeis annorum plus mille occurrunt, ad omnium minimam distinctionem positae, et quidem formae hodiernae ita simili, ut nihil intersit discriminis.* Sed relinquamus hoc decidendum, quibus MSS. diurna tractatio.

tum superest de sententia: hujus punctum ad imam literam ponimus. Media est, ubi fere tantum de sententia superest, quantum jam diximus, cum tamen respirandum sit: hujus punctum ad mediam literam ponimus. * Porro

* Idem docet Isiodorus *lib.* 1. *c.* 19. Longe alia itaque fuit ratio interpungendi apud veteres, qui uno puncto diversa ratione posito, periodi partes demonstrabant. Et haec quidem dictata Grammaticorum exigebant, a scribis vero rarissime illa sunt observata, et sero obtinuit mos singula verba interpungendi, quale exemplum adtulit Montfaucon. *d. l. p.* 32. in Psalterio Monasterii S. Michaelis in Lotharingia, Sedulii Scoti manu exarato. Idem ex titulo inscriptionis Baudelotianae post singulas voces tria puncta notari observat, unico, quod superest in tabulis Graecis exemplo. Et licet in antiquioribus MSS. puncta ad finem periodorum non raro superne ponantur, id tamen pro norma non est habendum: nam et in medio et imo vocis latere pro majori interpunctione, interdum in summo apice pro minori consignantur, ita ut ex sensu magis, quam ex situ punctorum, distinctiones petendae sint. Addit Idem, quadruplici modo efficta in marmoribus et MSS. conspici puncta, vulgo rotunda sunt; aliquando quadra, nonnumquam in rhombi, rarius in trianguli formam. Haec Montefalconius. Isidorus *lib.* 1. *Grammat. c.* 20. punctis olim lineas et figuras *Gamma* ad dextram referentes, additas fuisse tradit. In inscriptionibus literam O distinctionis notam referre eleganter observat Cl. Cannegieter in *Diss de Brittenburgo p.* 59. Ut ut est, largimur facile Dausquio in *Ortogr. tr.* IV. *c.* I. *et* 2. Ciceronis tempore puncta periodorum fuisse cognita, statuenti. Verum figuram eorum et rationem interpungendi ignoramus, et pleraque in barbaro illo seculo pro captu suo quisque librarius in pejus mutavit. Recentiorum vero interpungendi rationem perfectiorem et pleniorem esse docet Valerius Andreas de *Recta interpungendi ratione, et distinctionum notis.* Ceterum vox punctum in varios per translationem elegantem abiit significatus. In computationibus literas numerales, quas ut opinatur Cl. Brencman. in *Hist. Pand. lib.* II. *cap.* 4. *p.* 535. antiqui continuo ductu scribebant, adpositis punctis sepa-

Porro neque ea interpungendi lex omnino vertus eſt, conſtat enim veteres ſingulas voces punctis utrimque includere ſolitos, neque ullam habere diſtinctionem aliam, ergo divinari hoc poteſt;

ſeparaſſe certo certius eſt, vid. ſupra *pag.* 117. et Sueton. in *Nerone c.* 30. Jacob. Gutherius III. *de Offic. Dom. Aug. c.* 1. Inde *diſpungere* apud Ulpianum in *L.* 56. *D. de Verb. Sign. eſt conferre accepta et data*, et in *L.* 15. *D. de Reb. auct. judic. poſſid. recognitio et diſpunctio concedenda ſit creditoribus, videamus.* Et *expungere rationes* apud Hermogenianum in *L.* 13. *D. de Diverſ. temp. praeſcr.* Milites *expungi* dicuntur, cum militia mittantur, *L. penult. D. de Re milit.* Lipſius 1. *Dial.* 2. *de Milit. Rom. gratioſe expunctae* eſt in *L.* 8. *D. de Admin. rer. ad civit. pertinent.* Et puncta olim pro lituris fuiſſe, ne Codices deformarentur conſtat, quodque puncto literae ſubjecto aut ſuperpoſito illa ejiceretur, vide Brencman. in *Hiſt. Pand. lib.* II. *c.* 6. *p.* 175. Sic et in re Muſica puncta, certa menſura diſpoſita, pro literis erant, unde Etruſci *contrapunto* vocant artem componendi Muſicam, quaſi *contrapunctionem*, id eſt, puncta punctis oppoſita, quemadmodum et Graeci hanc partem Muſicae *σημειωτικην* vocaverint. Hinc et *notare* in medio aevo, erat notas muſicas libris eccleſiaſticis adſcribere, et ejusmodi puncta ſingulis vocum ſyllabis ſuperaddere vid. Du Freſne in *Gloſſario, voce, Notae Muſicae.* Nihil autem de his, quod miror in capitibus de *Notis* adtulit Auctor. Tandem et puncta, temporis pro ſpatio temporis anguſtiſſimo in *L.* 15. *C. de Agric. et cenſit.* et apud Terent. aliosque occurrit. *Puncti ſolatium* in *L.* 4. §. 1. *C. de Advoc. diverſ. jud.* mire torſit Cujacium XIII. *Obſ. c.* 2. ſed punctum ibi ſubſtantive accipiendum, neque ad ſequens *ſolatia*, ſed ad praecedentia referendum, nimirum: *puncti divina manu noſtrae Serenitatis*, id eſt manu Imperatoris certis notis notati, ad teſtandum favorem ſingularem; vel ut Gothofred. ad *L.* 3. *C. Th. de Poſtul. tom.* I. *p.* 142. *et tom.* VI. *p.* 3. legendum contendit, *puncti commoda.* Invaluit etiam in ferrea illa literarum aetate illud *appunctare*, unde Gallorum *appoincter*, et Pragmaticorum noſtrorum *Appoinctement*, Du Freſne, *voce, punctum, et Appunctare.*

teſt; nam qui ſciverit, quando ea conſuetudo invecta, neminem ſcio. Caſſiodorus ait, *id acceptum a majoribus*. Magna lux a Caſſiodoro! quibus majoribus? Hic omnes Davi ſumus. *

Pa-

* Nec refert, cum ipſe Auctor illorum voluerit latere. Et forſan ſenſim ignobiles librarii hoc introduxerunt, quod Ariſtophanes aliique Grammatici diligentius excoluerunt. Gaudemus interim illa libertate ut pro lubitu, dummodo modus ſervetur MSS. interpungere poſſimus. Hoc in Jure noſtro ſuadet omnibus Ant. Auguſtinus *lib.* I. *Emend. c. ult. ſi quid aut iniquum aut minus apte ſcriptum repererint, quod facile punctis ablatis aut additis reſtituatur.* Exempla per interpunctiones textus Juris emendandi, quae ſane ratio elegantiſſima et omnium certiſſima eſt, plena manu dabit Cujacius *lib.* I. *Obſ. c.* 14. Alia invenies apud eundem in *L.* 2. §. 23. *et* 24. *D. de Vi bon. capt.* Ant. Auguſtinus *lib.* I. *Emendat. c.* 9. E. Leoninus *lib.* III. *c. ult.* Fornerius *lib.* IV. *Rer. quot. c.* 18. 19. Ampl. Bynkersh. *lib.* I. *Obſ. c.* 20. et *lib.* IV. *c.* 14. Beſtius *Ration. emend. leg. c.* 7. et 10. Jauchius de *Negation. Pand. pag.* 221. Noodtius *lib.* I. *Probab. c.* 4. II. *Probab. c.* 8. et Notae Waechtleri, quas nuper recudi curavi. Adde eumdem Noodt. *lib.* II. *de Uſufr. c.* XI. *p.* 467. *columna* I. item de *Pactis c.* 2. *p.* 486. *col.* I. et *ibid. c.* 3. *princ.* Idem nuper tentavit feliciter in *L.* 3. §. 5. *D. de Sepulch. viol. et L.* 86. *D. ad L. Falcid.* Cl. Jac. Voorda, Vir mihi amiciſſimus, *cap.* 29. *Obſ. et emend.* Alia exempla ex Auctoribus Claſſicis adduxit Reizius noſter in *Ambiguis, mediis et contrariis*, voce, *Interpunctio*, ubi et memorabilem hiſtoriam Comitis Fairfax allegat, qui ſententiae de capite Regis ferendae ſubſcribere coactus, ita ſcribebat: *Quum omnes conſentiunt, ego non diſſentio*, levi puncto poſt particulam *non* adpoſito. Simile quid in viro docto accidiſſe memini, qui cum ob denegatam nuptiarum conditionem amicis in aurem diceret: Ich wil ſie nicht; et ob id a patre puellae in jus vocatus, injuriarum accuſaretur, explicato verborum ſenſu, et commate hac ratione interpoſito: Ich wil / Sie nicht / facile conſenſum moroſi patris inpetrabat. Infinita ſunt hujus generis alia, in quibus utilitas punctorum deprehenditur, quae non ſunt hujus loci.

Parenthesis, * signum est interpositionis; hujusmodi ( ).

Ὑ'φὲν, † signum conjunctionis in vocibus composi-

* Donatus de *Tropis p.* 1777. *Parenthesis*, ait, *est interposita ratiocinatio sententiae diversae.* Hinc facile videre est, turbare illam rationis sensum, adeo ut recte Quinctilianus *lib.* VIII. *Inst. Orat. c.* 2. *pag.* 675. *edit.* Burm. *breve sit, quod interponitur*, suaserit. Etiam unius syllabae interpositio parenthesis dicitur Sop. Charisio *lib.* IV. *Inst. Grammat. pag.* 278. Forma illius hodie constat semicirculis duobus, qui olim veteribus librariis delendi signa fuere, teste Ant. Augustino *lib.* I. *Emend. c.* 2. qui et *lib.* III. *c.* 6. 9. *et lib.* IV. *c. ult. circa finem*, ignoratione hujus moris varie peccatum fuisse ostendit. vide etiam Taurellum *ad Lectorem* § 13. ubi de parenthesi. Exempla parentheseos signi ex sacris et profanis adtulit Cl. Clericus in *Arte Critica P.* III. *Sect.* I. *c.* XI. Interim parentheticam orationem historicis et Oratoribus frequenter fuisse in usu Quinctilianus *d. l.* perhibet. Signa autem parentheseos sunt inventi recentioris. De figura parentheseos vide Dausquium *Ortogr. Trac.* IV. *c.* 5.

† Hyphen, ὑφὲν est subunio, vel copula in duarum vocum pronunciatione: e. g. *Heri semper-lenitas*, Terent. *Andr.* I. 2. *vs.* 4. Sed Cl. Westerhovius cum Guyeto ibi non agnoscit hyphen, ad Emmenessium. ad *Virgil. Ecclog.* I. 7. nos ablegans, qui exempla τȣ ὑφ ἕν collegit. Lucretius *lib.* I. *de Rer. nat. vs.* 225. *Semper florentis Homeri.* Adde Cl. Havercampium ad *Lucret.* qui Schotti *Observ. hum. p.* 89. adfert, ibique aliud exemplum ex Herodiano, a Fabro allegatum. Pertinet huc locus Sergii in Donati primam editionem supra *pag.* 251. citatus: *Diastole est nota contraria Gyphem*; *hac enim nota vitiose juncta separamus, et ponitur ad imam partem literae.* Nihil autem Auctor, quod miror de nota hac Diastoles, qua cohaerentia discernebantur, quaeque apud Latinos pariter ac Graecos παράγραφος, paragraphus dicebatur. Erat linea brevis, quasi punctum quoddam in exttemitate habens, docente Scholiaste Aristophanis in Plutum *Act.* 2. *Sc.* 1. Aliter Isidorus *lib.* I. *Etymolog.*

positis, quando proxima manet immutata, ut, *semper-florentis* apud Lucretium. Scribunt autem et Hebraei eodem modo hanc notulam, et מַקַּף Maccaph vocant.

R Ἀπο-

tymolog. c. 20. qui notulae hujus elementum pingit primae magnitudinis ך inversum. Aliter Dausquius in *Ortograph. tr.* v. *p.* 168. lineolas has adponit obliquas easdem. Pancirolus *lib.* 1. *Var. lect. c.* 3. ejusmodi signum fuisse ait ¶. Cael. Rhodiginus, qui plenius de his figuris *lib.* xv. *c.* 20. lineolam fuisse rectam ---- contendit, Alciatum accusans plagii. Hodie placuit typographis in nota paragraphi duplex circumflexus, ita: §. vide Ill. Ludewig. in *Vita Justiniani p.* 99. qui ex Budaeo *de L. Gr. p.* 590. et Suaresio in *Notitia Basilic. p.* 7. docet, paragraphum Graecis in universum adnotationem, sive scholium in margine adscriptum notare. Est autem nota haec §. et vetus illa, cujus illa sit formae, novi inventi, cum olim verba omnia in MSS. cohaererent, rariusque singula interpungerentur, et a seculo nono demum distinctiones per spatia quaedam inter singulas voces relicta obtinerent, neque id quidem constanter, docente Montfaucon. in *Palaeogr. lib.* 1. *c.* 4. *p.* 32. *in fin.* et Brencmann. *d. l. pag.* 133 137 JCti per paragraphos intelligunt versus legum, seu quidquid sub una sententia continetur, et sic in Pandectis Veterum, tricies centena millia versuum explicavit per paragraphos nostras Martianus Cossias, antiquus interpres. De versibus illis 150000 vide Contium in *Lectionibus subcesivis lib.* 1. *c.* 8. aliosque apud Gundlingium *P.* IV. *Gundling. Obs.* 5. §. 1. qui §. 7. putat, versus fuisse apud veteres loco distinctionum, quod verosimile haud videtur: probandum enim erit in singulis versibus, seu linea, ut barbare vulgo dicuntur, vid. Vossius de *Vitiis Serm. p.* 155. et Cellar. *p.* 360 absolutum fuisse et perfectum sensum, qui colo aut commati includi possit, quod probatu difficile erit, cum et ipse adcuratissimus Corporis Florentini examinator Brencmannus, nihil quod scio, hac de re nos docuerit. Alciatus *lib.* III. *Dispunct. c.* 16. in feminino genere paragraphen dicendum esse contendit, quia γραμμὴν subintelligitur.

Ἀποστροφὸς, * nota deficientis alicujus literae, *viden'*.

Diastasis, Signum divisionis cum verbi alicujus pars una in extrema linea, altera initio alterius versus rescribitur, ut *homi-nes*. Quem morem Augustus repudiavit, qui reliquum quod supererat verbi, malebat parti scriptae in extrema linea subscribere, narrante Suetonio, quam alterius versus initio perscribere, cap. LXXXVII. *Notavi et in chirographo ejus illa praecipue; non dividit verba, nec ab extrema parte versuum abundantes literas in alterum transfert, sed ibidem statim subjicit, circumducitque.* †

Diae-

* Apostrophus est semicirculus ad summum consonantis adpositus, vocalem abesse indicans. Poëtis frequens est in verbis *ain'*, *dixtin'* *viden'*, pro videsne, aisne, dixtine. De his ita monet Montfaucon. *d. l. lib.* I. *c.* 4. *p.* 33. *ubicunque occurrunt apostrophae, ut in his vocibus ἀπ' ἀυτην ὑπ' ἀυτην quando scilicet ultima prioris vocis litera συμφωνίας causa supprimitur et eliditur, tum postremam primae vocis cum prima sequentis, nimirum π cum α ita copulari in Codicibus, ut pene sese mutuo contingant, idque adcuratissime observari a librariis in Codicibus noni, decimi, et sequentium seculorum.* De signis interrogandi, exclamandi, desiderii et Ironiae, obscuritateque et mendis inde ortis vide J. Clericum *P.* III. *Sect.* I. *c.* XI. §. 16. *sequ.* qui tamen exempla magis voluit dare, quam antiquitatem illorum signorum explicare. De interrogationis formulis Reitzium in *Ambig.* voce, *Interrogatio pag.* 319.

† Monet hoc Suetonius d. l. tanquam aliquid singulare, cum vulgus aliter scripserit, scilicet, ut abundantes in fine versus literas ad alterius initium transferret. Haec scribendi ratio visa fuit Augusto incommoda lectoribus, quia divisio insignis erat, nimiumque attentum lectorem morabatur

raba-

Diaeresis, nota divisionis literae aut syllabae, ut *Aulaï*, *Poëta*.

R 2 *Acen-*

rabatur. Hinc statim in fine eiusdem versus verba abundantia subscribebat, ductaque linea circumducebat; Ita Casaubonus ad *d. l.* circumductionis illius, cujus adhuc hodie usus superest in scribendis saltem versibus, speciem majusculae literae L. praebere docens. Idem notam illam haud raro in nummis occurrere observat, nec literam esse sed circumductionem, cum ambitus non caperet literas omnes. Dubitat merito de hac nota Tenzelius in *Colloqu. menstr. Ann.* 1690. *p.* 169. cum in tabella quadam aenea Romae effossa longe aliter formata conspiciatur. Firmat sententiam Casauboni de circumductione literarum, exemplo ex Augusti epistola deprompto Cl. Burman. in not. *ad Suet. d. l.* Et sic Boxhornius *Epist.* 159. Tenzelius d. l. aliique. Novam interpretationem nobis propinavit Cl. Gundlingius in *Gundlingian. P* IV. *Obs.* 5 §. 6. *sequ. literam* dicens, quae vox decepit interpretes, significare verba, vel quamvis scripturam Augusti; illum vero verba abundantia quae ad hoc comma; non vero ad alterum orationis membrum pertinebant, separatim in sequentes versus non rejecisse, sed in eodem versu continuasse, et sic esse explicanda verba: *non dividere.* Vocem *subjicere* vero non significare infra ponere, sed connectere, ibidem addere. Elegans haec videtur prima fronte conjectura, cui etiam favent sequentia Suetonii verba: *Ortographiam*, id est, *rationem scribendi a Grammaticis institutam* (quae verba jure ad Glossema retulit ὁ πάνυ Burmannus,) *non adeo custodiit.* Non inprobat etiam Gundlingii illam sententiam Reitzius noster, in *Ambiguis, mediis et contrar.* voce *subjicio. pag.* 576. Verum altius rem repetenti, pace Gundlingii sit dictum, praeter ingenii acumen nihil solidi illam habere patebit. Supponit ille, sed non probat, in quavis linea integrum versum ad colon usque scripsisse veteres, et ab hoc more recessisse Augustum, quod millenis exemplis negari poterit. Sane Menagius ad *Diogenem Laertium lib.* IV. *Segm.* 24. quem allegat §. 7. aliique plures quos supra *pag.* 257. adduxi, probant, *versus* notare quamvis lineam, non perfectam orationem, ut putarunt, Lipsius

Accentus, seu προσῳδίας, *veteres docti*, *notas vocum*,

Lipsius Barthius, et Salmasius *Epist. ad Sarrav.* 183. et in *Praefat. ad Solinum*, Haec illi manifesto adversantur. Non ergo haec est mens Suetonii, ut contendit Vir Cl. Augustus non breves faciebat versus seu lineas, et recessit ab illo antiquo more. Neque haec est mens ejus: *circumducebat*, *non dividebat*, *nec*, *commate finito*, *seorsum novam lineam ordiebatur*. Hoc et alii scriptores illorum temporum fecerunt. Omnis difficultas latet in verbis: *nec ab extrema parte versuum abundantes literas in alterum* (scilicet, versum) *transfert*. Ad haec silet Gundlingius; nec mirum: inde extricare se artis est. Accipe vero paucis: Hoc quaero, extremam partem versuum seu finem linearum cum scriberet, ubi manebant literae abundantes? debebatne illa necessario in aliam lineam transferre? Perinde enim erit, literarum quaedam elementa intelligas, seu pro quovis scripto, cum Gundlingio, vocem *literas* accipias. Finis etenim lineae imminebat, et sive perfecta sive inperfecta fuisset oratio, ad aliam lineam erat progrediendum: Nihil itaque sani ex verbis illis: **Augustus machte keine kleine Zeilen / worauf nur 6 worte stunden** / *nec commate finito seorsum novam liniam ordiebatur*, Immo debebat novam inchoare lineam, quia abundabant literae vel verba in extrema parte versuum. Certe ipsa vox *circumducebat*, quam V. Cl. paucioribus verbis ipse opponit, evertunt sententiam hanc: **Augustus machte keine kleine Zeilen.** Neque quaeritur breves an longas lineas duxerit, chartam habuerit spatiosam et latam an angustam: sed in hoc vertitur cardo rei, ubi illas literas in extremitate seu fine lineae abundantes collocaverit, num divisione facta in nova linea, vel sub ipsum ultimum verbum, circumductione, seu linea incurvata, ut hodie solemus, facta. Vides, nisi egregie fallor, nihil praeter ingenium spirare explicationem Gundlingii. At potuisset, nimium nisi mihi blandiar, ad verbum et naturali ordine omnia accipiendo, elegantius d. l. sic explicare: Augustus non amabat circumductum et diffusum scribendi genus, sed si quae in extrema parte versus superessent verba, statim illa in sequentem versum rejiciebat, vel quod melius: subjiciebat verbis finalibus prioris lineae abundantia eaque circum-

cum, *fastigia*, *cacumina*, *voculationes*, *moderamen-*
R 3 *ta*

cumducebat. Comprobant haec mire verba Suetonii sequentia: *ac videtur eorum sequi potius opinionem, qui perinde* SCRIBENDUM *aut* LOQUENDUM *existiment.* Jam vero loquentes numquam per longissimum ejusmodi hiatum et temporis intervallum, quod requiritur, si literas in fine divisas in nova linea iterum resumas, syllabas verborum separant, sed ordine et aequali sono eas pronunciant; pronunciatio vero mirum juvatur, si vox divisa statim sit subjecta, nec in legendo sonus distrahitur nec ingratus evadit. Inprimis hoc videre est in inperito anagnoste, qui ex initio divisi vocabuli, de genere, casu et numero, quae in linea sequenti sequi debent, non potest judicare. Hoc vero incommodum manet illi dividendi rationi, quod latiora linearum fiant spatia, et elegantiae seu proportioni quodammodo officiatur, quod facile tamen cum commodo compensatur. Casauboni ergo aliorumque explicationi ut adstipuler facit Monumentum Ancyranum, ad quod provocat Cl. Burmannus, cui addo tabellam aeneam, quam ex Josepho Suaresio *lib.* I. *Praenestes Antiquae c.* XIV. *pag.* 37. refert Tenzelius *d. l. pag.* 170. ubi vox *consilium* ita dividitur, ut syllaba ultima *um* more Augusti, non ab initio sequentis lineae, sed statim subjiciatur, syllaba *um* hac nota circunducta ς. Et verosimile est, tempore Augusti tabellam illam fuisse scriptam, et morem illum syllabas ita dividendi ab aliis imitatum. Addam et aliud non minus venustum exemplum ex Corpore Florentino desumptum, ubi teste Brencmanno *lib.* II. *c.* 5. *Histor. Pand. pag.* 147. in *L.* I. §. I. *D. de Adquir. vel. amitt. poss.* τὰ *Et quidem* hoc pacto finire videas: ET QUI certissimo indicio, a nonnullis
DEM
librariis tempore Justiniani, vel paulo post, voces pari ratione in fine linearum divisas fuisse. Notandum demum, quod in divisione verborum nullum signum vel lineolas, ut hodie moris est, adhibuerint, neque repetebant voces in fine paginarum dimidiatas, ut solent hodie adcuratiores. Longius me provexit antiquitatis reverentia, neque aegre laturum puto lectorem notam hanc, utilitate sua haud carentem. Admonet me tandem versuum extrema pars temonum,

ta vocabant, ait Gellius lib. XIII. cap. VII. Invenit eos in Graecia Pherecydes Pythagorae magister, auctore Laërtio. * Nam ante Pythagoram Graecis

num, qui vocibus in fine linearum plerumque addi aut detrahi solent, unde nec incommode huc referri possunt. Sed acta ne agam, ad Fornerium *lib.* III. *Rer quot. c.* 16. lectorem remitto. Ad verba Suetonii sequentia: *Nam quod saepe non literas modo, sed syllabas aut permutat aut praeterit*, illustranda facit, quod veteres, quotiens vocabulum aliquod terminaretur iis literis, quae vocis sequentis initium facerent, compendii causa literas illas non iterarent, e. g. *nec* Esset, pro necesse esset, cujus moris varia exempla dedit Rupertus ad *Pompon.* de *Orig. Jur. pag.* 138. *sequent.* Verum cum hoc et in medio linearum seu versuum fuerit observatum et sine ullo signo adscripto, indicasse illa sufficiet.

* Diomedes *lib.* II. *c.* de *Accentibus p.* 429. *Accentum* definit, *arbitrum, discernentem utriusque significatus differentiam. Sicut* parens *obsequens significat: intelligitur et pater.* Latius de illis agunt Priscianus in libro de *Accentibus. p.* 1287. Donatus c. de *Tonis p.* 1742. H. Chr. Henninius in *disput.* quae prodiit hic Trajecti 1684. in 8 Ἑλληνισμὸς ὀρθωιδὸς seu de *Graecae linguae pronunciatione, qua Graecam linguam non esse secundum Accentus pronunciandum docetur.* Additur Isaaci Vossii de *Accentibus Graecanicis sententia*, veteres habuisse Accentuum rationem longe diversam, a spuriis istis Accentibus, qui hodie sunt in usu. Laudat hanc Henninii disput. Morhof. in *Polysthist. tom* I. *lib.* IV. *c.* 6. §. 17. et Fabricius in *Histor. Biblioth. P.* VI. *p.* 304. *et Acta Erud.* 1685. *mense April. p.* 147. Et de Accentibus Graecorum vide appendicem in *Sylloge scriptor.* quos V. Cl. Sieg. Havercampus nuper edidit, *de linguae Graecae pronunciatione, pag.* 171. Inventorem Accentuum fuisse tradunt Aristophanem, qui scilicet certa signa et artem illorum excogitavit; minime vero illis caruit lingua Graeca, cum nulla lingua sine his pronunciari poterit. Neque tamen librarii regulis illis se adligarunt: nam Codices quinti seculi prorsus iis carent

Graecis fuere hae notae, ut ex priscis marmori-

R 4 bus

rent et ante septimum seculum in solis Grammaticorum libris observatae fuisse videntur, teste Montfaucon. in *Palaeograph. lib.* 1. *c.* 4. *pag.* 33. A Graecis didicerunt Accentus Latini, qui illos sua civitate donarunt, Alcuinus in *Gram. pag.* 2086. Isidorus *lib.* 1. *c.* 17. accentus vocat *tonos*, *tenores*. Et sic etiam Quinctilianus *lib.* 1. *c.* 5. Gellius *voculationes* adpellat *lib.* XIII. 6. Illis tamen haud usi sunt librarii in literis majusculis et vetustis Codicibus. Penes ergo Grammaticos haec ars substitisse videtur, de quibus vide Emin. Henr. Norisium in *Cenotaph. Pisan. Diss.* 4. *in fine.* Ratio est, quia aut ipsi scribae ignorabant artem accentuum, quam sibi soli servabant Grammatici, vel quia haud necesse judicabant addere illos, quum linguam callerent, vixque adeo rudes invenirentur lectores, qui ex quotidiano sermonis usu, vernaculae sonum et accentum non perciperent. Et Vossius de *Arte Grammat. p.* 184. ex Cicerone de Oratore probat, plebem Romanam accentuum rationem a natura habuisse, et explosisse comoedos in unius syllabae quantitate peccantes. Hoc interim fatendum erit, Graecos per accentuum studium idiomatis sui pronunciationem conservare studuisse. In gratiam itaque peregrinorum et discentium et forsan servorum anagnostarum, videntur esse inventi et MSS. additi accentus. Hodie tamen merito ab Eruditis fastidiuntur veteres, qui in syllabis ultimis penultimis, immo et antepenultimis, operose accentus adponebant. Neque facile metus est morituram linguam Latinam et ad Barbaros solius eruditionis caussa transituram. Accentibus gravibus tamen adverbia solemus signare, ut a verbis et nominibus distinguantur, nec ambiguitati sit locus, quae et Eruditissimos, saepe turbat, vide Dausquium *Tract.* IV. 6. 7. et Reitzium in *Ambig. Med. contr.* voce *Accentus pag.* 20. ubi *pag.* 21. bene observat, veteribus non item ambiguitatem vel homonymiam, quam nobis hodie, parasse accentuum neglectum, quia illi primas syllabas pronunciatione distinguere sciverunt, quam nos perdidimus. Ad ambigua vero distinguenda maxime post Aristotelis tempora accentus fuisse excogitatos docet Cl. Jo. Rod. Wetstenius in *Dissert. Epistol. de Accent. Graec.* §. 6. quae

exstat

bus probat Gyraldus Dialog. I. de Poëtis. Neque jam ita Latinis uſurpantur ac Graecis; quamquam priſcis Latinis fuere uſitatiſſimae, ut notavit Scaliger Julius lib. II. De cauſſ. ling. Latin. cap. LXII. ex Quinctiliano. Apud Hebraeos vero, accentus quos ipſi Maſoreth appellant, multo quam apud Graecos et Latinos recentiores ſunt. Falſum enim eſt, puncta ſeu accentus a Moyſe una cum Lege Hebraeis eſſe tradita, quando conſtat ea fere quingentis annis poſt Chriſtum a Tiberitis in Moeſia Paphlagoniae (quos nunc Thalmudiſtas et Maſorethas vocamus) eſſe excogitata, * ut demonſtrant

exſtat in tractatu de *Linguae Graecae pronunciat. Baſileae* 1686. quaeque contra Henninii Diſp. ſupra adlatam, directa eſt. Ibidem etiam de differentia accentuum in Lingua Graeca et Latina §. 48. *ſequ.* Habuiſſe itaque Graecos pariter antiquiſſimis temporibus praecepta et regulas criticas accentuum, licet ſcribae illis haud uſi fuerint, extra dubium eſt, et ex locis Quinctil. *lib.* I. *c.* 4. 5. 7. Gellii, aliorumque, liquido demonſtrari poteſt. Ipſas Pandectas Florentinas nullos habuiſſe accentus, Taurellus indicat in *Praefat. ad Digeſta* Neque in diplomatibus medii aevi occurrunt, et ſi reperiantur, quod nonnumquam accidit, etſi rarius, ut tradit Montfaucon. *d. l. p.* 215. 2. a manu recentiori fuerunt additi. Jota ſubſcriptum pariter novi inventi eſſe docet Montfaucon. *lib.* I. *Palaeogr. c.* 4. *p.* 33. et J. D. Major in *diſſ. de Accentibus*, vide *Acta Erud. Ann.* 1686. *pag.* 531. Mabillon. *de Re diplom. lib.* I. *c.* XI. *in fin.*

* Ita ſentit quoque Ludovicus Capellus in *Arcano punctationis*, vide Fabricii *Hiſtor. Biblioth. P.* I. *p.* 314. Illi ſe oppoſuit Joh. Buxtorff. in *Tract. de Punctorum et vocalium antiqu. et orig.* ejusque diſcipulus Waſmuth. Verior autem videtur Capelli ſententia, quam et Andr. Sennertus in *Sciagraphia doctrinae inexplicabilis, de Accentibus*, Wittebergae 1680. cum Theologis fere omnibus, confirmat, ſcilicet non eſſe coaevam accentuationem cum Dei ſcripto, oſtendens. Nec ipſi

ſtrant Caninius in Grammat. Syriaca, Elias Levites in Praefatione lib. Maſoreth, Munſterus in Grammat. Hebraic. Bellarminus denique, Blaſius, Viegas in XII. cap. Apocalypſ. et Poſſevinus, noſtri, qui poſtremus ſcribit lib. II. Bibliothec. cap. VIII. punctorum uſum coepiſſe anno Chriſti CCCCLXXVIII. cum Zeno Orientis Imperium,

ipſi ſaniores Judaei et Rabbini negant, Biblia ſine Punctis, ſine Paraſchis, ſine verſibus et ſine ulla diſtinctione verborum a Moyſe ſcripta eſſe, ceu docte probavit Morinus in *Exercitat. Eccleſiaſt. in Samaritanorum Pentateuchum Exercit.* 2. Omnium vero optime recens inventum hoc Judaeorum enodavit Jo. Brunsman. in *Diſſert. de Accentuationis Hebraicae diſtinctione, novella arte, Hafniae* 1708. qui accentuationem Hebraeorum, rem eſſe ineptam et omni auctoritate deſtitutam, demonſtrat. Plura de hac controverſia videſis apud Cl. Wolfium *Biblioth. Hebraic. tom.* II. *lib.* 3. *c.* 2. §. 4. *ſequ. p.* 476. Acta Eruditor. *Supplem. tom.* VII. *p.* 72. *et Ann.* 1725. *p.* 345. *ſequ.* Hodie magno in honore apud Judaeos haberi puncta illa et accentus, adeo ut in Synagogis Bibliorum libri cum punctis legantur, docuerunt jam Wilh. Ern. Tenzelius in *Diſſ. de Lection. Veter.* et Camp. Vitringa de *Synagoga veterum.* Fuit et his in oris habita diſputatio: de *Accentuatione Decalogi*, ſub praeſidio Viri celeberrimi, Hieron. van Alphen, 1734. ubi Auctor C. A. van Briſſen. in *Praef.* divinam accentuum originem cum Buxtorffio, Loeſchero, aliisque ſupponit. Argumentum ad divinitatem earum adſtruendam, quantum mihi, hoc in ſtudiorum genere in juventute leviter exercitato, et per otium ſubinde vacanti, cernere datur, haud leve erit, quod in ſacro codice multa verſibus et ligato ſermone conſcripta ſint, quae ſine dubio accentus et quantitates ſyllabarum ſupponunt. Sed cum nec ſummus Scaliger metrum Hebraeorum cum Graecis et Latinis potuerit conciliare, manum de tabula ſacra. Videſis interim doctiſſimi Jonae Conradi Schrammii elegantem *Proluſionem Academicam: de Poëſi Hebraeorum in Codice Sacro, Helmſtadii* 1723. quam non ſine jucunditate olim me legiſſe memini.

rium, Occidentis Augustulus, Pontificatum administraret Simplicius.

Hi porro accentus seu tenorum notae, triplices sunt, inquit Scaliger lib. II. De causs. linguae Latin. cap. LIII. quot nempe sunt dimensiones syllabarum: altitudo, latitudo, longitudo. * Altitudinis ratio est linea perpendicularis: idcirco cum

* Eleganter observat Montfaucon. *lib.* III. *Palaeogr. c.* 7. *p.* 236. in Psalterio Sedulii Scotti IX. seculo scripto, accentus omnes uno puncto indiscriminatim adnotatos scribi, quod nuspiam alias vidisse se tradit. Neque perspicue explanatum esse, pergit, qui fuerit usus accentuum in vocali pronunciatione, et qua ratione syllabarum quantitatem et accentuum inflexionem veteres conciliaverint. Dedit autem Idem Montfaucon. *d. l. lib* IV. *c.* 6. exempla, quam variis figuris accentus adscripti fuerint. A nono et decimo seculo alii secundum primigeniam formam accentus delinearunt, alii fere incurvatos pinxerunt, ita ut lenes an densi fuerint judicari vix poterit; a duodecimo vero et decimo tertio seculo frequentissime spiritus et accentus uno ductu scribuntur. Figuras eorum vide *d. l. pag.* 299. Quemadmodum autem in figuris variaverint accentus in medio aevo, sic multo magis in ipsa pronunciatione, quod nihil mirum, si reputemus, tempore Gellii alios aliter saepe pronunciasse syllabas, Gellio auctore *lib.* IV. *c.* 7. *et* 17. *lib.* VI. *c.* 15. *lib.* VII. *c* 7. *lib.* IX. *c.* 6. vid. Perizonium ad *Sanctii Minerv. c.* 3. ubi plura de accentuum observatione, et in qua syllaba apud Romanos poneretur. Difficilem esse observationem illam Quinctilianus jam monuit. Hodie in ridiculis illis: sane, palam, accentus figimus, ubi nullum est ambiguum, Perizon. *d. l. lib.* IV. *c.* 14. *p.* 752. Plura nobis et elegantiora forsan dedissent Brencmanni *Graeca Pandectarum*, ubi de Graecis literis earumque contignatione, accentibus, spiritibus, apostrophis, et reliqua, agere ei animus fuit, nisi iniqua fata Virum, optime de universa re literaria meritum, justo citius nobis eripuissent, vid. *Histor. ejus Pand. lib.* IV. *c.* VI. *p.* 391.

cum vocem tolleremus, ea linea ſignata eſt; eo tractu, quo ſcriberemus in dextram noſtri partem, ſic /: quae autem depreſſam ſignificat, quaſi caderet, ſic \, ſitu contrario. Atque hanc quidem ſuo nomini reliquere, gravemque appellarunt; propterea quod in guttur ac pectus pronuntiando eam mitteremus. Alteram illam priorem ab effectu potius nominarunt acutam; ferit enim aures, etc. Evenit autem ut duae ſyllabae inter ſe concurrerent; quarum prior acutum accentum haberet, altera gravem; quare eae cum coaleſcerent, concreverunt etiam ipſi apices in unum, ſic Λ, vel ~: quod Graeci περισπώμενον, Latini circumflexum vocavere: quia unico flexu virgulam arcuatam pingebant, talem ∩. Quae omnia maximam partem Scaliger deſcripſit ex Iſidoro lib. I. cap. XVII.

Porro ſicut accentuum, ita etiam ſpirituum quaedam ſunt notae. * Denſus, initio hanc habuit

* *Grammatici*, inquit, Quinctilianus *lib.* I. *c.*4. *in hanc deſcendant tenuitatem, an aliae literae redundent praeter illam aſpirationis notam* Ͱ. *quae ſi neceſſaria eſt, etiam contrariam ſibi poſcit* Ⅎ. Patet inde Grammaticos Latinos Graecorum notas ſua civitate donaſſe, et tempore Quinctiliani a Grammaticis diligenter fuiſſe uſurpatas. Verum apud Latinos oriebatur quaeſtio, num Graeca aſpirationis vel lenitatis nota neceſſaria eſſet, cum literam H, haberent, quae ex utriusque ſpiritus nota erat compoſita. At Romani Graecorum ſimiae erant et ſuper vocales graecam aſpirationis notam in pronuntiatione ponebant, Cic. in *Orator.c.*48. *Ego ipſe cum ſcirem ita majores locutos eſſe, ut nusquam, niſi in vocali, aſpiratione uterentur, loquebar ſic, ut* pulcros, cartaginem, ſepulcra, lacrimas, *dicerem.* Propter firmitatem itaque et rigorem ſoni factum hoc fuiſſe docet Gellius

buit H, deinde iſtam Ⱶ, denique illam C. Lenis primum nullo ſigno notatus, deinde iſto ⊣, denique illo ɔ, ut Iſidorus loco citato, et Servius. Latini ſuum H, pro aſpirationis nota acceperunt a Graecis. Hebraei his non indigent, quod eorum voces ſuos ſecum ſpiritus adferant.

Sunt praeterea metricae quaedam notae, ſyllabarum quantitatibus ſignandis apponi conſuetae.* Ita

lius *lib.* II. *c.* 2. Priſcianus hinc et cum eo Voſſius de *Arte Gram. lib.* I. *c.* 16. literam H. catalogo literarum eximunt, quibus haud ficulneis rationibus innixus contradicit Becmannus in *Manud. ad Lat. lingu. c.* 4. Cl. Drakenborch. ad *Sil.* VI. *vs.* 125. eleganter ex Quintiliano I *Inſt. Orat. c.* 5. probat, aſpirationem a librariis pro lubitu paſſim adjectam, vel detractam fuiſſe, cautela hac addita, ut obſervemus loca, quibus adſpirationem addi recepta conſuetudo voluit, vel prohibuit, ne voces hac nota diſtinctas cum diſpendio totius ſenſus miſceamus, e. g. *hominis* pro *ominis*, vide ibi allegatos. Figuram notarum aſpirationis et lenitatis, quae Seculo XII. et ſequentibus fuerunt in uſu, dedit Montfaucon *lib.* III. *Palaeogr. c.* 8. *p.* 257. Frequentiſſime ſpiritus et accentus in illis ſeculis uno ductu ſcribi Idem *lib.* IV. *c.* 17. *pr.* obſervavit. Uſum adſpirationis additae vel detractae in Jure noſtro exemplis probat Gv. Beſtius de *Ratione emend. leg. c.* I. §. 6. et Brencman. in *Hiſt. Pand. lib.* II. *c.* 5. *p.* 150.

* Eleganter Iſaac. Voſſius de *Poemat. cantu et viribus rythmi pag.* 17. obſervat, longe aliam apud veteres fuiſſe proſodiae et accentuum rationem, et unicam propemodum cauſam quae muſicam artem evertit penitus peſſumdeditque. Olim verſabatur proſodia circa cantum verborum, hinc vere colligitur, non Grammaticorum, ſed Muſicorum olim fuiſſe illud officium, notas ſeu diagrammata proſodica, unde cantus cognoſceretur, adpingere Poetis. Inde vero arripuerunt Grammatici occaſionem accentus muſicos ſuis uſibus adcommodare ad declarandam temporum et ſyllabarum

Ita longae syllabae symbolum est -. Brevis syllabae nota ‿, quae quidem debebat esse linea recta, sed altero tanto brevior priore: verum ne inter scribendum error excurrentis manus falleret; eo ventum est, ut notula quae circumflexo accentui adversatur, adversam quoque ei figuram haberet, ut argute observat Scaliger. Prior nota μακρὸς, altera βραχὺς dicitur Isidoro. Qui illud etiam habet de notula Sicilico, quod non facile apud alium invenies, lib. I. Origin. cap. XXVI. *Ubi literae consonantes geminabantur, Sicilicum super-*

barum quantitatem. Sic Vossius et recte, plura de ratione accentuum, spirituum a re musica repetens. Adde Eumdem *pag.* 90. ubi de notulis musicis et mensura temporum, quae ex ipsa syllabarum pronunciatione dijudicabatur. Ceterum hodie metricis notis nonnumquam opus est, pariter ut accentuum, ut de quantitate syllabarum et de emphasi cujuslibet sententiae et verborum constet. Quae ut leviori via a legentibus perciperentur, verba, in quibus tonus adquiescere debet, majusculis literis scribi jubet Heumannus, teste Cl. Kappen ad *Gundlingii Histor. liter. c.* 3. §. 26. *p.* 325. qua de re nihil in editione Heumanni de Anno 1726. qua ego utor. Verum etsi ingenio non destituatur haec inventio, incommoda tamen post se trahit insignia, cum multa verba saepe ob temporis et locorum circumstantias majore charactere sint scribenda, et deformitatem in literis notabilem oculis subjiciant. Nova itaque ratione procedit Cl. Kappen, duo commata illis verbis adjicienda esse svadens, ubi tonus deberet cum emphasi pronunciari, cum comma moram indicet et consequenter sonum producat. Verum hoc pacto integram orationem deformitate commatum maculabis, indocto etiam lectori et inscio, ubi revera orationis incisa sint facienda, per multitudinem commatum, magis officies quam proderis. Denique si duae pluresve voces in quibus emphasis est ponenda ita commatibus includerentur, errabitne inperitus, qua in voce vel syllaba accentum sonumve poneret?

perponebant, ut ſel'a, ſer'a, as'eres; pro ſella, ſerra, aſſeres. Veteres enim non duplicabant literas, ſed ſupra Sicilicos apponebant. Dictis autem Sicilicus, quia in Sicilia inventus eſt. Rectius tamen a ſiciliendo, id eſt ſecando, inquit eruditiſſimus Puteanus.

Nec praetereundae ſunt Platonis notae * de quibus

* Curam emendationis ſuſcipiebant olim Critici, ſeu Grammatici: cum enim illi artem grammaticam et rhetoricam docerent, Bibliothecis praeeſſent, poetarum interpretes eſſent, librisque pretium ſtatuerent, Clericus *in Arte Crit. P.* III. *Sect.* I. *c.* 2. *p.* 25. 26. neceſſarium quaſi erat cum munere illorum conjunctum correctoris officium. Hinc jure dicebantur *Cenſores* apud Suetonium de *Illuſtr. Grammat.* c. 23. Tales erant Ariſtophanes, quem diſtinctiones inveniſſe tradunt veteres, et de quo abunde ſupra *pag.* 245. actum eſt. Et Ariſtarchus, videantur Quinctilian. *lib.* x. *c.* I. Stephanus in *Diſſ. de Critic. veteribus et Latinis, Pariſiis* 1587. 4. Scioppius *de Arte Critica*, Dan. Heinſius *Diſſ. de Criticae apud veteres ortu et progreſſu Cantabrigiae* 1646. Wouwerius de *Polymath. c.* 15. Morhof. *Polyh. liter. lib.* IV. *c.* 10. Struvius *Biblioth. Antiq. pag.* 412. aliique. Multa tamen dicenda de illis reſtant, vel leviter tacta, vel plane ab his praetermiſſa. Nec fuerunt qui ex profeſſo hanc materiam tractarunt, etſi Crinitus et Schefferus, et forſan alii animum habuerint juſto opere illam pertractare. Sperare hoc forſan dabitur a Viro Clar. Petro Burmanno, humaniorum apud Franequeranos Profeſſore, tenerrimo amicitiae vinculo hac in Academia olim mihi conjuncto. Is enim, prout ſolebat joco ſeria mecum communicare, pro Criticis et de re Critica ſe meditari opus mihi affirmabat, nec ſine vano augurio: dedit enim nuper Orationem inauguralem elegantem *Pro Criticis*, Franequerae habitam Anno 1736. Candida ſint fata Tibi, Burmanne clariſſime, integrum ut abſolvas opus, et ſpem quam concepi de Te olim ſuperes, meque ipſum in amore erga literas vincas animitus.

bus Scholiastes Aristoph. Hortibonus, alias Casaubo-

tus voveo. At Critici veteres magis opera defunctorum curabant, non aeque superstitum. Ipsi itaque auctores opera sua recentia partim emendatione, partim retractatione emendabant, corrigebant, Quinctil.. *lib.* x. *c.* 9. 14. Plin. *lib.* IX. *epist.* 15. Gellius. *lib.* XVI. *c.* 10. Immo adcuratiores et alios, vel Criticos vel familiares amicos opera sua emendare rogabant. Infinita sunt hujus rei testimonia, apud Plin. IV. *ep.* 26. V *epist.* 17. et alibi, Schefferum de *Stilo p.* 97. Sidonium Apollin. *lib.* VIII. *ep.* 3. XI. 28. et *lib.* IX. *epist.* 16. quorum exempla ipse Auctor imitatus est amici sui O. Zylii limae opusculum hoc mandans, vide *cap. sequ.* Hunc in finem et frequenter libris adscribebant, quos habuissent emendatores et Correctores, ut moris est adhuc hodie; vel ipsi correctores operis vita defunctorum nomen suum adscribebant, qualia exempla in Virgilio Mediceo et ejusdem Bibliothecae Apulejo adtulit Brencman. in *Hist. Pand. lib.* II. *c.* 6. *p.* 161. *not. a.* forsan ut libris majus pretium statueretur, ob adcuratam emendationem et celebre correctoris nomen, vel ut memoriam sui cum aliorum operibus extenderent. Hinc libris adjiciebatur esse emendatos, et emendatos continere in libris legatis ait Ulpian. in *L.* 52. §. 5. *de Legat.* III. Quanti pretii fuerint aestimati Codices emendati patet ex infinitis veterum locis, et ex Jani Nicii Erythraei *Pinacotheca Virorum Erudit. pag.* 10. ubi de F. Ursino inmensum pretium MSto Terentii statuente. Saepe etiam in rebus dubiis et obscurioribus in consilium adhibebant magistros Gell. *lib.* XIX. *c.* 10. et *lib.* XVI. *c.* 6. vel absentes per epistolas interrogabant, cujus rei exempla abunde in Jure nostro. Multum denique faciebant ad emendationem operum recitationes sollemnes, de quibus videndus Dialogus de *Orat.* II. 9. Plinius *lib.* I. *ep.* 5. 13, *lib.* II. 10 III. 15. 18. *ep.* 17. *et lib.* VII. *ep.* 4 ibique notas Cl. Cortii, Vossius de *Recitationibus veterum Tom.* I. *meth. Cren.* Theophrasti *Caracteres p.* 126. Lipsius *Cent.* II. *ep.* 48. *ad Belgas*, Sagittarius de *Lectione et imitat. Ciceronis. p.* 192. aliique. Et de Athenaeo Romano ubi recitationes instituebant Sirmond. ad Sidon. *lib.* II. *ep.* 9. *et lib.* IV. *epist.* 9. Saepe tamen ad Pompam factas esse testatur Spanhemius ad *Julianum Impera-*

ſaubonus, in Notis Laërtii, Sixtus Senenſ. libro

perat. Orat. I. *pag.* 17. Paucis omnia quaſi in tabula eleganter Plinius *lib.* VII. *epi.* 7. deſcribit; *Nullum emendandi genus omitto: ac primum quae ſcripſi, mecum ipſe pertracto; deinde duobus aut tribus lego, mox aliis trado adnotanda; notasque eorum, ſi dubito, cum uno rurſus aut altero penſito; noviſſime pluribus recito, ac, ſi quid mihi credis tunc acerrime emendo. Nam tanto diligentius, quanto ſollicitius, intendo.* Belle Ovidius ad morem illum, opera ſua ab amicis emendandi adludit *lib.* IV. *ex Ponto epiſt.* 12. *vs.* 24.

Tu bonus hortator tu duxque comesque fuiſti,
Cum regerem tenera frena novella manu.
Saepe ego correxi ſub te cenſore libellos;
Saepe tibi admonitu facta litura meo eſt.

Et hoc proprio vocabulo vocabatur *adnotare*, Sueton. de *Illuſtr. Grammat. c.* 24. de M. Valer. Probo, *Multa*, inquit, *exemplaria contracta emendare ac diſtinguere et adnotare curavit.* Plin. *lib.* III. *ep.* 5. ſuper hanc (coenam) liber legebatur, adnotabatur et quidem curſim. Et *ep.* 13. *Sed quid ego haec doctiſſimo viro: quin potius adnota, quae putaveris corrigenda.* vide Ampl. Cuper *lib.* I. *Obſ. c.* 15. Conſtat hinc operoſe veteres egiſſe circa librorum ſuorum emendationem, et longe adcuratius, quam hodie ſolemus, opera ſua in publicum emiſiſſe. *Scribendi ratio conjuncta cum loquendo eſt*, inquit Quinctilianus *lib.* I. *c.* 4. et *enarrationem praecedit emendata lectio: et mixtum his omnibus judicium eſt: quo quidem ita ſevere ſunt uſi veteres grammatici, ut non verſus modo cenſoria quadam virgula notare, et libros qui falſo viderentur inſcripti, tanquam ſubditos ſummovere familia permiſerint ſibi, ſed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.* Mixtum his omnibus judicium eſt, ait Quinctilianus, hoc enim deſtitutus illotis manibus et invita Minerva ad rem criticam accedit. Hinc injurius eſt in ordinem hunc clariſſimum Vir Cl. Chr. Thomaſius, criticos eximens eruditis, vide Tenzel in *Menſtruis Ann.* 1689. *pag.* 303. Interim quantam in emendandis ſcriptis ſuis curam adhibuerint veteres, non ita tamen poſteritati proſpicere valuerunt, ut inpuras ſcribarum manus effugerent, opera ſua inlibata in ſecula

bro III. Bibliothec. Pythoeus lib. II. Advers.
S cap.

cula. Hinc opus est hodie tot regulis criticis de vitiis dictitantis, scribentis et quae plura, de quibus docte Clericus P. III. *art. Crit. c.* 1.2. *et sequ.* et Brencmannus *lib* II. *Hist. Pand. c.* 6. Immo eo prolapsa fuit inscitia scribarum, ut horrendas diras et inprecationes in minus recte corrigentes, libris suis adscriberent Auctores. Exemplum habes apud Brencmannum *d. l. p.* 161. in Baptista Marchione Palavicino, Episcopo Regiensi, ante Celsum Medicum, alia P. Faber *lib.* III. *Semestr. c.* 12. ibi allegatus ex Irenaeo, Hieronymo et Eusebio adfert. Adde Cl. J. B. Menckenii *Dissert.* III. de *Diris imprecationibus, quas libris, tabulis, et monumentis, addidere veteres. pag.* 23. Fabricius in *Biblioth. Graeca lib.* V. *c.* I. *p.* 74 *sequ.* Lilienthal. in *Selectis historico literar.* Et hoc imitati sunt et scriptores nonnulli moderni ad fraudes suppositionum et imposturas librariorum declinandas, de quibus suo loco. Hactenus de correctoribus veterum librorumque censoribus, de quibus haec pauca forsan lectori non ingrata, nec ubivis obvia, praemittere lubuit. In horum locum successerunt librorum censores, quorum duplex conditio consideranda venit: aut enim publica auctoritate constituuntur, aut privato arbitrio falci suae criticae opera Eruditorum subjiciunt. Unde Censura librorum vel publica vel privata. Prioris conditionis apud Romanos erat Senatus, qui ipse inquirebat in libros malos et per aediles et triumviros capitales in scripta, quae Reipublicae noxia videbantur, animadverti jubebat, teste Tacito in *Annal. lib.* IV. *c.* 34. *Libros per aediles cremandos censuere patres, sed manserunt occultati et editi. Quo magis socordiam eorum invidere libet, qui praesenti potentia credunt exstingui posse sequentis aevi memoriam.* Idem in *Agricola c.*2. Seneca *lib.* V. *Controv.* de Labieni libris comburendis agens, primum novam poenam esse excogitatam scribit, et rem insuetam, de studiis sumere supplicium. Pugnare haec videntur cum Livio *lib.* XXV. et *lib.* XL. ubi de libris fatidicis combustis. Non fuit ergo poena nova et insueta. Verum loca ita conciliari possunt commode, si dicamus olim crematos fuisse tantum libros fatidicos, peregrinam religionem et sacra spirantes,

quam

cap. III. quas Isidorus vocat *notas sententiarum*, et appo-

quam abominabantur Romani, et qua de re Gv. Fornerius *lib.* II. *Rer. quot. c.* 8. et VI. *c.* 6. Ampl. Bynkersh. de *Religion. peregrinor.* Seneca vero respicit monumenta Eruditorum nullum periculum Reipublicae minitantia, nisi quod viros bonos et utiles patriae laudaverint, et ob odium Tyrannorum summam rerum tenentium, in publicam censuram inciderint, et hinc recte poenam novam et insuetam eis fuisse statutam tradit. Prius probaruntRomani, posterius minime. Libri itaque Reipublicae noxii jure merito comburebantur. Idem Tacit. *lib.* XIV. *Annal. c.* 50 *Libros* (Fabricii Vejentonis) *exuri jussit, conquisitos lectitatosque donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi, oblivionem adtulit.* Abiit postea in jus nostrum prohibitio librorum improbatae lectionis, vide Paulum *lib.* V. *Sent. tit.* 23. ibique Cl. Schulting *L.* 4. §. 1. *D. Famil. ercisc. L.* 10. *C. de Episc. aud. L.* 6. §. 1. *C. de Heret. et Manich. L.* 34. *C. Th. eod. Nov.* 42. *c.* 1. Fornerius *lib.* III. *Rer quot. c.* 14. Romanorum ad exemplum apud Pontificios Jurisdictio ecclesiastica sibi vindicat censuram librorum edendorum, quae quam iniqua et molesta sit lex Eruditis, abunde docuit Baylius in *Lexico Histor. Critic.* art. *Erasmus in fin.* et cui jucundum addatur exemplum ex Jan. Nic. Erythraeo *in Pinacoth.* in vita *Romuli Paradisi*: Cognomen enim Paradisi cum non posset ferre ridiculus censor, ejus loco tria Puncta substituit, sub comminatione, ne substitueret in locum, unde depulsum fuerat nomen Paradisi: nam curaturum se ut indici expurgatorio inscriberetur. Per jocum hinc cum Paradisum vocarent amici, fabula illis exposita, *Romulum trium Punctorum* salutare se illos jubebat. Adde de incommodis censurae illius, et quod saepe vel ex ignorantia, aliamve ob caussam indici inserantur, exempla apud Auctorem *des Lettres historiques*, mense Mart. *p.* 245. ubi de Censura Auctorum Sanctorum et Baylius *d. l. art. P. Rami* et *Cameron. Nouvelles de la Republique des Lettres a l'articl.* 3. *de Fevrier* 1685. Pontificii id munus *inquisitoribus haereticae pravitatis* demandarunt. Alexander VI. papa initio seculi XVI. typographis sub poena excommunicationis prohibuit, sine examine Episcoporum libros inprimere, Natal. Alexander.

appositis figuris recenset singulas his nominibus,

der. *tom.* VIII. *hist. eccl. ad secul.* XV. XVI. *c.* I *art,* II. Et in concilio Lateranensi V. Anno 1515. habito Leo X. Pontifex late de censura librorum egit. Harduin, *Tom.* VIII. *p.* 1780. Repetita demum est lex illa de censura librorum ex concilio Lateranensi in concilio Tridentino eadem poena in typographos statuta cum hoc additamento: *Ipsa vero hujusmodi librorum probatio in scriptis detur, atque ideo in fronte libri, vel scripti vel impressi, authentice appareat; idque totum hoc est probatio et examen, gratis fiat, ut probanda probentur; et reprobentur improbanda.* Sic transiit ad Pontificem et episcopos librorum omnium censura et arbitrium, non sine deplorando ingeniorum et eruditionis detrimento. Quales vero libri et qui indici debeant inseri vel inlati fuerint latius excusserunt Dan. Francus in eleg. *disquisitione Acad. de Papistarum Indicibus librorum prohibitorum* et *expurgandorum* Lipsiae 1684. ubi *pag.* 136. *c.* 9. de officio Censorum. Adde Hadr. Baillet *dans Les Jugemens des Savans sur les principaux Ouvrages des Auteurs Tom.* II. *P.* I. *p.* 43. *edit. noviss.* Jac. Gretserum Jesuitam Ingolstad. de *Jure prohib. malos libros.* Crenium in *Animadvers. Philolog. Hist. P.* 16. *p.* 231. Paucis adhuc excutiendus restat usus censurae hujus apud nostrates. Facile in eo convenimus, libellos famosos et relligioni receptae et reipublicae detrimentum bonisque moribus jacturam minitantes e republica esse eliminandos et typographia interdicendos. Quid vero Juris sit in quaestionibus dogmatum, quae circa intellectum versantur et veritatem indagandam, nodosa est quaestio, quam Principes felicius decident, quam Eruditi, quibus obsequii gloria relicta est. In Anglia latissime extenditur inprimendi facultas, ut videre est ex collectione *Tractatuum Politicorum* sub Gulielmo III. Publicatorum, Londini 1705. de qua vide Clericum *dans la Bibliotheque Choisie. Tom.* XV. *P.* I. *art.* I. ubi ex epistola quadam docetur, principiis relligionis Protestantium haud convenire, libertatem inprimendi restringere. Verum haec nihil ad edictum Praetoris faciunt, hinc in plerisque civitatibus Germaniae quoad libros Theologicos censores constituuntur per expressos Recessus Imperii de

lib. 1. cap. xx. Asteriscus 1, Obelus 2, Limni-

de Anno 1524. §. 28. 1529. §. 9. 1530. §. 58. 1541. 1548. 1567. §. 61. 1570. §. 154. 1577. *lit.* 35. §. 1 *sequ.* et plura forsan, si Superis visum, dicemus infra de typographis, et Bibliopolis. In orîs Batavorum Synodus Dordracena hac de re cavit, vide interdictum Ill. Ordin de libris sine censura non edendis, apud Bor, *lib.* XII. *Histor.* §. 55. *pag.* 984. Alia huc spectantia dabit Schediasma de *variis poenis in libros statutis tom.* VIII. *Amoenitat. liter. p.* 338. et ibid. geminae Diss. de *Libris publica auctor. combustis pag.* 75. *et p.* 463. *et tom.* IX. *pag.* 651. Satis de Censoribus qui Criticos veterum excepisse videntur, quodque hi privato olim studio, publico illi mandatu suscipiunt. Sed latior hujus materiae campus est, cujus amplitudinem non capiunt hae paginae.

1 De his notis veterum correctoriis, quae est tertia observatio, quam in principio hujus capitis paulo plenius elaborare mihi proposui, singulari dissertatiuncula egit Andr. Christian. Eschenbach, quaeque reperitur in syntagmate Dissertationum Rotterodami 1700. in 8tavo. Adde Dissertationem Cl. Jo. Joch. Professoris Theol. Erfurt. de *Notis veterum Criticis in censendis Auctoribus*, quae non est ad manus. Potiora hic signa Criticorum adscribamus operae pretium erit. Asteriscus variis figuris exprimebatur; vel enim stellam effingebant, vel x litera quatuor punctis incisa pro asterisco utebantur, secundum Epiphanium. Usus hujus notae erat diversimodus, auctore Isidoro et Hephaestione. In Platone Asteriscus ad convenientiam dogmatum usurpabatur, teste Diog. Laert. In Homero significat, versum aliquem hoc in loco peroptime poni, ac velut effulgere, sunt verba Eustathii in *Odyss.* IX. et alibi. Apud Criticos notat dictiones et sententias divinae Scripturae, omissas ab interpretibus veteribus, a posterioribus vero restitutas. Et sic Originem hac nota usum fuisse probat Eschenbach. in *d. Dissert. p. m.* 313. Caussam hujus notae prodit Epiphanius ex versione Comarii: *Nosti hoc o auditor, quod in firmamento coelesti asteres et stellae sunt, etiamsi a nubibus aut sole occultentur. Hoc con-*

ſilio etiam is, qui asteriſcos adpoſuit, uſus eſt, ut tibi videatur, quod dictiones, quibus appoſiti ſunt aſteriſci, fixae quidem ſunt in Hebraico contextu velut ſtellae in firmamento, occultae vero a LXXII. interpretatione velut ſtellae a nubibus occultantur. Utebatur etiam illa pro indice perfecti ſermonis Dauſq. *Tract.* v. *Ortogr. p.* 167. Huic Aſteriſco proxime accedit nota illa Dioſcoridos, quam ſuperne vocabulis affigebat, quoties textum propoſitum quem alii una ſerie legendum eſſe conſtituerant, divideret, eoque ſeorſum a reliquis de ejus intellectu ſentiret. Hanc enim X literam utrimque literis notatam pingebant, ſunt verba Eſchenbachii *p.* 113 qui epiſtolam xxv. Reineſii ad Hofman. ad Rupert. adfert. Alium uſum aſteriſci docet Calligraphus in Codice Baſiliano Romae, qui eſt ſeculi xi. et S. Gregorii Nazianzenii opera complectitur, cujus verba exhibet Montfaucon. in Palaeogr. *lib.* v. *c.* 5. *p.* 371. *Hic aſteriſcus ponitur in locis ubi Theologus de carnali oeconomia magni Dei et Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti loquitur propter divinam ſtellam, quae magis adparuit.*

2 Ὀβελὸς, id eſt veru, ſeu virgula recte jacens, quaſi dictionem redundantem jugulans. Auſon. *Ludo* vii. *Sapient.*

Pone obelos igitur ſpuriorum ſtigmata vatum

Forma ejus num. 2. in tabula indicata, locum aliquem abundare prodit; Aliter vero ponitur, ſi locus ſit dubius, vid. *num.* 3. Iſidorus l. 20. *Obelus, eſt virgula jacens, apponitur in verbis aut ſententiis ſuperflue iteratis, ſive ubi tertio aliqua falſitate notata eſt, ut quaſi ſagitta jugulet ſupervacua, et falſa confodiat. Sagitta Graece ὄβελος dicitur.* Vocatur etiam ab aliis δορὺ teſte Epiphanio. Item ῥάβδος Heſychius. Inde Latinorum *virgula* ſeu *Virgula cenſoria* Hieronym. *adv. Rufin. Utriusque ſcripta cenſoriam lectoris ſentiant.* Hac nota aliena ſe carmina compunxiſſe tradit Seneca *Epiſt.* 88. a quo lucem accipit illud Horatii *Art. Poët. v.* 55.

Incomptis allinet atrum
Tranverſo calamo ſignum.

Inprimis in Homero emendando illo ſigno uſus eſt Ariſtarchus, Plutarch. in *Homero* et Euſtathius in Iliad. A. In Platonis libris obeli indicant improbationem πρὸς τὴν ἀθέτησιν *auctore Diog.* Laertio in *Vita Platonis*. In Sacris eumdem habuit uſum haec nota, Sixtus Senenſis *lib.* iii. *Bibl. Sanct. Obelus i. e. veru*, lancea vel haſta, vel *jacens vel transverſa virgula pyramidalis, praeponitur verbis* ſive ſen-

tentiis

niſcus 3, Antigraphus 4, Paragraphus 5, Poſitu-
ra

tentiis divinorum Codicum ſuperflue iteratis, ſive in his locis, ubi lectio adſcititia videtur incertae, obſcurae vel ambiguae auctoritatis: ut tali nota veluti ſagitta confodiantur ſuſpecta ac ſuperflua. Eſchenbach. *d. l. p.* 306, praeter alium hujus notae characterem alium quoque finem illius adponendi obſervat. Scilicet, quod non ſemper per lineam transverſam pyramidalem expreſſerint, loco ejus literam χ adhibens, quod probat ex Epiphanio *lib.* VIII. ubi: *Quum enim ad defectuoſas dictiones illas adpoſuerint, lectionem ad charitatem deduxerunt.* et quae plura hac de re.

3 Limniſcus, ait Iſidorus, I. 20. *eſt virgula inter geminos punctos, jacens, apponitur in iis locis, quae ſacrae ſcripturae interpretes eodem ſenſu, ſed diverſis ſermonibus tranſtulerunt.* Et Epiphanius apud Eſchenbachium *d.l.* §. XI. notam hanc deſcribens *eſſe lineam*, ait, *unam in medio duorum punctorum aut notarum poſitam, ita ut unus punctus ſuperne ſit, alter inferne.* Recte itaque notam illius hac figura vid. *num.* 4. conſtituit Eſchenbach, Cornarium refutans, qui figuram illius per tres lineolas jacentes ita --- expreſſit. Originem hujus notae Epiphanius et Sixtus a Medicis Chirurgis deſumtam eſſe tradunt, et a linteolis iſtis detritis in tenuem ac longam formam confectis, quae duabus ſectionibus inciſi vulneris immitti ſolent. Locum Epiphanii habet Eſchenbach, cui adde Celſum. VII. 28. Apud ſcriptores veteres Limniſci ſunt faſciolae ex coronis dependentes, Caſaubon. ad *Sueton. pag.* 189. qui et ex Diogene Laertio obſervat in Platonis ſcriptis hanc notam occurrere et vocari ὀβελὸν περιεστιγμένον et apponi πρὸς τὰς εἰκαίας ἀθετήσεις i. e. ad *ſuperflua quaeque jugulanda*, Aegid. Menag. in *not. ad Diogenem.* Sublimniſcus eſt ſimplex linea ſubjectum habens punctum, cum ſententia iiſdem verbis et eodem ſenſu eſt translata a pluribus. Epiphanius hypolimniſcum vocat, Senenſis ſublimniſcum. Nota ejus fuit haec —̣ Minus recte ergo Jo. Cornarius, editor verſionis Epiphanii eamdem quam limniſci figuram fuiſſe tradit, quod ipſa Epiphanii verba apud Eſchenbachium adlata refellunt.

4 Ἀντίγραφος, cum puncto apponitur, ubi in translationibus

ra 6, Cryphia 7, Antisigma 8, Diple 9 octuplex, S 4 Versa,

nibus diversus sensus habebatur, inquit Isidorus d. l. Antigraphus pingebatur semicirculi forma, ait Eschenbach. §. 9. dextram spectantis C et punctum intra se tenentis, aut secundum Isidorum, cum Tsade Judaico proxime figura congruit, puncto tantum superimposito differens צׄ: Significabat autem in sacris translationibus esse sensum, vel inter ipsos translatores diversum, vel ab Hebraica veritate dissentientem.

5 De hac nota vide quae supra diximus *pag.* 257. Paragraphus inquit Isidorus, *ponitur ad separandas res a rebus quae in connexu concurrunt, quemadmodum in catalogo loca a locis, et regiones a regionibus, in agone praemia a praemiis, certamina a diversis certaminibus separantur.*

6 Ἀντιπαράγραφος seu *positura* auctore Isidoro, *est figura paragrapho contraria; ideo sic formata, quia sicut ille principia notat, ita ista fines a principiis separat.*

7 Κρυφία, *circuli pars inferior cum puncto ponitur in iis locis, ubi quaestio dubia et obscura aperiri vel solvi non potest*, Isidorus. Nota ejus num. 8. indicata, nomenque sortita est ab ipsa significatione et intentione pingentis. Senensis veteres ea usos fuisse scribit, si difficultatem arduam et indecisam in Commentariis suis relinquerent.

8 Ἀντίσιγμα *ponitur ad eos versus, quorum ordo permutandus est, sicut et in antiquis auctoribus positum invenitur.* Isidorus *d. l.* Nota ejus num. 9. depicta, cum puncto in ventre; seu ut Casaubonus vult, ɔ ad utrumque latus puncto notatum. In scriptis Platonis ad usus duplices et scripturae translationes adhibitam fuisse testatur Diogenes in Platone. In sacris ponebatur ad eas divinae scripturae lineas ac versus, quorum ordo permutandus erat. Sed tunc rectius cum Isidoro vocatur Ἀντίσιγμα περιεστιγμένον, sive *antisigma cum puncto, quod ponitur in iis locis ubi in eodem sensu duplices versus sunt, et dubitatur, qui potius eligendus est.* Hoc cum non observaret Eschenbach, aliter profanos aliter sacros scri-

ſcriptores nota hac fuiſſe uſos minus forſan recte ſtatuit.

9 Διπλῆ, duplex, quaſi διπλῆ γραμμῆ, linea duplex inquit Iſidorus, *ſcriptores noſtri apponunt in libris eccleſiaſticorum virorum, ad ſeparanda vel demonſtranda teſtimonia ſanctarum ſcripturarum.* Nota ejus dicebatur etiam Antilambda cujus figura haec erat: < vel CC. De hac ita ſcribit A. Auguſtinus *lib.* I. *Emend. c.6. Recta et adverſa obelata ponitur finito loco ſuo monade ſignificante ſimilem ſequentem quoque eſſe.* Nota ejus haec erat: *vid. n.* 10 *Eſt id in librariorum bonorum uſu, ut aliena verba Nota quadam ad marginem adſcripta notentur. Florentina, qua et nos utimur, ab Iſidoro Diple appellari videtur, quod duabus lineis in angulum coactis fiat, quo verbo Cicero lib.* VIII. *Epiſt. ad Attic. utitur.* Idem docet Contius in *Praeſat. Corpor. Jur.* Antilambda: dicens, *quoque appellatur, quia eſt Graecum Lambda contra poſitum, et quaſi ad latus verſum.* At non omnia Antilambda a librariis Florentinis profecta, nec ejusdem figurae eſſe; alia loco anguli acuti rotunditatem per feſtinationem aſſumſiſſe, recentiora vero prorſus in comma ſeu apoſtrophum degeneraſſe, neque conſtanter et ſuo loco eſſe ſcripta, et exemplum juſtae hujus figurae eſſe in *L.* 17. *pr. de Uſur.* et in *L.* 44. *D de Ritu nupt.* docuit Brencmann. in *Hiſt. Pand. lib.* II *c.* 3. *pag.* 128. Ceterum varias diplorum ſpecies fuiſſe ex Iſidoro d. l. docuit Montfaucon. *lib.* V. *Palaeogr. c.* 5. *p.* 372. nec forſan ingratum erit ordine illas hic enumerare. Sunt autem ſequentes: Διπλῆ κλεκτικὴ, vel ✻ περιϊστικὴ. *Hanc primus Leagoras Syracuſanus appoſuit Homericis verſibus ad ſeparationem Olympi a coelo.* Figuram ejus vide n. XI. Διπλῆ περιεστιγμένη, id eſt, *cum geminis punctis, Hanc antiqui iis apponebant, quae Zenodotus Epheſius non recte adjecerat, aut detraxerat, aut permutaverat.* Figuram illius vide n. 12. Διπλῆ ὠβελισμένη *Interponitur ad ſeparandas in comoediis vel tragoediis periodos.* Figuram vide n. 13. Διπλῆ verſa ὠβελισμένη, *quoties ſtrophe et antiſtrophus infertur*, Figuram vide num. 14. Διπλῆ, *adverſa cum obelo ad ea ponitur, quae ad aliquid reſpiciunt*, ut, Nos ne tibi fluxas Phrygiae res vertere fundo conamur? nos an, miſeros qui Troas Achivis objecit. Figura *num.* 15. expreſſa. Διπλῆ, *ſuperne obelata ponitur ad conditiones locorum ac temporum perſonarumque mutatas.* vide fig. n. 16. Διπλῆ, *recta et adverſa, ſuperne obelata ponitur, finito loco ſuo, monade ſignificante ſimilem*

Versa, Ceraunion 10, Κρίσιμον 11, vel ut Hor-
S ϛ tibo-

milem sequentem quoque esse. Fingebatur autem hac ratione num. 17. indicata.

10 Κεραύνιον *ponitur*, inquit Isidorus, *quoties multi versus improbantur, nec per singulos obelantur.* Κεραυνὸς *enim fulmen dicitur.* Ne itaque tot obelis ad singulos versus improbandos opus esset, unicum hoc fulmen adponebant, cujus haec erat figura ⊥. Secundum Eschenbach apud Isidor. *d. c.* 20 in *Collect. Auct. Lat. ling.* apud Dionys. Gothofr. ita pingitur *vid. num.* 18. quasi figuram anchorae exhibeat. Aliter tamen, teste Epiphanio, hac nota utebantur scriptores sacri, aliter profani: illi quoties de novo testamento locus alicujus prophetae intelligendus esset; verum in Platone indicat locum illum ad philosophiae institutionem adsumendum esse. Auctoribus Diog. Laert. *lib.* III. *segm.* 66. et Sixto Sinensi. *lib.* III.

11 Κρίσιμον, *haec sola ex voluntate cujusque ad aliquid notandum ponitur.* Isidorus d. l. Rectius Menagius ad *Diog. Laert.* III. *Segm.* 65. *p.* 162. legit χρήσιμον aut χρηστὸν. Unde χρηστομάθειαι dicta sunt excerpta illa rerum laudabilium qualia sunt Procli χρηστομάθειαι apud Photium in Bibliotheca. Figura ejus ita exprimitur vide *num.* 19 Solet etiam haec nota adponi epistolis formatis in fine. Illa etiam uti solebat Constantinus. M. ejusque filii in labaris suis et diplomatibus, clypeis baculis et reliqua, ut initialibus his duabus literis nomen Graecum Christi exprimeret, Casaubon. in Notis ad *Diog. Laertium p.* 121. et Jo. Dan. Major *in Epist. de Nummis Graece inscriptis pag.* 21. *sequ.* Apud veteres Grammaticos variae significationis erat nota X. Aliis nota culpae erat, sive χιασμῶ, cum aliquid reprehenderent, vel verbum inusitatum, noto more positum, aut improprie usitatum notarent. Alii τὸ X per χρηστὸν sive χρήσιμον, et in bonam partem interpretabantur; hi vero, quoties aliquid improbarent, ἄχρηστον adscribebant culpae indicem. Eo videtur spectare locus Cassiodori I. *de Divin. lect.* ubi Ticonius Donatista, *In eodem volumine*, inquit, *quaedam non respuenda subjunxit, quae-*

dam

tibonus scribit Χρήσιμον; Phi et Rho 12, anchora duplicis generis 13, κορῶνις 14, ἄλογον 15. Illud

dam vero venenosa dogmata suis permiscuit. Cui tantum in bonis dictis CHRESIMON, *in malis* AHCRESTON, *quantum transiens valui reperire, ut arbitror competenter adfixi.* Origenes hac litera pro obelo utebatur et sacri interpretes per illam demonstrabant, dona et promissiones populo Judaico in S. Scriptura a summo Numine facta. Et tunc vocabant hanc notam Xenion, etsi Graecorum Ξ et X Latinorum minime figura conveniant inquit Eschenbach *d. l.* §. 10. haud reputans, Graecorum pariter esse τὸ χ non Latinorum, nisi forsan literam X pro Graecorum χ voluerit scribere. Vide de hac nota Scholiast. et Stanlej. ad Aeschin. *Sept. contr. Theb.* 79. et Choeph. 552. Barnes ad *Euripid.* 1192. citatos apud Cl. Burman. ad Quinct. 1. *c.* 4. *p.* 38.

12 Phi et Ro, *id est fortis*, ait Isidorus d. l. *vel frontes. Haec ubi aliquid obscuritatis est, ob sollicitudinem ponitur.* Cum itaque rem periculi plenam et caute dijudicandam invenirent, notam hanc *num.* 20. in margine adpingere solebant critici. In MSS. nonnumquam simplex Φ occurrit, quod per φροντίστεον interpretabantur. Et ita in MS. quodam Eusebiano ad *Histor. ecclesiast. lib.* 1. *c.* 2. ex Bibliotheca Mazarina se invenisse testatur Valesius ad d. l. observante Eschenbachio *d. l.* §. 6.

13 *Anchora superior ponitur ubi aliqua res magna omnino est. Nota ejus erat* Υ. vid. n. 21. *Anchora inferior ubi aliquid vilissime aut inconvenientius denunciatum est, per hanc notam*, vide *num.* 22. Isidorus *d. l.*

14 Κορῶνις, *Nota tantum in fine libri apponitur.* Isidorus *d. l.* Figura ejus ita pingebatur, vide *num.* 23. Schrevelius ad *Martial.* x. 1. hanc fuisse ejus figuram scribit V. vel 7. alae scilicet cornicis: translatione ab aedificio, cujus jam absoluti fastigio adponitur cornix. Cael. Rhodiginus *lib.* xv. *lect. antiqu. c.* 20. Coronidem duplicem observavit: nimirum esse vel *epodicam*, si post diplam constituatur: aut *proodi-*

lud autem de obelo observandum; ejus notam soli-

proodicam, si alteram ipsa praecedat diplam: Per translationem vero vox coronis pro fine libri accipitur, ut *coronidem imponere* Martial. x. *epigr.* 1.

Si nimius videor, seraque coronide longus
Esse liber: legito pauca, libellus ero.

Adde Erasmum ad Proverb. *coronidem imponere.* Latini ad *umbilicum perducere* dicebant, pro ad finem perducere, de qua locutione multa curiose adnotavit Cael. Rhodiginus *d. l.* et *c.* 21. P. Manutius ad Cic. III. *Fam. epist.* 7. Aldus *Quaesit. per epist.* II. I. et Vossius ad *Catullum pag.* 52. In transitu autem notes, veteres librorum finem plerumque vel hac nota, coronidis vel aliis vocibus quasi propriis ornasse. Sic apud Hebraeos vox *Amen*, quae πεπιστομένως indicat, id est fideliter, vel γένοιτο, id est, fiat: aut *Sela*, id est, semper, aut *Salem*, quae pacem denotat, librorum fini adscribebatur. Psalmis vero quibusdam diapsalma interponitur, de qua voce vide Cael. Rhodigin. *d. l.* quae vox secundum Originem significat, quod apud Hebraeos sola ex septuaginta interpretum sit translatione ac Theodotionis ac Symmachi. Suidas metri commutationem notare illam statuit. Alii spiritus pausationem, alii sensus alterius initium aut rithmi distinctionem. Isidorus VI. 19. Sic Latini in fine cujusque libri scribebant vocem *explicit* pro *explicitus* est, qua voce subjecta statim ad novum progrediebantur, Martial. *lib.* IX. *Epigr.* 108.

Explicitum nobis usque ad sua cornua librum,
Et quasi perlectum, Septiciane, refers.

Et Hieron. *Epist.* ad *Marcellam* 138. *Scire debemus apud Hebraeos in fine librorum unum e tribus solere subnecti: ut aut Amen scribant, aut, Sela, aut Salem, quod exprimit pacem, unde et Salomon pacificus dicitur: Ut solemus nos completis opusculis, ad distinctionem alterius sequentis, medium interponere* EXPLICIT, *aut* FELICITER, *aut aliud istiusmodi.* Et hinc locutiones apud JCtos: *explicitus est articulus* in *L.* 5. §. I. *D. de Praescr. verb. Explicito tractatu* in *L.* I. *D. ad SCt. Trebell.* quae a more volumina explicandi sunt desumtae, quia solutis loris explicabantur et ad finem patebant. Du Fresne in *Glossario*, voce *Explicit.* Sic prima constitutio Pan-

ſolitam vocari Culpam; ſicut ei contraria dicebatur

Pandectis praemiſſa clauditur ex inſtituto, dictione *feliciter*, quam cum non caperet indoctus librarius, repoſuit mox; *lege feliciter*. Brencman. *lib.* II. *Hiſt. Pand. c.* 5. *p.* 149. Vocem autem *Feliciter* d. l. et in fine epiſtolae III. et poſt conſummationem cujusque libri Pandectarum occurrentem interpretatur Cl. L. Th. Gronovius in *Emendat. hiſt. Pand. c.* XI. ut Imperator vel ſcriba, ſano corpore, tempore proſpero, rebus florentibus, hanc epiſtolam exaraverit. In ſumma, nullibi major librariorum cura in exornando opere quam in fine librorum, ceu pariter de Juris noſtri corpore teſtatur laudatus Brencman. *d. l. c. 6. in fin. In extremo* dicit, *libri* II. *Pandectarum in ſummitate columnae ornamentum adpictum eſt, tanquam circumflexorum ſe invicem ſecantium in modum catenae, idque in latitudinem columnae deſcendens, cum angulo recto per ſpatium duorum digitorum verſus marginem ſiniſtrum. Libro quarto, ubi primus librarius ceſſare videtur poſt L. ult. punctatio miniata eſt, quaſi finis finium. Pro parergo autem exornatum ſemi-rectangulum; quod in vas polite fabricatum deſinit, et ſuperius in ipſo angulo caput humanum, atramento minioque variegatum. Aliud Parergon eſt lib.* XVI. *gnomonis figura lineis undulantibus, inſertis lunulis miniatis; quae rurſum minoribus nigris implentur, deſinitque in amphoram nigram, ab eo velut ſuſpenſam. Paria ornamenta ex utroque mixta ſunt lib.* XLIII. *quae cum angulo recto deſcendunt in calicem cui ampulla in medio picta eſt. Denique etiam libris* XXV. *et* XXVII. *pompoſa ac elaborata parerga nigro miniata conſpiciuntur.* Nugas eſſe merito judicat Brencmannus, quas adcuratiores omnino neglexerunt librarii. At ex his nugis nonnumquam de Codicum antiquitate et temporum ſimplicitate judicare dabitur.

15 Ἄλογον *Nota eſt quae ad mendas adhibetur*, cujus haec erat nota ל vid. n. 24. Iſidorus d. l. Juvabit et alias notas criticas ab Auctore praetermiſſas ex Montfauconio in *Palaeogr. lib.* V. *c.* 5. circa finem, hic adjeciſſe: Λαβύρινθος, Labyrinthus, in *locis obſcuris apponi ſolebat.* Cujus rei exempla habes apud Marium Mercatorem edit. Baluzii.

ʻʻ Ὡραῖον τὸ σημεῖον τῦτο τέτακται ἐν τοῖς χωρίοις, ἐν οἷς ἡ φράσις

batur Laus, De qua utraque Horatius epist. ad Pisones: *Vita-*

φράσις κεκαλλώπισαι, ἢ τὸ νόημα ἐξήνθισαι, ἢ καὶ ἀμφότερα ὑπεραίρεται: id est, *haec nota ponitur in locis ubi phrasis elegans est, aut sententia florida: aut ubi utraque excellit.* Sic Codex Basilianus.

Ηλιακὸν, τοῦτο τὸ σημεῖον τέτακται ἐν οἷς χωρίοις περὶ θεολογίας ὁ πατὴρ διαλέγεται, διὰ τὸ ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς τὸν θεὸν ὀνομάζεσθαι, id est, *hoc signum solare ponitur in locis ubi pater de Theologia disserit, quia in divinis Scripturis Deus, Sol justitiae vocatur.*

Σημ τὸ σημεῖον τοῦτο τέτακται ἐν τοῖς χωρίοις ἐν οἷς εὑρίσκεται ξένον τι, ἢ κατὰ δόγμα, ἢ κατ᾽ ἱστορίαν ἢ ὀφεῖλον τι σημειωθῆναι ἀναγινώσκοντι: id est, *hoc signum ponitur in locis, ubi quid singulare et inexspectatum occurrit; sive secundum doctrinam, sive secundum historiam, sive quod lectori sit annotandum.* Aliam porro notam in MSS. observat idem Montfaucon. *d. l.* nimirum ση, vel μ, aut affini modo scriptam, significatque σημείωται (ση), nota, observa, perinde atque in tabula. Hactenus Montefalconius. Figuras notarum criticarum ex Isidoro adjecimus, cujus margini adpingi illas curavit Dionysius Gothofredus in *Corpore Auctorum Linguae Latin. p.* 835. Aliter paulo illas depinxit P. Leopardus *lib.* XIX. *c.* 5. in *Thesauro Crit. J. Gruteri tom.* 3. *p.* 277. Adde Casauboni *Adnotat. d. l.* Diog. Laertii. Lubet hic in gratiam eorum, qui in studium Juris incumbunt, ex Brencmanno *lib.* II. *Hist. Pand. c.* 6. *p.* 175. *sequ.* breviter signa correctorum in Codice Florentino adnectere. Age dividamus excerptum hoc in V. periodos. Nota deletionis unius alteriusve literae punctura olim fiebat, hinc *expungi* dicebatur pro delere. Punctum illud deletionis non subtus ut in aliis MSS. sed superne literis imminebat in MSto Florentino, exemplo MSStrum Hebraeorum, ne cum vocalibus, quae apud Hebraeos subscribuntur, confunderentur. In Pandectis Graecis, ubi litera Ẏ. delenda, in medio duorum cornuum punctum conspicitur, quod in relegendo factum fuisse videtur Brencmanno, cum alias tria puncta adparerent: nam literis I. et Y duo puncta inposuisse Graecos constat, quae tamen in scribendo omittebant.

Vitavi denique culpam,
Non laudem merui.

Et

bant, et in relegendo addebant, ne ſi forte una harum lirerarum delenda foret, tria puncta ſuperne ſcribere neceſſe eſſet. Si vero inſequentes literae delendae eſſent, eas appoſitis ſuperne uncinulis, ſe invicem reſpicientibus, a cetera ſcriptura excludebant, quaſi per modum parentheſeos, ne plurima puncta offenderent. Si integra periodus delenda, initio et fini cujusque verſus ſigna uncinulorum adponuntur; ſi vero delenda cum una aliave litera in fine verſus incipiant vel initio ejus deſinant, literae illae punctis impoſitis delentur, reliqua uncis delentur. Forma ſignorum adeo ſubtilis, ut ſpirituum Graecorum inſtar ad punctorum exilitatem propemodum exinaniantur. Juſtae autem magnitudinis parentheſes ſcripturae intruſae, non eſſe ordinarii Correctoris emendationem indicant, vide A. Auguſtin. I. *Emend.* 2. III. 6. 9. IV. *c. ult. ad fin. et Taurell. Praef. ad lect.* §. 13. a Brencm. adlegatos. Porro ope ſcalpelli et calami plurima emendabant, cujus rei exempla Brencman. *d. l. p.* 177. exhibet. Medii temporis correctores puncta correctoria literis ſubjiciebant, vel ipſi literarum corpori infigebant. Alii lineam delendis ſubducebant, vel ipſas literas ſecabant trajiciebantque, et hoc duplici modo fiebat, perpendiculariter, ſi una litera, transverſe, ſi plures delendae eſſent. Alii ungue trajiciebant vel confodiebant literas. Alii ſcripturam cancellabant, lineis decuſſatim per ipſas literas cancellorum more ductis, qui mos antiquus eſt, quemque vox *cancellare* pro delere, et craſſior pinguiorque lineae ductus prodit, Briſſon. de *Verb. Sign.* d. voce. Recentiſſimi violentius exſcalpſerunt, induxerunt, atramento inducto et ſuperfuſo et injecto digito quaſi ſpongia abſterſerunt, ut et vicina laederentur. Exempla vide apud Brencm. *d. l. p.* 180. immo et ipſo pergameno nonnumquam perforato. Rarius tamen potuerunt in ſcripturam ita ſaevire, ut omnem literarum faciem penitus delerent.

III. De Correctione quoad ſupplementa literarum, nota, paucarum literarum ſupplementa inter verſiculos fuiſſe ſcripta, reliqua ad marginem. Ad prius refert Brencman. *p.* 181. monogrammata quaedam et ſuperſtructiones literarum

Et Ausonius in ludo septem Sapient. ad Drepan. Pacatum:

Possum ego censuram lectoris ferre severi,
Et possum modica laude placere mihi.
Pone obelos igitur spuriorum stigmata Vatum,
Palmas non culpas esse putabo meas.

Quae fuerit nota culpae, praeter θ, et obelum ÷ non reperio 16. De θ autem extra militiam,

rum, ad notas vero marginales signum obeli, hac forma quod Astrologi signum Martis vocant, aut tali ʘ quod signum solare nuncupatur et ab Harmenopulo describitur. Saepe in exemplari Florentino ejusmodi obelus appingitur, vide *tab. num.* 25. quasi jaculum, posito altero ad marginem veluti cuspide, ut se invicem respicere videantur vide A. Augustinum *lib.* III. *Emend. c.* I. III. Quod ad signa transpositionis notemus, rarius omissa vel transposita superscripsisse, ne macularetur scriptura, neque emblemata illa marginalia facile admisisse, sed alienissimo potius loco integras leges et versus omissa subjecisse. Ordo vero dictionum per virgulas transversum superscriptas indicabatur I II III IIII. Leges omissas vel versus per literas α. β. γ. δ. Numeri autem illi seu lineolae omnes, sive una sive plures, cadunt in primam vocis literam. Exemplum est in *L.* 3. *D. de Feriis*, ubi per inprudentiam scriptum *itemresi* ita cor-
II I
rexit emendator: *item re si* superscripta voci *re* litera s. IV. Signum jungendorum erat linea horizontalis per vacuum spatium quod ad finem praecedentium perperam relictum erat, hac forma ———, nisi quod in *L.* 1. §. 2. *de Rei vind.* binae lineolae parallelae hoc pacto ducantur [= = =] Ad dissocianda quae temere conjuncta erant signo numeri septenarii majoris utebantur hac ratione 7.

16 At fuit tamen Metobelus, quasi post obelum seu veru, scilicet linea pyramidalis inversa cum adposito puncto ⊤. quam notam Critici sacri statim post sententias jugulatas vel verba ponebant, ut facilius, a reliquis distinguerentur.

tiam, etiam in Grammaticorum castris usurpato, Persius testis est:

Et potis es nigrum vitio praefigere Theta.

Et Sidonius Apollinaris in Hendecasyllab. ad Felicem:

Isti qui valet exarationi
Districtum applicare θῆτα
Novi, sed bene non refello culpam.

Unde in Proverbium abiere; ὀβελίζειν Ciceroni usurpatum; obelo, ungue, censoria virgula notare apud D. Hieronymum et Quinctilianum: Aristarchum agere apud Ciceronem, qui sic Atticum compellat; quod is sua scripta quae ei non probabantur miniatula cera notaret; epistola XVI. ad Atticum 17. De

tur. Exemplum habet Sixtus Senensis. De nota literae θ egimus supra *pag.* 219. Loca quibus signa haec adponebantur, *deculpata* vocabant Grammatici, Gellius *lib.* XIX. *c.* 10. *verbum deculpatum* et *adnotamenta vitiorum culpae dicebantur*, Gellius XVII. *c.* 2. *quum librum veteris scriptoris legebamus, conabamur postea memoriae vegetandae gratia indipisci animo ac recensere quae in eo libro scripta essent laudis aut culpae adnotamenta* Acron ad Horatii illud *Allinet atrum. Notam* inquit *culpae significat.* In corpore Florentino duae notae marginales mendum esse demonstrabant. Prior *m* refert minutis virgulis undique stipatum hac nota m. vel duplici: m. m. id est, *mendum mendum*, seu magnum mendum. Altera nota erat 9. quae recentioris aetatis est, et quia 9 vulgari abbreviandi ratione *con* notat, potest initium esse τοῦ *considerandum* Brencman. *d. l. pag.* 189. Praeter cruces et lineas varie positas etiam θ ibi occurrit, et quod valde singulare ad *L* 9. §. 2. *de contrah. emt.* a manu Longobardica in extrema ora invenitur, vid. *tab. num.* 26. loco τοῦ Graec. quod Graeca indicare consuevit, quae horrebat rudis priorum temporum secta. vid. Brencm. *p.* 190.

17 *Lib.* XVI. *epist.* 2. *Nostrum opus tibi probari laetor: ex quo*

Tabula

num.		Pag.		not.
num. 1.	* vel *—	Pag.	276.	not. 1.
2.	━┫	—	277.	— 2.
3.	⊢̇⊣	—	—.	— —.
4.	⊢̣⊣	—	278.	— 3.
5.	Ẏ	—	279.	— 4.
6.	Γ	—	—.	— 5.
7.	T	—	—.	— 6.
8.	Ụ	—	—.	— 7.
9.	Ɔ Ə	—	—.	— 8.
10.	≻	—	280.	— 9.
11.	≻	—	—.	— —.
12.	≻:	—	—.	— —.
13.	≻—	—	—.	— —.
14.	ʒ	—	—.	— —.
15.	ʒ—	—	—.	— —.
16.	≻̄	—	—.	— —.
17.	≻ʒ	—	—.	— —.
18.	⊣̶	—	281.	— 10.
19.	☧	—	—.	— 11.
20.	℄	—	282.	— 12.
21.	♈	—	—.	— 13.
22.	⚓	—	—.	— —.
23.	∠	—	—.	— 14.
24.	♄	—	284.	— 15.
25.	•→ vel o→	—	287.	— —.
26.	⏝	—	288.	— —.

De laudis vero nota, obſervatio eſt Scaligeri in Varronem De re Ruſtica: *Pavimentaque* L *faciunt*. L inquit, nota eſt, quam olim ſolebant inſerere ad deſignandum locum laudabilem; quod patet ex Commentario, ubi L L exponitur *Locus Laudabilis* *.

T Plura

quo aure (*ἄνθη ipſa*) *ipſe poſuiſti, quae mihi florentia ſunt viſa tuo judicio: caerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam.* Et *lib.* XV. *ep. ad Attic. His literis ſcriptis me ad συντάξεις dedi: quae quidem vereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandae ſunt: ita ſum μετέωρος et magnis cogitationibus impeditus.* Cave vero inde concludas, veteres minio notare conſueviſſe errores, cum ſoli Attico in Ciceronis illis corrigendis miniatam cerulam adhibuiſſe moris fuerit.

* Nota τῶν χρηστῶν videtur fuiſſe duplex L. ut recte Jo. a Wouver *Polymath. c.* XVII. obſervavit. Ita vero Paulus Diaconus de *Not. Liter. L. L. laudabiles loci*; item *L. Sent.* pro laudabilis ſententia, ut in aliis notis habetur: vide Ernſt. ad *Valer. Prob. c.* X. *p.* 137. Satis de his notis, quas in gratiam tironum hic adjicere lubuit, quibus forſan et reliquas librorum et modernas Correctorum notas audire volupe erit. *Fuerunt et aliae*, inquit Iſidorus *lib.* I. *Gram. c.* 20. *in fin. librorum notae, pro agnoſcendis iis, quae per extremitates paginarum exponuntur. Ut ibi lector in liminari hujusmodi ſignum invenerit ad textum recurrens ejusdem ſermonis vel verſiculi, ſciat eſſe expoſitionem, cujus ſimilem ſuperjacentem notam invenerit.* Haec autem eſt mens Iſidori, fuiſſe varii generis notas, marginales ſcilicet vel gloſſas, ut hodie loquimur, in margine et fine paginarum collocatas; quas cum pro captu ſuo quilibet ſibi finxerat, hic non recenſet; et hoc intendunt verba: *per extremitates paginarum exponuntur*, Hinc inſpecto ſigno liminari, ſeu nota in marginibus poſita, eaque cum nota ejusdem figurae in textu conlata, patebit, eſſe gloſſam illam expoſitionem illius verſiculi, cui ſimilis nota adjecta eſt. Sic autem ſolebant veteres animadverſiones ſuas margini adſcribere. Et lepide reſpondet

Alcia-

Plura de ſimilibus vide apud Wouwerium in Polymath. et Robertum Titium lib. x. cap. xiv. 19. Erant enim olim Grammatici plerique projectiſſimae audaciae, ut impune in omnium ſcripta obelis ſuis et aſteriſcis velut ferro graſſarentur, ſicut Creſconius ille allatrator Auguſtini. In quos facetiſſimi ſunt hi verſus Herodici Babyloni apud Athen. lib. v. ſub finem:

Aufugite Ariſtarchij per maris ſpatioſa terga,
E Graecia, flavis cervorum hinnulis pavidiores,
In angulis murmurantes bombyces; monoſyllabi, quibus curae eſt.
Σφῖν et σφῶϊν *an dicatur, altercari, et* μὶν *an* νὶν?

Hoc

Alciatus *lib.* IV. *Parerg. c.* 7, veterano cuidam Juris Profeſſori, indigne ferenti, quod legum allegationes in ipſo contextu non adjeciſſet, ſed margini ſeu paginarum extremitatibus adpoſuiſſet.

* Juſto autem breviores illi, unde e re ſtudioſae juventutis eſſe judicavi, ex allegatis et quae paſſim obſervavi, Auctori addere. Scriptores notarum literarum recentiores in principio hujus capitis adſcripſi. Ex veteribus adeundus eſt Haephaeſtio cap. περὶ σημείων, et Iſidorus ſaepe adlegatus. De his pariter ſcripſerat Suetonius et titulus libri fuit: περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημεῖων, teſte Suida. Eodem auctore in voce λύχνος et Ariſtonicus, Alexandrinus Grammaticus ſcripſerat: περὶ τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου. item, περὶ σημείον τὸν Ὁμήρου. Pariter et Philoxenus Alexandrinus Grammaticus ſcripſit περὶ σημείων τῶν ἐν τῇ Ἰλιάδι, Suidas in Voce Φιλόξενος. Etiam in Hippocratis ſcriptis illis uſi ſunt Medici et ſcripſit de illis Zeno Herophileus et poſt eum Biblas, earumque explicatio multum torſit veteres, teſte Galeno *Comment.* II. *in Hippocr. lib.* III. *de morbis vulgar.* vide Menagium d. l.

Hoc vos numquam non torqueat, o morosi ac tempestuosi *.

T 2 CA-

* Appendicis loco jungamus antecedentibus notas correctorias, quibus utuntur post typographiam inventam hodierni Correctores nostri. Scripsit libellum hac de re singularem; duorum et quod excurrit foliorum, Hieronymus Hornschuchen von Henfstadt in Francken, Medicinae Doctor. Titulus libelli est: Ein Kurtzer Unterricht fur diejenigen/ die gedruckte werke korrigeren wollen/ *Lipsiae* 1634. *apud Georg. Risschen in* 8*tavo*. Ipse vero Hornschuch lingua latina olim libellum conscripserat, quem Germanico idiomate donavit T. H. D. ut literae initiales exhibent. De eruditis autem Correctoribus nuper singularem libellum edidit Jo. Conrad. Zellner, de *Eruditis Correctoribus* vid. Neue Bibliothec. *Tom.* VI. *p.* 214. Verum haec nihil ad rem. Laudato vero Hornschuchen illud Horatii occini poterit:

Amphora coepit
Institui; currente rota, cur urceus exit?

Praeter notas enim correctorias, quas mox subjiciemus; ne γρὺ quidem quod ad artem correctoris facit, proposuit. Quod enim sobrietatem commendet correctori et diligentiam, auctoribus vero librorum studium et nitorem in scribendis literis, vulgaria sunt et ad nauseam inculcata ab omnibus, sciuntque qui nondum aere lavantur. Ego potissimum haec tria in Correctore desidero 1. ut utriusque linguae sit peritissimus, minimum illius, in qua artem corrigendi profitetur 2. Praeter linguarum exactam cognitionem principiis minimum sit imbutus illius artis; quam liber corrigendus proponit. 3. Singula verba et vocabula singulatim per syllabas legendo pronunciet, terque quaterque a typotheta correctas relegendo de novo percurrat. Rarius, me sponsore; errabit corrector his subsidiis instructus minimaque haec observans. At cum Eruditi abominentur stabulum illud Augiae purgare, altiora quae famam prorogant adpetentes, et Bibliopolae lucro tantum inhiantes; plerumque homines rudes et ἀναλφάβητοι vili pretio ad hoc negotium soleant conducere, rei literariae immo totius reipublicae interesset, Correctores publicos honorario constituto vocare; quorum de fide; diligentia et eruditione

CAPUT XXVIII.

De notis Arithmeticis.

PRISCAE numerorum notae non injucundam habent narrationem, adeoque huc pertinentem

tione palam conſtaret. Et ipſe olim auctor fui P. Poeratio noſtro, bene de arte corrigendi merenti, hanc provinciam ut ambiret. Odioſa ſunt exempla, et poſſem nubem eorum adferre, qui vel gratia Patronorum vel ob lucrum privatum illotis manibus ad libros corrigendos acceſſere. Reſpice quaeſo, nuperrimam editionem Grammaticae Graecae Verweiji, infinitis mendis, in prima linguae *στοιχεῖα* inpingentibus, ſcatentem. Jovem lapidem jurabis, correctorem Graeca neſciviſſe. Qui poterit legum textus vel Hypocratis et Galeni ſcripta emendare, cui Paulus et Ulpianus et Galenus barbara et inaudita videntur nomina? Sunt tamen qui commendatore aliquo, quod miraberis, artis noſtrae perito, huic negotio ſe ingerunt, qui, experto crede, nec literis tincti, nec typographiam unquam viderunt. Secundum vero requiſitum inprimis commendo: ſolent enim correctores ſemel folio perlecto, in ſecunda relectione notas tantum ſuas correctorias per tranſennam examinare, quibus emaculatis reliqua rarius curant. Sane diligentiſſimus corrector et ultimam relectionem, quam reviſionem ſolent vocare, adcurate ruminabitur, cum ignari typothetae etiam in mundum redacta et praelo parata ſoleant maculare literisque quibusdam, caſu ejectis, facile pro captu ſuo novas ſubſtituere, cujus rei teſtis fui oculatus, hunc laborem ingratum in praeſenti opuſculo, ob penuriam correctorum ipſe ſubiturus. Denique non eſt quod excuſes ignorantiam correctorum, cum ipſi librorum Auctores ſua relegant ultimamque manum illis admoveant. Falleris, vix idonei ſunt ipſi Auctores ſcriptorum ſuorum emendatores philautiae vitio ita abrepti, ut mendas haud videant, et minimum diligentes peſſime ſaepe ſua corrigere exemplis probat Baylius *P.* III. *Lexic. p.* 120. et IV. *p.* 205. Saepe, quod ipſi mihi cum admiratione accidit, probe legentes ea, quae male ſunt poſita

sita. In summa, vere et eleganter scribit Gio. Fr. Loredano in *Lettere di Scusa p. m.* 24. *Il cielo puo vedersi alle volte senza nubi, ma la stampa giamai senza errori*, i. e. coelum nonnumquam sine nubibus apparere potest, prelum vero numquam sine erroribus. Haud raro ipsi librorum Auctores in culpa sunt, qui vix curam operum suorum habentes, vel minus adcurate composita vel male descripta typographis tradunt, consilium illud Menagii in *Menagianis Tom.* II. *pag.* 161. imitantes, quod male descripta typographis, et correctoribus sint tradenda, ut peritiores typothetae et correctores archetypo adhibeantur. At vereor ne nimium sibi blandiatur Menagius ejusque imitatores. Plerique Auctorum satisfecisse lectoribus suis putant, veniam et gratiam mendorum in praefationibus longo verborum syrmate petiisse, quibus tamen merito illud Catonis, quod ex Corn. Nepote refert Gellius *lib.* XI. *c.* 8. occini posset: *Nae Tu, Aule,* (intelligit A. Albinum, qui in principio historiae suae multis verbis veniam postulabat, si quid erratum esset) *nimium nugator es, quum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam veniam petere solemus, aut quum inprudentes erravimus, aut quum compulsi peccavimus. Tibi, inquit, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod, priusquam faceres, peteres ut ignosceretur.* Plerumque itaque culpa Auctorum est, quam ad declinandam invidiam solent correctoribus inputare, quod dudum Cornelius Kilianus, celebris quondam corrector, in libraria Plantini indicavit in Epigrammate, seu apologia pro correctoribus contra Auctores, quae continet decem et octo versiculos a Beyerlinchio in *Theatro vitae humanae tom.* VII. *p.* 327. relatos, vide Bayle in *Lexico histor. Crit.* voce *Kilianus.* Interim rari sunt hodie Sylburgii, Zinzerlingii, Jungermanni, Putschii, de quibus Crenius in *Animad. Philolog. hist.* P. IV. *pag.* 102. *sequ.* Quid? vix notas correctorias sciunt, quas cum non ubivis occurrant, hic subjicere juvabit:

1. Quae delenda sunt in contextu orationis cancellantur hocque signo in margine notari solent:

2. Perverse vel averse positae literae hoc signo indicantur:

3. Signa separandi vel ad spatia vacua designanda haec sunt:

T 2 4. Si-

4. Signum conjungendi literas vel syllabas est.

5. Literae, extra lineam positae et inaequaliter collocatae, in contextu subduci solent linea, his notis in margine adscriptis.

6. Si ordo in literis vel integris vocibus non sit servatus, literae linea subducuntur in contextu, cifris in margine positis.

7. Spatia vacua, lineam excedentia vel nimis alte conlocata, hoc signo corriguntur.

8. Linea, quae propius ad marginem extendi debet, hoc signo, ipsi lineae et margini adjecto, denotatur.

9. Contra si linea introrsum a margine reducenda sit, quod in carminibus saepe contingit, hoc signum in margine scribatur.

10. Ubi nova paragraphus est ponenda, haec nota margini adscribatur.

11. Puncta et reliquae distinctiones omissae in ipso contextu debent adnotari et semicirculo in margine inferi.

12. Literae usu detritae vel senio consumptae deleantur in textu, adjecta hac nota in margine.

Hae sunt notae correctorum potiores et usitatiores. Alii forsan pro captu suo vel more recepto alias notas formabunt. Varia denique de his notis et de primis librorum correctoribus celebrioribus legi possunt in libro, Anglicano idiomate conscripto: The General History of Printing circa finem *By S. Palmer* 1729. Correctoribus vel Criticis nostris debemus tandem distinctiones librorum in capita et versus, unde non inutile erit et de his per transennam aliquid monere. Utilissimum esse institutum libros in capita, paragraphos et numeros dividendi, dubio vacat, quidquid etiam Salmasius in *Notis ad Solinum* contradixerit: facilius enim memoriae labanti succurritur,

neque

Tabula

1.	. . . . —	pag. 293	not.	1.
2.	. . —		not.	2.
3.	. . . —	—	—	3
4.	. . . —	— 294	—	4.
5.	. . —	—	—	5.
6.	orod [21] . —	—	—	6
7.	. = —	—	—	7.
8.	. . . —	—	—	8.
9.	. . —	—	—	9
10.	. . —	—	—	10
11.	. . —	—	—	11
12.	. . —	—	—	12
13.	. . . . .	Cursiv.	. . .	13

neque cum dispendio temporis integros libros perlegere necesse erit, in adlegationibus demum juvabit capita et numeros adduxisse, quam libros integros, ut veteribus in usu fuit. Equidem Biblia jam olim distinctiones habuisse seu in partes fuisse divisa, conjicit Tenzel in *Diss.* de *Lection. Veter.* quod Judaei per partes Biblia legerint; verum inde non sequitur in capita fuisse divisa, ut hodie. Cl. Heumannus in Introd. ad *Hist. liter.* et cum eo Gundling. *in Histor. liter. c.* 3. §. 32. *p.* 344. Stephanum Langthon vetus testamentum in capita divisisse tradunt. At cum Jo. Pitseus de *Claris Anglis* conjecturam hanc esse de Langthon doceat, consultius erit cum Du Pin in *Diss. praelim.* Scholastico cuidam, Jacobo Hugoni, qui 400. abhinc annis floruit, divisionem, qua hodie utimur, veteris testamenti tribuere. Divisionem autem Novi testamenti in capita debemus Roberto Stephano, teste filio suo Henrico Stephano, in *Concordant. Nov. Testam.* minime vero Augustino Justiniano, Episcopo Nebiensi, prout Genebrandus contendit. Heumannus *d. l. Schot. r.* alius meminit divisionis *Nov. Test.* in capita et versiculos, cujus auctorem ferunt Euthalium, de qua divisione vide J. A. Fabricium in *Bibl. Graec.* Reliquos Auctores profanos et ecclesiasticos in capita divisisse traditur Monachus Jo. a Lapide, teste Trithemio in *Catalogo script. ecclesiast. c.* 894. in *Biblioth. ecclef.* J. A. Fabricii; etsi cum Heumanno *d.* §. 33. *Schol. t.* non diffitendum, et ante J. a Lapide alias auctores profanos in capita jam fuisse distincta. Exempla possunt esse Theophrasti liber de *Characteribus morum*, Gellii *Noctes Atticae* et Ovidii libri *Tristium.* Sed hoc in pluribus antiquis observare licet, qui varias materias variis sectionibus proposuere. Et sic ipsa legum volumina propter diversitatem materiae in libros et capita fuisse divisa docemur ex Pandectis et Institutionibus, quas ideo triumviros in IV. libros distribuisse censet Ill. Ludewigius in *Vita Justiniani c.* I. §. 2. et 10. *et cap.* 5. §. 8. quia amplitudinem tractationis et capitum posteriorum non caperent membranae, unde necessario volumine aliquo scriptura completo, in novum volumen seu membranam reliquae libri partes, ad antecedentem librum adhuc pertinentes, fuerint conjiciendae. Inde non est quod ignari censores Imperatorem ἀκρισίας ordinis perversi et turbulenti accusent e. g. quod Jura in re nequidquam libro II. Inst. absolvisset, parte illius

illius juris in XIII. titulos libri III. rejecta et explicata. Et sic plura, quae omnino erant conjungenda, invita Minerva in plures partes Imperatorem divisisse somniant interpretes e. g. lib. XXX. XXXI. XXXII. de legatis, quod ignoraverint veteres plures membranas consuere ac conglutinare et Pandectas uno libro exhibere. Verum cum bona venia Viri eruditissimi, cui multa in publico privatoque Jure debeo, vix feret punctum Eruditorum ingeniosa caetera haec observatio. Notam vetustatis archetypo Florentino festinantius justo detrahit Vir clarissimus, quod membranae illius contextae et ingenti mole compactae sint. At Brencmannus tamen et cum eo plurimi dudum probarunt paulo post tempora Justiniani exemplum illud esse scriptum, facilis ergo quaestio est, num post Justinianum longiores membranae in usu esse coeperint, hoc autem probandum. Mihi non sedet dubium et tempore Justiniani modum illum membranas conglutiandi fuisse cognitum et latius infra de ratione ligandi volumina dicendi locus erit. Quis credat Justinianum integros XIII. titulos propter pergameni angustias in librum III. conjicere debuisse, nisi forsan alia ratio triumviros illos et Institutionum architectos movisset secare haec potius, quam conjungere. Cur quaeso, ordinis si moveatur controversia, titulus *D. de Procurator.* sequitur titulum *de his qui not. infam.* et innumera ejusdem farinae. An et haec pariter defectu forsan alterius pergameni aut membranae, in speciosa alia pagina sine judicio conjunxit? Sane non ignotam fuisse librariis conglutinationem ex collectione quaternionum liquido demonstrari dabitur; ita A. Augustinus *lib.* I. *Emend. c.* I. *solent librarii, ut facilius conglutinent libros, collectiones quasdam chartarum facere, quas novo verbo quinterniones aut quaterniones, Graeci* πεντάδια. Constat quoque saepius de novo ligatum et vestitum fuisse illud exemplar, ut adeo lubrica videantur haec viri clarissimi argumenta ad sententiam veterum evertendam. Correctoribus tandem et librariis merito tribuendae distinctiones quaternionum per notas numerales: his enim moris fuit initio singulorum quaternionum seu quinternionum infra ad oram paginae interiorem numeros Romanos signare. Ratio erat, ne confunderentur membranae nondum ligato Codice. Exemplum iterum est in Codice Florentino vide Brencm. *lib.* I. *c.* I. *Hist. Pand. p.* 95. non enim paginas numeris

seu

tem *; etenim cum apud Latinos, tum apud Graecos et Hebraeos, literae etiam singulariae numeros significarunt, ut Gyraldus Dialog. 1. Poët. et Petrus Gregorius lib. XV. Artis mirab. cap. 1. et Matth. Hostius de Numeris. Ac Hebraei quidem et Graeci, librorum numerum praefixis lite-

seu cifris significabant, ut hodie. Recte hinc Brencman. d. l. *quod prioribus*, inquit, *Pandectarum libris in interiore paginae sponda, et quidem fere circa medium paginae, numeri inveniuntur, omnino a recenti manu est, ut vel ipsa numerorum figura arguit.* Adde Eundem *lib.* 11. *c.* 6. *p.* 183. ubi eadem haec repetit addens, numerum paginarum a manu recentissima esse, nec ad oram superiorum paginae, verum in intima sponda, seu margine interiori, ibidemque fere in medio, praeterea etiam per saltum nec in omnibus paginis. Melius hodie per numeros 1. 2. 3. singulas paginas designamus, quod utilitatem praestat haud contemnendam in adlegationibus, ubi capita vel paragraphi longiores occurrunt, quae commode non possunt perlegi vel a fastidiosis lectoribus perlegi recusantur. Typographi vero nostrates fere ad exemplum veterum literis Alphabeti adjectis cifris 1. 2. 3. 4. in intima sponda seu margine interiore et ibidem fere in medio primas paginas usque ad medium integri folii signare solent; sequenti ratione A 1. A 2. A 3. A 4. quod in vulgus notum. Hic lectorem dimitto.

* Numerorum inventio Minervae tribuitur Livius *lib.* VII. *c.* 3. Struv. *Antiquit. Rom. c.* 9. *p.* 389. Meurs. *Denar. Pythagor. p.* 389. Alii Palamedem auctorem eorum esse tradunt Athanas. *advers. gent. p.* 20. *Literarum structuram et numeros et mensuras et pondera Palamedes invenit.* Plato de *Republ.* VII. *p.* 697. Isidorus vero III *c.* 2. Pythagorae forsan rectius inventum illud tribuit: *Numeri*, dicens, *disciplinam primum apud Graecos Pythagoram autumant conscripsisse, ac deinde a Nicomacho diffusius esse compositam.* Et huic adsentitur Beda de *Computo*: vide Meursium *d. l.*

ris censent *. Librum א A primum, Librum ב B secundum vocant, etc. Atque hinc apud Homerum versus ἰσόψηφοι. De quibus ita Muretus l. XIV. Variar. cap. XIII. Cum literae Graecorum etiam ad numeros significandos adhibeantur, quorum versuum omnes literae pro numeris acceptae, eumdem numerum efficerent ac constituerent, eos versus ἰσοψήφους vocabant. Sunt autem ἰσόψηφα plane nomina: δαμαγόρος et λειμὸς, ut e subjecta descriptione perspici potest.

δ	4.		
α	1.		
μ	40.		
α	1.	λ	30.
γ	3.	ε	70.
ο	70.	ι	10.
ρ	100.	μ	40.
α	1.	ο	70.
ς	200.	ς	200.
	420.		420.

Apud Hebraeos quoque observarunt Rabbini, Esther

* Imo rarius olim libris numeri praefigebantur: nam nec singulis legum capitibus numeri praefixi sunt, unde mos laudandi leges per verba initialia, Brencman. in *Hist. Pand.* 2. *c.* 1. *p.* 95. Hinc et saepius librorum distinctio per verba initialia apud Auctores veteres occurrit, quod Criticos haud raro turbat, et ad antiquam morem adlegandi Auctores pertinet. vid. Sirmondus ad Sidonum Apollinarem aliosque.

Esther et Susanna, Grammatica nomina esse ἰσόψηφα.

		ש	300.
א	1.	ו	6.
ס	60.	ש	300.
ת	400.	נ	50.
ר	200.	ה	5.
	661.		661.

Hujus utriusque loci admonuit me pro insigni sua in me benevolentia Pater Otho Zylius e Societate nostra, cum autographum hujus libelli ei legendum dedissem.

Latini vero unitatem * litera I notabant; quoniam

* Constans fuit olim in scriptis veterum et medii aevi usus numerorum Romanorum, quibus adhuc, si latine scribimus, utimur. Revocantur autem hi numeri ad septem literas Romanas, quae pro varia conjunctione varios numeros efficiunt, Rabanus de *Computo: Septem ergo literis numeri notantur*, i. e. J. V. X. L. C. D. M. *quae aut solae positae numeros significant; ut* I. *unum*, *V quinque*, *X decem*, *L quinquaginta*, *C. centum*, *D. quingentos*, *M. mille*, *aut compositae cum aliis*, *ut et U et J sex significant*, *X et J undecim*, *X et L quadraginta*, *L et X sexaginta*, *et X ante ponitur C*, *quando nonaginta significat. D et C sexcentos: aut multiplicatae per se*, *veluti* I. *duplicatum duo significat*, *triplicatum tres*, *quadruplicatum quatuor*; *X duplicatum viginti*, *triplicatum triginta*; *C duplicatum ducentos*, *triplicatum trecentos*, *quadruplicatum quadringentos. Nulla autem nota*, *apud Latinos*, *multiplicatur per se magis*, *quam per quatuor vices.* Alii vero a positu et gestu digitorum numeros fuisse inventos tradunt, uti Auctores de Port-Royal in eleganti sua *Grammatica*, putantes, ex elevatione pollucis et annularis natum esse numerum V. vel dimidium circuli,

niam (inquit ex Prifciano et Valerio Probo Scaliger lib. I. ling. Latin. cap. XLI.) minimo fpatio effet

li, ceu olim pingebatur, et fic numeros reliquos usque ad decem, ope digitorum fuiffe excogitatos. Alia ibi haud incuriofa de ratione notae M. 1000 notae D. 500 et C. 100 invenies. Inde etiam abacus ille digitorum, de quo mox plura. Hoc certum eft, numeros non integris vocabulis fcripfiffe veteres Hebraeos, Graecos et Romanos, fed vel unica litera, quae prima erat vocis, certum numerum fignificantis, vel ex ordine literarum, quem in alphabetho literae habebant, numeros defignaffe, vide Menagium ad *Diog. Laert. lib* 1, *pag.* 5. pr. In Codicibus medii aevi rarius litera x. fextuplicatur ad fignificandum numerum fexagefimum. Frequentius quater geminatur ad numerum LXXXX exprimendum. Praecipue denique notandum, virgulam feu lineolam tranfverfe fuper numerum Romanum pofitam, quod olim et ipfi Romani et eruditi faciebant omnes, ut numeros a literis Romanis diftinguerent, numerum millefimum notare, e. g. I̅ mille; I̅I̅ duo millia; pro quibus nonnulli ex ignorantia rerum medii aevi, T. literam, pro mille fubftituerunt. Exempla dabit Rabanus de *Computo* apud Balluzium *tom.* 1. *pag.* 11. *fequ. et p.* 31. *fequ.* Nonnumquam fignatur numerus millenarius hac nota ∞. De forma numerorum in medio aevo eleganter egit Mabillon. de *Re diplom. lib.* II. *c.* 25. *pag.* 215. ubi non V. cufpidatum, fed et U. quadratum pro numero quinario in medio aevo frequentatum fuiffe fcribit. Curiofe pariter literam G. numerum fextum notare probat, illamque notam haud dubie effe ipfum ἐπίσημον ς. Graecum, quo fex fignificatur, Nic. Alaman. in *Not. ad Procop. Anecd. p.* 42. et Cangius in *famil. Bizant. pag.* 89. *fequ.* Alia de mirabili forma numerorum apud Gothos Romanos imitantes, vide apud Mabill. *d. l. p.* 216. ubi de numero nonagefimo per L. et X. et minutula altera L. conglutinato. Quanta demum errorum feges ex notis his numerorum literariis in chronologia oriatur, docuit Jac. Perizonius in *Originib. Aegyptiac. c.* 3. adeo ut prudentius fit ex factorum ferie et rerum nexu, quam ex numeris illis, ordinem rerum geftarum recenfere.

esset virgula, sicut unitas nullo: ac repetebant sane unitates usque ad quinque. IIII. Quinarium scribebant per V. non propterea, quod ea nota dimidium esset X, quo denarium designarent; neque idcirco, quia olim scripserant QV, postea Q sustulissent; sed quoniam esset quinta vocalis, cum qua repetitis atque appositis unitatibus, ducebantur ad numerum denarium; quem idcirco X litera notavere, quia in vulgari ordine Alphabeti statim post V subsequitur. Quo consilio etiam, Centenarium numerum cum statuissent per C, sequenti elemento scilicet D, quingenarium deposuere. Vel quia proxime post C sequitur D, inquit Probus; vel, ut aliis placet, quia, inter hanc et M, quod mille significat, quinque literae intercedunt, quae dimidium millenarii innuant. Vel, quod magis placet, quia sit capitalis litera hujus nominis, Dimidium; quod dimidium Millenarii significet; vel potius quia antiqui hunc numerum per sinistram partem literae M, sic notarent, Ɩ\, quae nota paene similis est D. Ratio autem Centenarii a prima litera ipsius nominis accepta fuit, sicut et Millenarii per M. Quingenarii vero notam non a nomine, sed a Graecorum instituto excogitarunt: nam cum illi per N pingerent quinquaginta, prisci Latini qui hujus elementi loco ponerent identidem L ut Lymphae, pro Nymphae, in hunc quoque usum L. pro N substituere. Verum haec omnia displicent Matthaeo Hosto, qui lib. de Num. cap. v. longe haec aliter explicat, neque sane inerudite: sed non lubet hic adscribere, ne sim longior.

Quid-

Quidquid hac de re ſit, Romani ante uſum horumce numerorum annos Conſulares notabant clavis fixis; ſicut et Volſci in templo Norriae deae Hetruſcae, ut Plinius ſcribit lib. VII. c. XL. *Annales*, inquit, *antea in clavis fuerunt; et per numerum clavorum fixorum fuerunt anni numerati, quod rarae literae eo tempore fuiſſent, idcircoque clavum ex Lege vetuſta figebat Praetor Maximus; dehinc a Conſulibus ad Dictatorem*, etc. *. De quo ritu

* Idem tradit Livius *lib.* VII. *c.* 3. adcuratius: *Lex vetuſta eſt, priſcis literis, verbisque ſcripta, ut qui Praetor maximus ſit, idibus Septembribus clavum pangat. Fixus* (Rectius fixa legit Gronovius, ad legem laudatam verba haec referens. Adde quod mox ſequatur: *eoque Minervae templo dicatam legem etc.*) *fuit dextro lateri aedis Jovis optimi maximi ea parte, qua Minervae templum eſt. Eum clavum quia rarae per ea tempora literae erant, notam numeri annorum fuiſſe ferunt: eoque Minervae templo dicatam legem, quia numerus Minervae inventum ſit.* Pergit Livius, antiquitatem hujus rei probaturus, non Romae ſolum, ſed apud Etruſcos idem olim obtinuiſſe, auctore Cincio: *Volſiniis quoque clavis indices numeri annorum, fixo in templo Nortiae, Etruſcae Deae, comparere.* Uſu vero literarum edocti Romani ſimplicitati huic aevi prioris facile nuncium mittebant, et poſt urbem conditam 391. dictator juſſu Senatus *clavi figendi cauſa* fuit dictus, non ad numerandos annos, ſed ad peſtilentiam declinandam, quia ex *Seniorum memoria* fatente Livio d. l. fuerat repetitum, quondam clavo ab Dictatore fixo peſtilentiam ſedatam fuiſſe. Ritus illius veſtigia diu apud gentem ruſticam et minutam ſimplicitatis antiquae tenaciſſimam obtinuerunt, eoque Jacob. Perizonius *Animadverſ. c.* 5. recte retulit Petronii verba in *Satyr. c.* 135. *pag. edit. Burman.* 646.

At paries circa palea ſatiatus inani,
Fortuitoque luto, clavis numerabat agreſtis.

quaſi dixerit Petronius, ad aetatem ſuam ſuorumque declarandam clavis fuiſſe uſos agreſtes taleſque habuiſſe in parie-

ritu vide Wouwerium in Petron. Notis, Rosinum, Alexandrum, Caelium.

At vero Barbaricae Arithmeticorum notae, quibus hodieque utimur, ante trecentos annos tantum ad nos venere ab Arabibus, inquit Scaliger in Explicat. numi Constantini. Hispani primum [illegible] eas [illegible]

pariete, novo quotannis ad priores addito, vel parietes habuisse ejusmodi clavos singulorum hominum, non modo annos, sed et numerum familiae agrestis referentes. Hactenus videntur clara omnia. Sed superest, me judice, scrupulus, examine dignus. Quid enim quaeso sibi voluere Romani, clavum figendo tempore pestilentiae? vix enim adeo insipidos fuisse putes majores, ut nugis ejusmodi pestem averti posse credas, etsi olim hac in re, Livio teste, superstitioni aliquid indulserint. Quantum ego quidem scio, rationem hujus ritus dedit nemo; memini tamen Halae cum Cl. Gasseri collegia frequentarem, promisisse Virum Cl. se in praelect. ad Cod. qui liber paucis abhinc annis prodiit, nescio sub quo titulo, ritum hunc plenius enodaturum, quod num praestiterit Vir amplissimus, videant quorum in manibus est liber. Mihi hac de sollemnitate haec sedet sententia, ejusmodi clavum antiquitus in omnibus malis Reipublicae inminentibus fuisse fixum illumque fuisse symbolum expiationis sollemnis, quae non sacrificiis solum, sed et donis muneribusque, quibus et ipse placatur Jupiter, secundum poëtam, peragebatur. Sacrificiis vero peractis clavus parieti infigebatur, ut dona Diis dedicanda illis adpenderentur. Prius, scilicet in omnibus malis et aerumnis fixum fuisse clavum comprobat ipse Livius *lib.* VIII. *c.* 18. circa finem *Itaque memoria ex annalibus repetita in secessionibus quondam plebis, clavum ab dictatore fixum alienatasque discordia mentes hominum eo piaculo compotes sui fecisse, dictatorem clavi figendi caussa creari placuit.* In omnibus itaque turbis et periculis Reipublicae, ubi dictator creabatur, antiquitus et clavus figebatur, vel ad dona Diis, peracto sacrificio, dedicanda, vel ad memoriam rerum quotannis gestarum, unde et *clavus annalis* dicitur Sexto Pompejo. Alia de hoc ritu dabit J. D. Caselius I. *Var. c.* 5. et interpretes Petronii.

eas accepere a Mauris: Latini deinde omnes ab Hiſpanis *. Fertur autem priſcorum numerorum inventor primus Theut, ſeu Theutates, auctore Plinio †. Zifrae autem vocantur ab Hebraeo Zepher,

* Cifras ab Indis ſeculo x. Arabes, Hiſpanos ab Arabibus ſeculo XIII. accepiſſe, poſt alios cenſet Athanaſius Kircherus in *Arithmologia P.* I. *c.* 4. Papebrochius in *Propyl. num.* 19. ante bella ſacra uſum eatum non fuiſſe notum Europaeis contendit. Huetius vero in *Demonſtr. Evang. Prop.* 4. *pag.* 252. originem cifrarum ex Graecis et latinis literis derivat, recte notatus a J. Nicolai de *Siglis veter. c.* 16. Mabillonius vero refert, nullas ſe deprehendiſſe ante ſeculum XIV. et Anno 1375. illas adpoſuiſſe Petrarcham in Codice librorum Auguſtini in Pſalmos. Seculo inſequenti in deſignandis librorum MCtis paginis ejusmodi cifras adhiberi coeptas et initio formam cifrarum 4. et 7. longe aliter fuiſſe, uti quidem hodie, animadvertit laudatus Mabillon. de *Re diplom. lib.* II. *c.* 28. *pag.* 215.

† Verius cum Iſidoro *lib.* III. *c.* 2. Numeri diſciplinam apud Graecos *primum Pythagoram autumant conſcripſiſſe, ac deinde a Nicomacho* (de quo vide *Lexicon Fabri* voce *Nicomachus*) *diffuſius eſſe compoſitam quam apud Latinos, primus Apulejus, deinde Boethius tranſtulerunt.* J. H. Boecler. *Bibliogr. Crit. c.* 24. §. 6. *p. m.* 488. et Morhof. *Polyh. Tom.* II. *lib.* IV. *c.* I. §. 5. Reverentia autem ergo Pythagoram effecit, ut in numeris myſteria latere crederent ipſi, ſi credere fas ſit, JCti. Minimum perſuadere id nobis ſatagit Petr. Lindenburgius et Chriſtianus Woldenbergius de *Numeris utriusque Juris civilis et Canonici* Roſtochii 1670. *in* 4. et quae plura de reverentia erga Pythagoricam philoſophiam hanc in rem adtulit Amaya *lib.* III. *Obſ. c.* I. De numerorum myſteriis in ſacro Codice docte egit Bungius de *Myſteriis numerorum.* Adeo vero in deliciis fuit Romanis numerorum ſcientia, ut pueri etiam calculorum computationem et aſſis ab incunabulis didicerint, ſecundum Horat. de *Arte Poet. vs.* 325.

Roma-

pher, quod eſt ſcribo, ſicut Cariad-Zepher*, hoc eſt, civitas literarum, in Scriptura ſacra, quod ibi literarum ſtudia florerent.

Jam finem facio dicendi de notis; nam quae de

V Aſtro-

Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centum diducere.

Hinc dicebantur calculatores Perrenon. *lib.* I. *Animadv. c.* 27. *tom.* I. *Theſ. Jur.* etſi calculatores proprie dicerentur illi, qui artem arithmeticam profitebantur, Martial. X. *Epigr.* 62. a *calculis, id eſt, lapillis minutis, quos antiqui in manu tenentes, numeros componebant*, ait Iſidorus *lib.* X. *Orig. p.* 1071. Pignorius de *Servis p.* 165. Quid quod ſingularem librum de *Aſſe* ſcripſerit Voluſius Maecianus JCtus, quem Cujacius ad *L.* 21. §. 2. *D. de Ann. leg.* memoriae jubet mandari, antequam Inſtitutionibus ſe accingant dupondii. Fruſtra quoque Alciatus dubitat num Maecianus libri illius ſit auctor *lib.* I. *Parerg. c.* 27. vide Aegid. Strauchii *Diſſert. de Voluſio Maeciano.* Ceterum de ſanctitate numeri ternarii item et quaternarii vide Cael. Rhodigin. *lib.* XII. *c.* 2. et Cardan. *lib.* XXI. *de Subtilitatibus*, Dougtaeum *P.* I. *Annal. Sacr. excurſ.* 169. et Alciatum *lib.* X. *Parerg c.* 5. Adde his Ehrenbergeri elegantem *diſſert. de Origine numeri denarii Jenae* 1705.

* Librariae hujus civitatis fit mentio *Joſuae* XIII. *vs.* 15. 16. et Judic. I. 11. 12. Alii dicunt fuiſſe Academiam ſive *Gymnaſium Judaeorum*, vide Chriſtoph. Henr. Ritmeier in *Program.* de *Kiriath Sepher* Helmſtad. 1711. Alii putant ita dictam fuiſſe, quia in illa alebantur ſcribae, *Sopherim* dicti, qui leges debebant in mundum redigere. Nec infrequens fuit veteribus civitates nominare a literis, opificiis, amoenitate, et ſic porro. Sic Populus Medinus dicebatur *Populus librorum*, quod incolae eſſent literis clari, Hotting. *Hiſtor. Oriental. lib.* I. *c.* I. Metropolis Berytum *legum civitas* audit in *L.* 3. §. 9. *C. de vet. Jur. enucl.* et *μήτηρ τῶν νόμων* apud Eunap. *vit. Proaereſ. p.* 150. Strauch. *Diſſert.* ad *Tit. Cod.* de *Metropoli Beryto* quae eſt Diſſertatio VII. Diſſert. Acad. Ita urbs *Suſa* Perſica voce, Graeca vero, *Lilium*, ab amoenitate fuit dicta, Athenaeus *lib.* XII. *p.* 513. quod fruſtra negat Caſaubonus, obſervante Ez. Spanhemio in *Obſ. ad Juliani Imp. Orat.* I. *pag.* 126.

Aſtronomiae ſignis dici poſſent, paucula ſunt, ſicut et de notis ponderum et menſurarum *, de quibus partem et Probus, partem Pet. Diaconus, partem Iſidorus ſcripſerunt. Digitorum autem notae (de quibus Tractatulum conſcripſit Beda) quia non ſcriptione, ſed geſtu exprimuntur, non faciunt meo inſtituto †. Spero interim neminem mihi ſuccenſurum, quod tam minutis reculis tantum impenderim ſcriptionis; quando et Iſidori et Bedae, aliorumque eruditorum hominum me defendit exemplum; et multa, niſi fallor, dicta ſunt, quae parum antea obſervata.

CAPUT XXIX.

An literis, notis, et numeris arcana aliqua inſit vis.

DUPLICEM literis, notis, et numeris ineſſe vim nemo negare poteſt; vim nempe ſignifi-

* De notis ponderum et menſurarum belle egit Montefaucon. in *Palaeograph. lib.* v. *c.* 5. 6. *pag.* 365. *ſeqq.* Adde Nicolai de *Siglis c.* 17.

† Abacum digitorum Venerabilis Bedae *Annalibus* ſuis *Bojorum* inſeruit Aventinus, vide Gundlingium in *Praefat. Aventini.* Jacob. Bochart. aeri incidendum curavit abacum illum. Adde Gyraldum in operibus ſuis.

Atque ſuos jam dextra computat annos

cecinit Juvenal. *Satyr.* x. Tertullianus *ſupputatorios digitorum geſticulos vocat.* Laevae autem digitis usque ad centum numerabant, in centeſimo ad dextram tranſibant, vide Sirmondum ad *Sidon. Apollinar. lib.* IX. *epiſt.* 9. *pag. m.* 647. et Bedam de *Loquela digitorum.*

gnificandi, et vim obligandi; quae utraque moralis quaedam vis est, communi hominum arbitratu atque consensu iis attributa. De hac non ambigimus: de vi quadam physica atque arcana nobis quaestio est; qualem tribuere literis et notis ii videntur, qui Notariam exercent, quae ars Magica censetur a quibusdam, apud D. Thomam, et Antonium Del Rio. Illi item qui philacteriis quibusdam et schediasmatis, veluti amuletis *, tutos se praestant a vulneribus et globis tormentorum. Ac sane in Magia variae sunt divinandi artes per mysteria quaedam literarum.

Est *ὀνομάντεια* per quam futura exquirunt ex nomine consulentis; illius nempe literis veluti anagrammatismo quodam varie collocatis. Atque ita Philostratus lib. IV. † narrat Romae puellam quam-

 dam

* Amuleta ab amoliendo dicuntur, Vossius *Etymol. pag.* 27. vel Praebia a prohibendo, Idem *d. l. pag.* 405. vel Ligaturae. Graeci *φυλακτήρια, ἀλεξιφάρμακα, στοιχεῖα, περιάμματα, περίαπτα.* Antiquitatem eorum repetunt ex Genes. XXXI. *vs.* 8. Selden. de *Diis Syris Syntagm.* I. *c.* I. Calovius ad Genes. XXXV. *vs.* 4 Syrorum inaures ejusdem artificii fuisse putat. Eo etiam medelam Philistaeorum referunt I. *Samuel.* 5. *vs.* 6. Plura huc pertinentia conlegerunt Athan. Kircherus in *Oedip. Egyptiac. Tom.* II. *P.* 2. Camerar. *Cent.* III. *Hor. subsec.* 4. Sponius in *Miscell. pag.* 297. et ex professo Julius Reichelius in *Dissert.* de *Amuletis Argentorati* 1676.

† *Cap.* 45. Verum ipse Philostratus difficile esse judicare tradit, an scintillam animae quae medicos forsan latuerat; in puella invenerit Apollonius: utrum illam re vera de mortuis resuscitaverit. Inde autem argumentum literomantiae stabiliendae justo forsan festinantius petierunt alii: etenim nihil apud Philostratum de divinatione per nomen; et forsan curiositatis vel honoris causa nomi-

dam mortuam, ab Apollonio suscitatam per στοιχειομάντειαν, quam Cocles cap. 1. de Sortileg. recte Literomantiam vocat.

Est et Ἀριθμάντεια, qua Graeci valorem literarum expendentes divinant de illius victoria, cujus nomen * majores habet numeros; qua item Chaldaei Alphabetum dividentes in tres decades, singulas literas planetis singulis assignant. Cui affine est illud commentum diuinandi ex literis † pagi-

nomine proprio, ut omnibus innotesceret nomen illius sciscitavit. Aliquid forsan praesidii hic adferre posset Numer. v. 5. 11. ubi et nomen adulterae schedulae legitur inscriptum, quod per aquas amaras Zelotypiae maledictionem inferentes, sine dubio delendum erat: ex nomine enim et deletione ejus per aquam amaram videbatur indicium peccati peti posse, quidquid etiam Fago et Sixto Senensi contradicat Wagenseilius, quorum suffragia in libro rariori et eruditissimo Andr. Acolocuthi de *Aquis amaris* reperiuntur *c.* III. §. 67. *p.* 312. Verum manum removeamus de tabula sacra. Conjectura est, quam doctioribus limandam ruminandamque animi causa proposui.

* Hinc illa relligio veterum circa nomina fausta. Servis inponebatur plerumque nomen Onesiphori, ominis causa, Menag. *c.* 31. *Amoen. Jur. pag.* 219. Hinc Plato et Plutarchus commendant parentibus fausta et pulchra nomina inponere liberis. Romani in delectu militum ab illo auspicabantur, cui felix nomen erat, Plutarch. *Quaest. Rom.* 30. 31. aliique citati in *Memoria* mea *Propagata c.* III. §. I. *pag.* 138. *sequent.* ubi plura de hoc ritu adduxi. Sic in nuptiis felix erat nomen Juliae, ob fecunditatem, Ill. Spanhem. de *Praest. numism. p.* 297. *sequ. tom.* II. Sed ridet merito Quinctilianus illam superstitionem *lib.* V. *Inst. Orat. c.* 10. *Nam et illud*, dicens, *frigidum sane, quod nomen Polynicis, ut argumentum morum, frater incessit.*

† Supra *pag.* 240. et 241. late jam egimus de hac divinandi

paginae alicujus in libro quopiam fortuito aper-
V 3 tae;

nandi specie. Sunt tamen quibus haec illustrare possimus. Monuimus d.l. veteres Christianos ex Evangeliis praecipue divinasse de rerum futurarum felici exitu. Hinc tanta reverentia tantoque cultu prosequebantur librum Evangeliorum, ut ipsi Imperatores honori sibi ducerent si Evangelia illis legere concederentur, vide Mabillon. *Tom.* I. *Musei Italici p.* 263. ubi fuse quibus ceremoniis Imperator Evangelium cantare debeat. In baptismate infantum liber Evangeliorum semper evolvebatur, et in quatuor altaris angulis et in cathedra ecclesiastica revoluta conspiciebatur. In celebratione missae Papa apertum librum osculabatur, moxque Episcopis osculandum praebebat, laicis vero clausum. Praelegentem Evangelia stantes audiebant omnes, novumque et insolens judicat Sozomenus *lib.* VIII. *c.* 19. quod Alexandriae Episcopus in praelectione eorum non consurgat: Ἀναγινωσκομένων γὰρ τῶν εὐαγγελίων οὐκ ἐπανίσταται ὁ ἐπίσκοπος ὃ παρ' ἄλλοις, οὔτ' ἔγνων οὔτε ἀκήκοα. *Dum enim leguntur Evangelia non consurgit episcopus: quod tamen alibi nusquam fieri vidi, neque audivi.* Et in accusatione Theophi Indi, hoc urgetur praecipue, quod sedentes audiverint Evangelia, Philostorgius *lib.* III. *Histor. eccles. c.* 5. ibique Jac. Gothofredus in *notis.* In electione Episcoporum, Canonicorum liber Evangeliorum evolvebatur praelecto capitulo aliquo, futuri moderatoris mores et vitam ut credebant, praesagiente. In omnibus conciliis, judiciis, reperiebatur hic liber. Divinationum sortiumque divinarum quasi fundus erat. Immo ad exstinguenda incendia et in medelam morborum frequenter adhibebantur. Augebat superstitionem illud Pauli dictum: *Evangelium virtus est in salutem omni credenti.* Graeci adhuc hodie Evangelia cultu προσκυνήσεως prosequuntur, vide *Les Observations* du Pere Simon *p.* 121. Sic et Judaei phylacteria sua, seu chartulas sive membranas perexiguas verbis divinae legis conscriptas fronti et manibus suis, tamquam memorialia quaedam conservatoria, adpensas gestabant, Jo. Dougtaeus in *Analect. Sacr. P.* II. *Excurs.* 16. Et in his posteriori tempore maximam relligionis partem ponebant, decepti illo *Exodi* XIII. *vs.* 9. *et* 16. ubi Deus praecipit verba sua *liganda esse quasi*

tae; quo uti ſolitum Hadrianum Imp. Spartianus, et Claudianum Treb. Pollio ſcribunt; et Socratem

ſi ſignum manui ſuae, ponenda inter oculos, ſcribenda in limine et oſtiis aedium et *Deut.* VI. *vs.* 7. *Ligabis ea quaſi ſignum ad manum tuam, eruntque quaſi frontalia inter oculos tuos, ea poſtibus domus tuae, januisque tuis inſcribes.* Hoc ita intellexerunt rudes illi, quaſi interna pietas in externam eſſet mutanda. Simplicitati accedebat oſtentatio ut fiti plurimum, pietatis, et phariſaei et ſcribae ἀκριβέστατοι caeremoniarum obſervantiſſimi, et ſubleſtae pietatis ambitione tumidi, phylacteria ſua dilatabant, ut in oculos hominum incurrerent, *Matth. c.* 23. *vs.* 5. Inſcribebant autem ſchedulis quatuor ſectiones Pentateuchi, primo novem priores verſus Deut. VI. ſecundo novem priores Exodi XII. tertio octo poſteriores ejusdem capitis, quarto Deut. XI. *a vs.* 13. *ad* 22. ſchedulae vero ipſae ex Pergamenis variis cautionibus praeparatae ex quorundam animalium pellibus fiebant, ſecundum Leges Rabbinorum. De figurata autem illa locutione divina vide Jo. Clericum ad *Exod.* XIII. *vs.* 9. Ipſae feminae ſuperſtitioni nimium quantum indulgentes collo adpendebant et ſub pectore gerebant phylacteria illa, immo cum illis ſepeliebantur, quemadmodum et Chriſtianae cum Evangeliiis, teſte Chryſoſtomo ad *Antiochen. Homil.* 20. Confirmat hoc denique de Evangeliis Chryſoſtomus *Homil.* 73. in Matthaeum φυλακτήρια ἐκάλουν ὡς πολλαὶ νῦν τῶν γυναικῶν εὐαγγέλια τῶν τραχήλων ἐξαρτῶσαι ἔχουσι; *Phylacteria vocabant, ut ſicuti multae mulieres modo faciunt, quae Evangelia de collo ſuſpendunt,* vide plura de hac divinandi ratione ex Evangeliis et de cultu eorum in Schmidii *Diſſ. ſing. Jenae* 1692. et Bebelii *Antiquit. Evang. Sect.* I *art.* I. *num.* 23. Du Freſne voce *Evangelium.* In ipſis juramentis Evangelia vel proponebantur coram judice, vel tangebantur ab ipſis jurantibus *l.* 2. *C. de jurejur. propter calum. Cum et judices non aliter cauſas dirimere conceſſerimus* niſi ſacroſanctis Evangeliis praepoſitis. et *l.* 13. §. 4. *C. de Judiciis. Cum enim terribiles in medio proponuntur ſcripturae litigatoris abſentia Dei praeſentia repleatur.* Adde *l.* 14. *et auth. eod. Nov.* 74. *c.* 5. ubi de juramento tactis Evangeliis in domo privata aliquam uxorem fore *Novell.* 123. et qui plura de hoc juramento exhibet Cl. N. H. Gundli. in *Gundlingian. P.* IV. *Obſ.* 2.

Nolim

tem sic ferunt intellexisse sibi esse moriendum.

Spectat huc etiam Judaeorum recentiorum Kabbala *, et Platonis Arithmeticum vaticinium, reprehensum ab Aristotele lib. v. Polit. Item Pythagorae somnium dicam an inventum, quod ei Plinius tribuit; quo docet ex pari vocalium numero in nominibus felicitatem, ex impari infelicitatem portendi et divinari.

Quid quod eo dementiae venerit quidam C. Bassus (ut eum Philastrius nominat libro De hae-

Nolim hic denique aniles fabulas de Evangelio Johannis recensere, de quibus Balduin. *lib.* III. *casuum Conscient. c.*5. *cas.* 3. *p.* 541. *edit. opt. Francof.* et allegati apud Crenium ad *Dissert. Holmii de Scriptione pag.* 421. sunt adeundi. Sic et Judaei librum legum manu tenentes jurabant olim, hocque juramentum tantum pro legitimo habebant, Maimonides in *Constitut. de Jurejur. c.* XI. §. 2. *Male*, inquit, *facere judices, qui ad jurandum alios adigunt, nullam plane rem manu sua tenentes, quum jurantes librum legis manu sua tenere debeant.* vide Merill. *lib.* VIII. *Observ. c.* 40. In summa, in omnibus divinationibus et sortibus veterum ubi per literas futuri quid divinare solebant, libros vel relligionis, vel quos in honore habuerunt, praecipue inspiciebant veteres. Apud Turcas quanta sit in veneratione Alcoranus, et qua ratione illo inspecto futura inde augurentur, docuit in *Diss. misc. Diss.* x. Cl. H. Relandus, de *Relligione Mohumedana pag.* 3. De honore Sinensium erga libros Confucii consule Bibliothecam *Novor. libror.* 1697. *p.* 70. *An.* Et de carminibus magicis quam provide vetus Ecclesia et Leges olim caverint, testis est Codex Theodosianus *tit. de Malefic. et Mathem.* ibique doctissimus J. Gothofr. adde J. Bingham in *Antiquit. ecclesiast. lib.* XVI. *c.* 5. §. 6. Hoc demum notes velim, artifices illos qui phylacteria collo circumliganda componebant, *obligatores* fuisse dictos, secundum capitulationem Caroli M. Aquisgran. *lib.* 1. *c*, 64. *Calculatores, incantatores, tempestarii vel* OBLIGATORES *non fiant: et ubicumque sint, vel emendentur vel damnentur.*

* Cabbala practica seu Judaeorum Magia est ars, qua

resibus, vel potius Marcus et Colarbasus; ut Irenaeus De haeres. item lib. I. et Tertullianus De praescript. eos vocant) ut dicerent tantam Alphabeto Graeco inesse vim, *ut sine istis literis veritas non possit inveniri; imo totam plenitudinem et perfectionem veritatis in istis literis esse dispositam. Propter hanc caussam enim dixisse Christum, Ego sum Alpha et Omega* *. Quam haeresim confutavit toto fere libro primo Irenaeus. De

vi certorum nominum dictorumque sacrorum, res mirabiles et stupendae effici posse jactabantur. Nomina illa vel ipsius Dei vel angelorum vel daemonum esse fingebantur, sonum habentia peregrinum et horribilem ad terrorem incutiendum vel admirationem. Permutatis autem vel transpositis initialibus aut finalibus integrarum vocum literis pleraque fabricata erant. Haec ex sacris literis ut plurimum desumpta si rite recitarent vel membranis inscripta secum ferrent, mala quaevis averruncare et depellere posse praedicabant stolidi. Specimina elegantissima dedit Cl. Jo. Goth. Lakemacher in *Observat. Philolog. P.* I. *Obs.* 5. *de Judaeis Magis horumque arte p.* 140. *sequ.* Eo etiam referunt nonnulli illud pectorale Pontificis Maximi, *Urim* et *Thummim*, cujus ex inscriptis literis splendentibus et prae aliis eminentibus divina responsa divinasse Judaeos somniant Josephus III. *Antiqu. c.* 9. et Philo Jud. de *Monarch.* II. *pag.* 824. vid. de hac re late differentem Spencerum in *Differt. de Urim et Thummim*, cujus tamen sententiam impietatis accusant alii, apud H. Prideaux in *Histor. antiqui et novi foeder. lib.* III. *pag.* 167. *sequ.* edit. Cl. J. Drieberge in *folio.* Alia haud incuriosa de Kabbala hac Judaeorum videri possunt apud Hottinger in *thes. Philolog. p.* 448. Cl. Leusdenium in *Philolog. Hebr. p.* 270. Th. Bangium in *Coelo Orientis Exercit.* II. Buxtorf. *c.* IX. *Synag. Judaic.* Glassium II. *Phil. P.* I. *tr.* II. *Sect.* III. *art.* 7. quos adducere non lubuit Lakemachero.

* Metaphoricam esse ibi locutionem a literis Graecorum petitam nemo non videt. Hinc recte Clemens Alexandrinus *lib.* IV. *Strom. fol.* 230. *Ideo verbum dictum est α et ω, cujus solius finis fit principium et rursus desinit in id quod est desuper principium, nuspiam distantiam accipiens aut dimensionem.*

De vi averruncatoria, multi opinati ſunt eam ineſſe literis ac notis. Ita Conradus Wimpina cap. penultimo et ultimo lib. De ſuperſtit. ſcribit uſitatum eſſe apud Magos genus quoddam characterum peregrinorum, in quibus ſunt novem caldariae, et nomina Principum quatuor hujus mundi cardinum; feruntque eos inventos a Germone Babylonio, Hermete Aegyptio, et Thore Graeco. Fundaturque hic error, inquit Del Rio lib. I. cap. IV. qu. I. in magno illo aphoriſmo libri impii, qui inſcribitur Arbatel in Septena II. ubi traditur, quod Deus quando rebus nomina impoſuit, ſimul cum nominibus vires et officia quaedam illis diſtribuit; et ita characteres habeant vim non ratione figurae vel pronuntiationis, ſed ratione virtutis ſeu officii illius, quod Deus ad tale nomen vel characterem ordinavit. Neque ab hac opinione alienus fuit Origenes libro I. et V. contra Celſum; aliique medici, Qu. Serenus, Aëtius, Trallianus, Paracelſus, et Plinius lib. XXVIII. cap. II. qui docent notas & ſcripta quaedam verba facere curandis morbis *; ſicut et Cabbaliſtae, qui docent literis ac ſyllabis quamdam eſſe cum ſideribus cognationem; adeoque illas habere majorem vim, quae rem ſanctiorem ſignificant, aut a ſanctiore lingua deſcendunt: quorum

V 5 rum

* Eo etiam videtur ſpectare illud Suetonii in *Tito Veſpaſiano c.* 8. *Medendae valetudini, leniendisque morbis, nullam divinam humanamque opem non adhibuit, inquiſito omni* SACRIFICIORUM *remediorumque genere.* Pertinent etiam huc Brevia, ſeu characteres magici in brevibus deſcripti, quas ſecum portabant in curandis febribus, vide Du Frene in *Gloſſario med. Lat.* voce *Brevia.*

rum auctoritate forsan persuasus Picus docuit in position. Magic. nomina barbara et nihil significantia, plus habere efficacitatis. Sane sic apud Judaeos fuere phylacteria characteribus inscripta, quibus ipsi se praeservari putabant. Apud Romanos res turpiculae inscriptae (praefiscini, ut dicebant) suspensae de collis puerorum: de quibus Gellius *. Apud Graecos Ephesiae literae, quas Diogenianus scribit fuisse quasdam notulas, quibus vtentes, in omni certamine victoria potirentur, quarum mentio apud Athenaeum lib. XII. ex Anaxila Poëta:

In consutis sytariis (id est, minutis coriis) *literas Ephesias, ferens.*

Quales forte erant R et A, quas quidam collo appensas gerebant, apud Plinium libro XXVIII. cap. II. sub finem. Suidas scribit *eas fuisse carmina quaedam obscura, quae et Croesus in rogo recitavit; et Olympia, Milesio et Ephesio certantibus, Milesium luctari non potuisse, propterea quod alter juxta talum Ephesias literas habebat; quibus compertis et dem-*

* Gellium citat Auctor; sed locum addidisset vellem. Forsan respicit ritum veterum remedia bullis includendi contra invidiam, de quibus ita Macrobius *lib.* I. *Saturn. c.* 6. *Bulla gestamen erat triumphantium quam in triumpho prae se gerebant, inclusis intra eam remediis, quae crederent adversus invidiam valentissima.* Num vero in bullis illis reclusa fuerint ejusmodi phylacteria et magici characteres, non constat. Videtur minimum. Apud Graecos certe jus dicturi imaginem collo suspendebant ex saphiro gemma confectam quam vocabant *veritatem*, Aelianus *lib.* XIV. *Var. histor. c.* 34. ubi Cl. Perizonius in *not.* pectorale judicis, quod jussu Dei Aharoni fecit Moses, inque eo praecipue *Urim* et *Thummim* a Graecis verti τὴν ἀλήθειαν post alios observat.

demptis, *concidisse Ephesium ferunt.* Quo loco liber meus in margine habebat has notas, AIN. SEGEN. FURALLES UNGLYCK. Caelius lib. XVI. C. XIV. refert haec verba, *Asci. Catasci. Aex. Damnameneus. Aesion. Tenebrae. lumen. Sol. ipse. verum.* * Ama-

* Videndus est de his Hesychius, qui tamen locus mire corruptus est, quemque Theod. Canterus *lib.* I. *Variar. lect. c.* 18. ex Clement. Alexandrino *lib.* V. Stromatum, ubi integer est locus, emendat; Latina exhibuit Clementis verba Andr. Schottus in *Adagial. Sacris Novi Test.* Junge Erasmum in *Adagiis p.* 305. Eustathius Homeri commentator Ephesias literas veluti notulas quasdam vocesque magicas fuisse tradit, victoriarum et bonorum successuum divinatrices. Et hinc lucem foeneratur illud M. Antonini Imperatoris de se ipso *lib.* XI. §. 23. ἐν τοῖς, ait, τῶν ἐφεσίων γράμμασι παράγγελμα ἔκειτο συνεχῶς ὑπομιμνήσκεσθαι τῶν παλαιῶν τινος τῇ ἀρετῇ χρησαμένων. hoc est, *in Ephesiorum literis erat hoc praeceptum, quod jubebat quotidie reminisci alicujus ex antiquis, qui virtutem coluissent.* Plutarchus illis tribuit daemoniacorum sanationem, Judaeorum amuleta, quod praecipue observandum, Ephesias literas vocans: οἱ Μάγοι, inquit (*lib.* VII. *Symposiac. qu.* 5. τοὺς δαιμονιζομένους κελεύουσι τὰ Ἐφέσια γράμματα πρὸς αὑτοὺς καταλέγειν, καὶ ὀνομάζειν. *Magi* (Judaeorum) *a malis geniis occupatos jubent secum legere literas Ephesias et expressa in iis nomina recitare.* Cur vero tabulas illas Judaeorum magicas Ephesias literas dixerit Plutarchus, in propatulo est, quia Ephesum urbs, ubi inventae illae literae credebantur, abundabat Judaeis. Ephesii autem primum Christianis sacris initiati libros hos omnes flammis combusserunt *Actor.* XIX. *vs.* 19. etsi eorum pretium fuerit ingens, nempe 50000 drachmis, id est, 6250 imperialibus aestimabantur. Nec miraberis tanti poenitere constitisse nugas illas, si rationem ejusmodi Kameam, ut vocatur apud Judaeos, elaborandi perceperis ex libro quodam in Bibliotheca Caesarea Vindebonensi, servato abhinc annis circiter CCC. scripto et in linguam Germanicam translato. Nimirum scripturus ante decimum scriptionis diem conclave mundum ad hoc delectum intrat neminemque

Amatorias autem notas refert D. Hieronymus cap. xvi. in Vita D. Hilarionis: Erat juvenis emporii

nemque ex eo tempore intrare finit, jejunando corporisque lotione saepius retractata, suffitum facit ex roremarino, artemisia, cannabi, foeniculo, cardamomo, coriandro, hyssopo, salvia, majorana aliisque herbis ut et mastiche, musco, ligno aloes etc. accensis, pronunciatis inter suffiendum Raphaelis, Michaelis, Cherubinorum, Seraphinorum, Metatronis aliorumque angelorum nominibus. Atramento debet uti ex vino vetere, gummi arabico, vitriolo, mastiche, croco, myrrha, musco, ambra aliisque speciebus parato. Calamum debet adhibere ante solis ortum in plenilunio, ex arundine, praemissa certa quadam precatione. Facies convertenda illi est ad Orientem, induto vestibus puris, remoto a conspectu hominum horis antemeridianis dierum Mercurii et Veneris. Quotiescunque calamum atramento imbuat, ardentissimis precibus Deus est conveniendus, literaeque nitidissime sunt pingendae. Taedet nugarum, quas tamen, antiquitatis ne quid penitus ignoretur, ex laudata Lakemacheri observatione v. §. 6. hic adscribere debui. Ceterum et *Thracias tabulas* quibus Graeci ad varii generis mala averruncanda utebantur huc pertinere nullus dubito. Meminit earum Euripides in *Alcest. vs.* 968.

Κρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκας
Ευρον οὐδέ τι φάρμακον
Θρῄσσαις ἐν σανίσι, τὰς
Ορφεία κατέγραψε
Γῆρυς.
Nihil necessitate potentius
Juvenis nec ullum pharmacum adversus hanc reperitur
Thracicis in tabulis quas Orphei conscripsit
Vox

Conditae illae credebantur ab Orpheo Thrace, quem *μαγεῦσαι δεινὸν*, *magiae peritum*, perhibent Pausanias in *Eliacis posterior. c.* 20. *pag.* 505. et Scholiastes ad *d. l. Euripidis.* Et forsan concinnatae sunt a posterioris aetatis hominibus ex scriptis Orphei, cujus magna fuit apud veteres auctoritas, et fere eadem, qualis apud Judaeos scriptis Mosis et Prophetarum.

porii Gazensis, qui virginem vehementer deperibat; is Memphim profectus, post annum magicis artibus instructus rediit, *et subter limen domus puellae, tormenta quaedam verborum et portentosas quasdam figuras sculptas in aeris Cyprii lamina defodit*, et illico amore insanivit puella. Et mox facit D. Hilarionem haec respondere daemoni, dicenti se ob vim harumce literarum non posse exire: *Grandis fortitudo tua qui licio et lamina strictus teneris.* Quo loco Rosweydus noster ex Taciti Annal. libro XI. observat hujusmodi notas plumbeis lamellis fuisse nonnumquam incisas, et ab Ammiano lib. XXVIII. hujusmodi inventa vocari *artes pravas.* *

Igitur ut ad haec omnia respondeam; dico genera-

* Confirmat haec eleganter Constantinus M. in *L. 4. C. Th. de Malefic. et Mathem.* ubi gravissime puniendos esse jubet, *qui Magicis accincti artibus, aut contra hominum moliti salutem*, AUT PUDICOS AD LIBIDINEM DEFIXISSE ANIMOS DETEGENTUR. Adde Jac. Gothofr. ad d. l. Alberic. Gentilis ad *d. tit.* et *L. 4. pag. m.* 37. et *p.* 16. et Cl. Mencke in *Comment. de Malefic. et Mathematic.* Vierius de *Praestig. daemonum lib.* III. *c.* 3. *pag.* 383. pro *animos* perperam legit *amicos*, et pro *deflexisse*, ut est in textu, *coiisse*, quam ob causam L. Rhemmiae reum declaravit illum Delrio *d. l. Sect.* 2. *p.* 366. Omnium optime vero J. Goth. *d. l. p.* 118. *defixisse* vocabulum magis rei accommodatum substituit. Frequens fuit illa veterum superstitio de amore artibus magicis conciliando, nec operosum erit exemplorum segetem a Gothofredo aliisque interpretibus praetermissam adferre, si res id exigeret. Pauca tamen praeter locum Hieronymi in vita Hilarionis Eremitae addam, ne asymbolus videar: *Μαγικαῖς*, inquit Hieronymus, *ἑαυτὸν ἐκδίδωτε τέχναις. Πέταλα χαλκȣ͂ γίνονται καὶ μορφαί τινες δαιμόνων ἐν αὐτοῖς διαγλύφονται, καὶ νήματι δεσμȣ͂νται λεπτοῖς. ἔπειτα καὶ ῥήματά τινα γοητικὰ ἐγχαράττονται, ἐρασμίȣς,*

neratim, nullam omnino vim phyſicam arcanam ineſſe literis ullis aut notis, ad aliquem hujusmodi effectum producendum, ut mecum docent omnes Patres, et ſcholaſtici Doctores, D. Thomas, Gerſon, etc. Antonius Del Rio, Tyraeus, noſtri; ipſe etiam Ulpianus I. C. Leg. 1. D. De extraord. cogn. * et Hippocrates medicus lib. De Sacro

μίους ὡς αὐτὸς ᾤετο, ποιοῦντα, κἂν πάνυ μισούμενος τὶς καὶ ἄστοργος ᾖ. καὶ ταῦτα ὑπὸ ταῖς φλιαῖς λάθρα τῆς οἰκίας κατορύονται τῆς παρθένου· αὐτίκα γοῦν δαίμων τις τῶν φιληδόνων ἐφάλλεται ταύτῃ, καὶ ἅμα ἡλίσκετο τῷ ἔρωτι τοῦ παιδός. Adde Henelium in *Otiis Wratiſlav. cap.* 21. *pag.* 160. Aliud exemplum amoris per magiam conciliati habet Xenophon *lib.* II. *Memoral. p.* 751. Apulejus de *Aſino aureo* II. *et* III. Tiraquell. *de LL. Connubial. Gloſſ.* 1. *P.* 14. *p.* 206. *n.* 4. Tholoſanus *Syntag. Jur. civ. lib.* XXIV. *c.* 12. *n.* 1. *et* 2. Immo ſi Joſepho fides *lib.* VIII. *Antiq. Judaic. c.* 2. ipſum Moſen et Salomonem magiae peritiſſimos, annulos amoris et odii confeciſſe credendum erit. Et ne a notis amatoriis evagemur, ex Paulo Girlandi JCti Caſtilionis Florentini *Tract. de Sortileg. Qu.* 3. *num.* 16. *pag.* 338. notemus; ſceleſtos illos nonnumquam cutem virgineam aut infantis aut alterius quadrupedis nondum nati, id eſt, abortivi redegiſſe in membranam, chartam virgineam ab illis dictam, illamque vel forma quadrata, vel rotunda ad formam hoſtiae verbis notisque peregrinis et incantativis conſcriptam, ad turpem amorem conciliandum adhibuiſſe. Immo alii non erubuerunt hoſtia vel conſecrata vel nondum ſacrata, notis amatoriis literisque ſanguineis circumſcripta, ad impium hoc facinus perpetrandum abuti. vide Girlandum d. l. ibique plura exempla. Abominabilis haec ſuperſtitio, quam ſit ridicula, potuiſſet eos Seneca docere *Ep.* 9. *Monſtrabo Tibi amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine ullius venefica carmine. Si vis amari, ama.* Locus Taciti eſt, Annal. *d. lib. c.* et Ammian. *d. l. pag. m.* 391.

* Verba Ulpiani in *d. L.* 1. § 3. haec ſunt: *Non tamen* (Me-

Sacro morbo, Galenus lib. VI. et X. Simplic. medicam. Langius. Valesius, Fernelius, Ferrerius, Petrus Gregor. Tolosanus, Scaliger, etc.

Talis autem est ratiocinatio Antonio Del Rio, lib. I. Disquis. Magic. cap. IV. qu. III. qua sententiam illam confirmat: Notae, literae, verba, nullam habent vim, neque artificialem, neque naturalem, neque supernaturalem ad huiusmodi effectus; igitur, etc. De artificiali nemo dixerit, aut etiam de supernaturali; non enim Deus, aut boni Angeli ad praestigias operam suam locant. Naturalis nulla vis esse potest; quia verba scripta et notae sunt quid mortuum, et expers omnis energiae, nisi forte a charta aut atramento vim hauriant, etc. Igitur notae, literae, verba, nihil faciunt ad morborum averruncationem, amoris excitationem, vulnerum defensionem, etc. Atque ob huiusmodi rationes damnantur haecce περιάμματα characteribus magicis insignita a divo Basilio homilia in Psalm. XLV. et merito phylacteria haec vocantur ab Isidoro *Ligaturae execrabilium remediorum*. Imo irrisa fuere olim ab ipso Luciano

(Medicus est) *si incantavit, si imprecatus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar) exorcitavit: non sunt ista medicinae genera, tametsi sint, qui hos sibi profuisse cum praedicatione adfirment.* Pulchre vindicavit hanc legem Gv. Fornerius *lib.* III. *Select. c.* 25, contra Alciatum *lib.* III. *Parerg. c.* in *posterum* pro *impostorum* legentem quod putaret Ulpianum hic adlusisse ad Christianos, et impostores eos vocasse exorcistas. Nebulones enim hic intelligit falso sibi nomen medici adrogantes, nec ab ordine, ut ait Fornerius probatos, dummodo fuerit ordo Medicorum tempore Ulpiani, quod pace Fornerii vix verosimile videtur, cum

ciano in Dialogo De moribus Philoſophorum. Adeoque

cum quilibet ſervus Medicinam tunc temporis potuerit exercere. Suppreſſo nomine Alciatum ſequitur D. Gothofredus in *not. ad d. l.* Adludit autem ad hunc morem Plinius *lib.* XXVIII. *c.* 2. an in medendo vis aliqua ſit verborum diſputans: *M. Servius Nonianus*, inquit, *in metu lippitudinis, priusquam eum nominaret, aliusve ei praediceret, duabus literis graecis. P. A. chartam inſcriptam circumligatam ſubnectebat collo. Mutianus ter conſul eadem obſervatione viventem muſcam linteolo albo: his remediis carere ipſos lippitudine praedicantes. Carmina quaedam extant contra grandines contraque morborum genera, contra ambuſta, quaedam etiam in partus: ſed in prodendo obſtat ingens verecundia.* Eo refert Fornerius elegantem inſcriptionem

D. M.
VALERIUS. QUI. VIXIT. IN SECULO
AN. XL M. X. D. V.
INNUARIUS EXORCISTA
SIBI ET CONJUGI FECIT.

Huc etiam referenda L. IV. C. Theod. de *Malefic. et Mathemat. Nullis vero criminationibus implicanda ſunt remedia humanis quaeſita corporibus* etc. ubi vide Jac. Gothofr. et quae uberius ad illuſtrationem poſterioris d. l. membri ex Graecis et Latinis adtulit Nicolaus Henelius in *Otiis Vratislavienſ. c.* 31. Brevitatis cauſa notemus tantum illud Q. Sereni Samnionici Junioris Gordiani Praeceptoris, de Medicina *c.* 52. *pag. edit. Burman.* 364. ubi ad ſanandum hemitritaeum chartam lino includere jubet, cui inſcriptum ſit abracadabra, inde eam de collo ſuſpendere et quot diebus ordine retrogrado literam demere.

Inſcribis chartae, quod dicitur abracadabra,
Saepius et ſutes repetes, ſed detrahe ſummam,
Et magis atque magis deſint elementa figuris
Singula, quae ſemper rapies et caetera figes,
Donec in anguſtum redigatur litera conum.

Figuram illius remedii vide apud interpretes. Interim quod mireris, Juſtinianus inconſulto nec Ulpiani allegatam legem reputans, retinuit deformem hanc Chriſtianis conſtitutionem, forſan quod commoda inde enaſcerentur aegrotis multa;

deoque Antoninus Caracalla, auctore Spartiano, gravissimis suppliciis eorum superstitionem compescere decreuit.

Quanquam περίαπτα seu amuleta illa quae Catholicae Ecclesiae consensione probantur, notis aut literis insignita, vim suam habent, non naturalem illam ex numero figurarum, aut lineis ipsis, aut re quapiam simili; sed supernaturalem ex ope divina. Talia autem sunt Evangelium D. Joannis, Davidis Psalmi, sententiae aliquae sacrae Scripturae, Agni cerei inscripti: quorum effectus supernaturales sunt, Deoque assignandi, si quando eveniunt. Quicumque autem effectus producitur usu aliarum chartularum, daemonis paciscentis artificio existit. Ita patuit in virgine illa Gazensi, quae non vi philtri, sed machinatione daemonis, philtro tantum pro signo utentis, ἐρωτοληψία correpta est; neque aliter de aliis omnibus existimandum est. Quod vero attinet ad divinationem, quae ex nominum literis aut notis numerorum capi solet; ea quia nullo Dei aut Scripturae sanctae promisso nititur, quia semper incerta, quia plerumque fallax, quia semper daemoni locum aliquem tribuere videtur, anathema-

 tis

multa; ut fabulabatur antiquitas, quam merito corpore suo eliminavit Basilicorum auctor, vide Cujac. *lib.* XXVII. *Obs.* c. 17. et Leo Imperator in *Nov.* LXV. *Atqui nos istiusmodi incantationes perniciosas esse persuasum habemus, et ut boni quidquam inde manare credamus, induci non possumus. Itaque si quis aliquo modo incantamentis usus esse deprehensus fuerit, sive id restituendae conservandaeque valetudinis, sive avertendae a rebus frugiferis calamitatis causa fecerit, is apostatarum poenam subiens supremum supplicium sustineto.*

ris poena prohibita est, cap. Sortes. xxvi. qu. v.*
Alioqui licet subinde exquirere rerum nomina notis involuta †: verbi gratia, Antichristi nomen

* Immo quidam eorum effectus Deo sunt abominabiles v. gr. illiciti amores, caedes, latrocinia, & passim in scriptura damnati, vide G. J. Vossium de *Idololatr. lib.* 1. *c.* 8. Neque juvat ad experientiam provocasse, cum Deus saepe ad incredulitatem hominum puniendam ejusmodi quid indulgeat, aliaeve plerumque causae, vel medicina morbo laborantes in integrum restituat.

† Sic ipsum venerabile crucis signum nefandam superstitionis materiam veteribus praebebat. Alii figura crucis abutebantur ad miracula perficienda, Mart. del Rio *lib.* v. *Disqv. mag. Sect.* 16. Alii indusiis vestimentisque signum illud intexebant, a tormentis bellicis ut inmunes redderentur, quod vulgo dicunt apud nostrates ein nothhembd / de quo vide Schottelium de *Singular. et antiquo in Germ. Jur. c.* xiv. §. 8. Wierium *lib* iv. *de Praestig. daemon. c.* 15. Ipsi fures et latrones ne sentirent tormenta, hoc signo crucis una cum Evangeliis abutebantur olim, Link de *Sortil. sanct. prooem. n* 10. et Jacob. Wolf. in *Scrutinio Amul. c.* iv. *Sect.* 1. *p.* 542. *seqv.* Et elegans exemplum est apud Carpzovium in *Pr. Crim. p.* 1. *qu.* 5. *in fin. n.* 28. Alii pro medicina illo utebantur, qua de re olim jam questus fuit Hieronymus ad *Matth. c.* 23. *Hoc apud nos superstitiosae mulierculae in parvulis Evangeliis et crucis signo, et istiusmodi rebus, quae habent quidem Zelum Dei, sed non juxta scientiam usque hodie factitant*, vide Strauch. in *Amoenit. Jur. Canon. Semestr.* 11. *ecl.* 6. *c.* 13. Immo hoc signo juvante olim et ipsos Reges Angliae, Galliae, Hispaniae strumas sanandi facultatem habere credebat secta priorum temporum, Limnaeus de *Jure publico tom.* 1. *Addit. lib.* v. *c.* 2. *n.* 9. Becman. in *Notit. dign. illustr. disp.* v. *c.* 2. §. 4. Immo eo processit stolida superstitio ut Lud. Maimburgius Gregorium VIII. Pontificem inpense laudare haud dubitet, quod Regibus et Principibus ejusmodi signa, phylacteria et Evangelia Joannis collo adpendenda miserit, in *Histoire du Pontificat. de S. Gregoire le Grand lib.* 1. Et ejusmodi Periapton a Leone

men quod Apoſtolus in Apocalypſi his ſiglis numerorum texit, DCLXVI. quodque nonnulli ſe fuiſſe aſſecutos putarunt, texendo nomen ex literis eosdem ſimul numeros continentibus, quale eſt, DICLVX. quod legere me memini in gloſſario quodam manuſcripto Heriberti noſtri Roſweydi. Et multa ſane de illo nomine curioſe ſcribunt Ribera noſter in Apocalypſ. Pater Alcaçar; Sanderus de Antichriſto, Feuardent, et Raimundus item de Antichriſto: nec id male faciunt. At credere magna quaedam myſteria ac vim ſingulis ineſſe numeris, ut Pythagoraei et Cabbaliſtae tradiderunt, nae inſignis inſania eſt, helleboro purganda; de qua erudite multa obſervarunt Petr. Gregorius Toloſanus lib. XV. Artis Mirabil. cap. X. Cornelius Agrippa lib. II. De occulta philoſoph. cap. III. et X. Galatin. lib. III. contra Judaeos cap. IX. Philoſtratus De Vita Apollonii cap IX. lib. III. et Caelius Rhodigin. lib. XXII. cap. VI.

Denique non damnaverim erroris eos, qui pia quadam conſuetudinis ſimplicitate, libri alicujus

Leone Papa Carolo Regi miſſum, mirabilemque effectum illi fuiſſe adſcriptum, recenſet Hotting. *Tom.* V. *Hiſt. eccl. p.* 653 Alia de uſu crucis ad ſuperſtitionem vide apud Loccenium in *Antiq. Sueo-Gothic. lib.* I. *c.* V. *p.* 32. In omnibus viis, ſepulchris, domibus, inſtrumentis et neſcio quibus viliſſimis ſignis ad averruncanda mala, artesque magicas venerabili hoc abutebantur ſigno veteres, adeo ut Imperator Juſtinianus ſingulari lege caverit, *ſignum Salvatoris Chriſti nemini licere, vel in ſolio vel in ſilice vel in marmoribus humi poſitis inſculpere vel pingere; ſed quodcunque reperitur tolli, graviſſima poena multando eo, qui contrarium ſtatutis noſtris tentaverit, ſpecialiter imperamus.* L. *unic.* C. *Nem. lic. ſign. Salv.*

ſacri pagellam aliquam fortuito arreptam legunt, vel dogmatis vel ſolatii alicujus capiendi cauſſa. Quod divo Aurelio Auguſtino ſedenti et de vitae mutatione cogitanti uſu venit, ut divinitus ſibi dictum arbitraretur, quod prima fronte in Paulinis Epiſtolis ſibi offerebatur. Et multos dicere frequenter audivi ſolitos ſe ex libello Thomae a Kempis ſic quaerere in moerore conſolationem, neque fere umquam falli. Sane Pater Joannes David e Societate noſtra vir liberaliſſimi ingenii et acuti, Veridico ſuo Chriſtiano extremo rotulam adjecit variis numeris illuſam, alteri folio feneſtrato ſuppactam; cujus circumvolutione, novi ſemper et novi numeri apparent, novarum, ſed incertarum ſententiarum (quibus totus liber refertus eſt) indices; ut quae cuique ſententia ſorte ceciderit, eam ſibi dictam eſſe inſpiratamque exiſtimet. Sed futura velle conjicere ex verſiculis ita fortuna oblatis, ut facere Heraclius Imperator apud Cedrenum, Andronicus apud Gregoram lib. VIII. damnata ſuperſtitio eſt, cap. Aliquanti, et cap. Si quis Clericos. XXVI. qu. V.

CAPUT XXX.

De vi obligandi quam habent literae.

INITIO capitis ſuperioris dixi literas moralem quamdam habere vim obligandi. Auctor mihi eſt Juſtinianus lib. III. Inſtit. tit. XIV. De obligationibus: *Obligationum ex contractu, quatuor ſunt ſpecies: aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis,*

literis, *aut consensu*. Dixi autem esse moralem vim. Ita enim scribit Paulus Jureconf. L. XXXVIII. D. De obligat. et action. *Non figura literarum*, *sed oratione*, *quam exprimunt*, *obligamur*; *quatenus placuit*, *non minus valere quod scriptura quam quod vocibus lingua figuratis significaretur*. Ubi clarissime ostendit, omnem illam vim ex placito esse hominum. Recte autem addit, non minus valere scripturae fidem quam vocis, quia Leg. XV. Tit. XXI. Cod. lib. IV. sanxit Constantinus Imperator, *quod eamdem vim obtinent tam fides instrumentorum quam depositiones testium*. Imo lib. VIII. Cod. Tit. XXXIX. Lege XIV. *Melius quidem si per scripturam*. *

X 3 Porro

* Ut JCtum me hic geram, elegans sed concinna nimis tractatio Auctoris, de vi literarum obligandi exigit. Scripturam non esse de essentia contractus vidit jam Grotius *lib.* II. *de Jur. B. et Pac c.* 16. §. 30. Alia itaque est vis literarum probandi, cum nimirum in memoriam rei gestae adhibeatur, qua de re vide Fornerium *lib.* II. *Rer. quotid. c.* 7. Alia iterum scripturae vis est obligandi, vide Aleandr. ad *Cajum lib.* II. *Inst. tit.* 9. §. 13. de qua hic nobis erit sermo. Negant alii non esse contractum literarum, ad titulum C. de Fide instrumentorum illum ablegantes, Galvanus de *Usufr. c.* 17. *p.* 192. Heraldus I. *Juris Attici c.* 12. Donellus in *Commentar. de Jur. civil.* XIV. *c.* 39. At falluntur: ipse enim Justinianus in §. *ult. Inst. de Oblig.* illum memoravit et singularem titulum de literarum obligatione in Institutionibus confecit. Nec est quod Jac. Gothofredus miretur Justinianum omisisse in Codice suo titulum Theodosiani Codicis, *Si certum pet. de chirographis*; mutavit enim legem de praescriptione Chirographorum in *L.* 17. *C. Si cert. pet.* et *L.* 14. *C. de Non numerata pecunia*, vix ergo opus ei videbatur addere τὸ *chirographis*. Valuisse autem literarum obligationem ab ipsis reipublicae cunabulis nullus dubito, etsi forsan propter rariorem scribendi materiam, rarius ad ferrum, plumbum etc. quibus tunc tempo-

Porro haec obligatio quae ex literis oritur non
est

temporis contractus debebant inscribi, recucurrerint. *Sane olim*, inquit Balduin. ad *tit. Inst. de Literar. oblig. apud Athenienses constat licuisse simpliciter jus dici ex privata syngrapha, nec temere potuisse debitorem rejicere propriam manum.* Testatur id Demosthenes in *Orat. κατὰ Διονυσιοδ. in princ.* Dionysidorum enim ex syngrapha et chirographo persequitur. Et lege Gabinia cautum fuisse testatur Cicero v. *Epist. ad Attic. ult. et* VI. *ep.* 2. ne ex syngrapha obligatio producatur cum Provincialibus, certissimo argumento, valuisse in urbe Roma contractus literales. In codice vero Theodosiano, ut modo monui, sigillatim *tit.* 27. *libri* II. inscriptus est titulus, de *chirographis*. Omnium clarissime Gellius XIV. *c.* 2. mutuum quomodo probetur et contrahatur, examinans, hunc modum literalis contractus exigit 1 expensilationem 2. rationes mensae 3. exhibitionem chirographi, 4. tabulas signatas et subscriptas. Expensilatio seu *expensum ferre, est scribere te pecuniam dedisse* ait Asconius Paedianus in *Verr. de Praet. urb. p.* 97. vide Salmasium de *Modo usurar. c.* 14. Dicebantur libri illi *calendaria* et *iduaria* in quae usurae idibus solvendae referebantur, sed de his infra dicendi erit locus. Ex calendariis his privatis actionem fuisse datam praeter Heraldum *lib.* I. *ad Jus Attic. c.* 9. negabit nemo, et huic jam satisfecit De Passeribus de *Scriptura privata lib.* IV. *qu.* I. ubi de libris mercatorum. Satis etiam erat fidei calendariorum prospectum per curatores calendariorum, seu scribas publicos, qui calendaria curabant, de quibus iterum latius infra. Item per pararios, a parandis et conciliandis creditoribus dictos, vel si mavis Proxenetis comparandos, vide L. 2. *D. de Proxen.* et Brisson. de Formul. *lib.* VI. *pag.* 538. Haec obligatio dicebatur proprie *nominibus* fieri, cum creditor nomen debitoris in tabulas accepti et expensi referret Hinc et debita et ipsi debitores passim *nomina* dicuntur *L.* I. *D. ad SCt. Maced.* L. 26. §. 2. *Mandati* Cujac. x. *Obs. c.* 14. et 4. Raevard III. *Var. c.* 3. Inde formulae: *in nomine tuo sum*, id est, in aere tuo *L.* I. *D. de Ann. legat.* Speciatim vox *nomen* de calendario illo accipitur in *L.* 34. §. I. *D. de Leg.* 3. *L.* 64. *eod.* et apud Ciceron. pro *Roscio Comoedo*. Notandum interim quod sub *nomine* tam *calen-*

eſt naturalis, ſed civilis, ut Modeſtinus in L. Ob-

calendarium, ſeu privata ſcriptura in libro accepti et expenſi, quam menſae *ſcriptura*, ſeu publica ſcriptura ab argentario, nomen creditoris et debitoris in rationes ſuas referente, facta, de qua mox plura, ſint intelligenda. Et hac in re duumviri Cl. Salmaſius et Heraldus errarunt, prior de *Modo uſurar. c.* 10. *p.* 423. et ad *Jus Attic.* I. *p.* 145. Tribunianum in *Inſt. de lit. obl.* per verba: quae *hodie non ſunt in uſu*, domeſtica calendaria deſuetudine ſublata eſſe, innuere tradens; alter in *Animad. obſ.* Salmaſ. ad *Jus Attic.* I. *c.* XI. *p.* 57. ſub *nominibus* ſolam *ſcripturae menſam* intelligens. Domeſtici calendarii vero fidem abrogavit primum Philippus Imp. in *L.* 5. *C. de Probat. inſtrumenta* (calendaria) *domeſtica, ſive privata adnotatio* (expenſilatio) *ad probationem non ſufficiunt.* Poſtea idem cavit Gallienus in *L,* 7. *Cod. eod. Exemplo,* dicens, *pernicioſum eſt, ut ſcripturae credatur, qua unusquisque* (privatorum) *ſibi adnotatione propria debitorem conſtituit.* Ita tamen ut nihilominus maneret illis creditoribus, qui menſae dediſſent, actio ex calendario, cum alias non potuiſſent probare, ſe illis dediſſe. Excipiebant itaque calendaria privata *rationes menſae*, ſeu publica calendaria, quae plenam fidem habebant, et ab argentariis ſeu menſariis, menſae continuo aſſidentibus, in foro apud Romanos Vitruvius v. *c.* I, Conſtantinopoli in porticu, ubi et *vici* argentariorum Freſnius II. *Conſt. Chriſt. c,* 3. *p.* 3. confectae. Horum munus erat publicum *L.* 10. *D. de Edend.* et conſtituebant corpus et collegium *Nov.* 136. *pr.* Officium eorum verſabatur in cuſtodienda pecunia fenerationi danda *L.* 7. §. 2. *D. Depoſ. L. ult. D. de Obl. et act.* Permutabant pecuniam *L.* 77. §. 16. *D. de Legat.* II. ſuamque vel alienam pecuniam ſub lege uſurarum credebant *Nov.* 136. *c.* I. 5. Pudore enim ducti Romani nolebant amplius ipſi fenus exercere, hinc abrogatis calendariis vicaria fungebantur opera nummulariorum et trapezitarum, quibus dabant nummos fenori elocandos. Porro bonam monetam ab adulterina diſtinguebant, ſejungebant, *L.* 39. *D. de Solut.* Res alienas pro mercede emebant vendebant *L.* 88. *D. de Solut.* Et quod primario huc ſpectat, inſtrumenta contractuum

ligamur, L I. versu penult. De action. P. et §. I. De

et ratiocinia pro aliis conficiebant, vel adprobabant suaque manu subscribebant, *Nov.* 136. *c.* 5. Adde Bisciolam in *Variis lection. Tom.* 1. *lib.* 19. *c.* 2. Denique et actionem *nominum* ex mensae rationibus seu *nominibus* habebant contra debitores, et illa erat instar stipulationis *L* 9. *D. de Pact. L.* 9 *et* 10. *D. de Edendo.* Justinianus quidem collegia argentariorum instauravit Constantinopoli, verum longe diverso modo: nam eorum scripturae non obligabant debitores, nisi hi manu sua illas subscripsissent, et scripturam argentarii quasi confirmassent. Sed ad tertiam scripturae obligatoriae speciem, ductu Gelliano properemus, nempe ad chirographum, quod in sensu Juris est scriptura privata subscriptione vel signo debitoris confirmata, expressa summa debita ejusque confessione, tempore solutionis et usurarum definito. Ceterum chirographa etiam *cautiones* dicuntur in Jure nostro *L.* 17. §. 3. *D. Commodati*, Isidorus *lib.* IV. *c.* 24. Brisson. *lib.* VI. *p.* 535. Salmas. de *Mod. usur. c.* 10. *p.* 403. Dato chirographo sub spe numerationis, debitor nondum acceptis nummis, gaudebat exceptione non numeratae pecuniae, de qua fuse Doctores ad *tit. Inst. de Liter. oblig. et D. de Reb. cred.* Missa itaque hac, utpote ab instituto nostro aliena, ad *obsignationem tabulae*, quae est ultima scripturae species a Gellio memorata, nos convertamus. Intelligit sine dubio Gellius *scripturam subscriptam*, et a testibus signatam, quam Graeci vocabant *Syngrapham*, probante Salmasio *d. l. c.* 10. 11. 14. adde Herald. ad *Obs. Salmas. lib.* II. *c.* 2. Differunt autem hae a chirographo, quod hoc sine subscriptione et manu debitoris tantum fieret, syngraphae vero a testibus solis scriptae subscriptae et signatae fuerint. Non itaque subscribebant creditor et debitor tabulas, sed perfecta scriptura duo exempla illis tradebantur, ut de fide constaret. Justinianus haec conjunxit noluitque chirographis tribuere fidem in majori summa, in *L.* 17. *C. Si certum petat.* constituens, ut a partibus ipsis et testibus subscriberetur: *super chirographariis instrumentis haec, pro communi utilitate, sancienda; ut si quis pecunias credere supra L. libras auri voluerit; testimonium trium testium subscriptiones cupiat.* Et in *auth.* subjecta ex *Nov.*

De liter. oblig. habet enim ſcriptura vim obligandi tantum ex Lege civili, aut ſummum ex Jure gentium. Et optandum quidem eſſet cum Seneca lib. III. De Benef. *Utinam nulla ſtipulatio emptorem venditori obligaret, ne pacta conventaque ſignis impreſſis cuſtodirentur; fides potius illa ſervaret, et aequum colens animus,* etc. *adhibentur ab utraque parte teſtes: ille per tabulas plurium nomina interpoſitis parariis facit, ille non eſt interrogatione contentus, niſi rem manu ſua tenuit. O turpem humani generis et fraudis ac nequitiae publicae confeſſionem!* ſed ex quo coepit eſſe,

Nusquam tuta fides,

et promiſſiones ac pacta paſſim perfidia eludi, coepit illud Cicer. lib. I. epiſt. XIV. ad Atticum eſſe veriſſimum: *Nervos atque artus eſſe ſapientiae, non temere credere.* Optimum vero Epicharmi conſilium: Νῆφε καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν: *Sobrius eſto, et memento nulli fidere*.*

X 5 Quia

Nov. 73. *c.* 8. additur: *ſed Jure novo quinque teſtes adhibendi, ſi fiat contractus ab inperito literarum.* Nihil etiam cum Salmaſio de *Mod. uſur. c.* 10. *p.* 428. in *d. l.* 17. *C. Si cert. pet.* pro *quinquaginta* ſubſtituente *quinque* ut *d. Nov.* 73. *c.* 9. ubi *unius librae* fit mentio, reſpondeat, mutandum eſſe cenſeo, Baſilicis *lib.* XIII. *n.* 61. *p.* 325. et Graeco interprete Theodoro, nobis ſuffragantibus.

* Cave praeter literarum obligationem hactenus explicatam, alias ex literis obligationes haud dari exiſtimes. Etiam per epiſtolam literarum obligatio contrahitur, cujus elegans exemplum eſt in *L.* 24. *D. de Conſtit. pecun.* ubi ſe Titius Sejo per epiſtolam ita obligat: *remanſerunt apud me quinquaginta ex credito tuo, ex contractu pupillorum meorum, quos tibi reddere debebo Idibus Majis probos.*

Quod

Quia vero tam ſtricta ex ſcripto naſcitur obligatio †, non niſi praeſenti prudentique animo ad ſyngra-

Quod ſi ad diem ſupraſcriptum non dedero, tunc dare debebo uſuras tot. Et hoc plenius demonſtrat Labeo in *L.* 2. *D. de Pactis Convenire poſſe*, dicens, *vel re vel per epiſtolam, vel per nuncium inter abſentes quoque poſſe, ſed etiam tacito conſenſu.* Et depoſitum fieri poſſe ex literis, ſeu inter abſentes per epiſtolam diſcimus ex *L.* 26. §. 1. *et* 2. L. 28. *D. Depoſiti*, quo merito etiam refert *L.* 24. *D. eod.* A. Faber in *Rational. ad L.* 186. *D. de Verb. Sign.* Sic donatio per epiſtolam poteſt fieri *L.* 5. *C. de Donat. L.* 3. §. 1. *D. de Adim. vel transfer. leg.* Sponſalia coram vel per epiſtolam vel per internuncium fieri poſſe docet Ulpianus in *L.* 18. *D. de Sponſal.* Et literae revera firmiorem reddunt contractum inter abſentes quam verba inter praeſentes, Oiſel. ad Cajum II. *Inſtit. tit.* 9. §. 13. Alia exempla paſſim in legibus occurrunt, vide *L.* 47. §. 1. *L.* 52. *D. de Pact. L.* 34. 59. §. 5. *et L. ult.* §. 1. *D. Mandati. L.* 57. *D. de Donat. int. Vir. et uxor. L.* 61. *D. de Oblig. et Act.* quibus adde Lynkerum in *Diſſert. de Liter. obligat.* Huber. 1. *Digreſſ. c.* 11. et Lauterbachius in *ſingulari Diſſert. de Jure epiſtolarum tom.* II. *Diſput.* 78.

* Hinc in Jure noſtro vocatur *κατ' ἐξοχὴν literarum obligatio*; Inſcriptio *tit. Inſtit. de literar. oblig. Obligatio literis contracta* §. 1. *Inſtit. de Fidejuſſor. Contractus ex literis* §. *ult. Inſt. de Obligat.* Cicero IV. ad *Attic. epiſt. ult.* Ab hac differt omnino obligatio ex literis, cujus fit mentio in *l.* 38. *D. de Obl. et act.* ſupra ab Auctore noſtro adlata, ex qua luculenter adparet, non intelligere Paulum illam, quam Juſtinianus recenſuit in §. *unic. Inſt. de liter. obl.* ſed omnem obligationem, quae ſcriptura quacumque ratione fieret, et de qua in nota praecedenti fuſius egi, vide Salmaſium de *Uſur. c.* 6. Et falluntur mirum in modum qui varia ſua lectione Paulo noſtro neſcio quid ſiniſtri adfingunt, quos inter Hotmannus VI. *Obſ.* 19. pro *oratione* legens *ratione*, quaſi non ex ſcriptura ſed propter rationem, hoc eſt, cauſam ob quam ſcriptura facta eſt, obligatio oriretur. Benignior eſt explicatio Accurſii et cum eo Fornerii IV.

ſyngraphas, cautiones et fiducias ſcribendas accedendum eſt: *Si quis enim debere ſe ſcripſerit, quod ſibi numeratum non eſt*, inquit Imperator libro III. Inſtitut. Tit. XXII. De literarum obligat. *is de pecunia minime numerata, poſt multum temporis, exceptionem opponere non poterit* *. Atque adeo memo-

IV. *Rer. quot. c.* 37. et Lynkeri in *d. Diſſert.* vocem *quatenus* in *d. l.* pro *quia* accipientium, quaſi dixerit Paulus, non minorem habere vim *literas* quam *voces figuratas* Sed omnium optime *d. l.* 38. explicavit Donellus in *Comment. de Jur. civili.* lib. XIV. *c.* 9. et Hilliger in *Donello enucleato* XIV. *c.* 37.

* Exceptio haec pecuniae non numeratae, quae a debitore opponebatur creditori, cui ſpe futurae numerationis chirographum dederat, a Juſtiniano et Graecis interpretibus dicitur ἀναργυρία, Salmaſius de *Modo uſurar. c.* 11. Eſt autem duplex, alia creditoris, alia debitoris. Creditori ſpe futurae ſolutionis apocham danti competit condictio et replicatio non ſolutae pecuniae intra 30 dies *L.* 14. §. 2. *C. de Non num. pecun.* Hic breviſſimus temporis tractus ideo indulgetur creditoribus, quod non tam facile apochas credantur dare debitoribus, quam hi ob ſpem numerationis chirographa. Exceptio vero debitori competens intra certum tempus opponenda erat, et pro ſtatu reipublicae longius breviusve temporis ſpatium exigebat. Praetor dabat initio exceptionem perpetuam *L.* 2. §. 3. *D. de Dol. mal. et met. except.* Coarctatum illud deinceps fuiſſe et definitum patet ex reſcripto Alexandri in *L.* 8. *C. de Non num. pec.* Et ſi, conjecturae ſit locus, annale fuit tempus, quia Aurelius illud in quinquennium produxit, ut patet ex fragmento Cod. Hermogen. *tit. de Cauta et non num. pecun.* vide Schulting. d. l. Juſtinianus tandem illud quinquennium ad biennium reſtrinxit, ne creditores diutius nummis defraudarentur, et ne illuderent illis debitores, ſecundum illud Juvenal. *Satyr.* XIII. *vs.* 137. et *Satyr. ult. vs.* 14.

Vana

memorabile exemplum eſt, quo Pulcheria Augusta, prudentiſſima femina, fratrem ſuum Theodoſium Imp. Juniorem ab incauta imprudentique ſyngraphorum ſubſcribendorum conſuetudine deterruit, ut de ea refert Socrates lib. VII. cap. XXII. Theodoretus lib. V. cap. XXXVI. et Nicephorus Calliſtus lib. XIV. Hiſtor. Eccleſ. cap. XXIII. his verbis: *Theodoſius quod natura apertus et ſimplex eſſet, et omnibus benigne facere cuperet, ſaepe etiam literis quibus minime oportuit, ſententia earum non perſpecta, ſubſcripſit. Quae vero ei divinitus quaſi fidelis cuſtos data erat in rebus omnibus magnifica, moderata et ſapiens Pulcheria Auguſta, id ipſum quoque morem abſurdum coarguens, correxit. Syngrapham enim inter eum et ſe venditae conjugis ejus raptim compoſitam ei propoſuit, eamque ille ſcripturae vim neſciens, confeſtim manus ſuae annotatione confirmavit. Poſtridie ejus diei Imperator conjugem ad ſe vocavit, quam Pulcheria ſe ei redditurum plurimum negavit, emptionis libellum ut teſtem (qui accuſari aut rejici non poſſet) praetendens. Tanta illa prudentia ac feſtivitate fuit. Atque illa negligentiam ejus arte quadam arguens, moderatione mira*

Vana ſupervacui dicunt chirographi ligni.

Cujac. *lib.* 11. *Obſ.* 14. occaſionem hujus biennii forſan dederunt antiqua uſucapionis tempora, anno rem inmobilem uſucapienti tribuentia, ut eſſent rerum patrimonia certa: quotannis enim bonus paterfamilias in rationes rei ſuae familiaris inquirit. Sufficere itaque videbatur terminus biennii, quem ſi excederet pro negligente ſine dubio habendus erat *L.* 25. *D. de Probat.* Reliqua a ſcopo noſtro aliena, dabunt JCti ad *tit. Inſt. de Liter. Obl.* et ſupra allegati.

mira improvidam literarum ſubſcriptionem ſic in eo emendavit *.

Hinc etiam e contrario tanta eſt Legum ſeveritas, in eos qui aliorum ſcripturam cum fraude imitantur, ut apud Aegyptios ambae iis manus amputentur, teſte Diodoro Siculo lib. I. Bibliothec. cap. VI. Quod et feciſſe Claudium ſcribit Sue-

* Majorem tamen fidem in ſcriptura quam in verbis repoſuerunt gentes moratiores, cum ſpatium deliberandi habeant contrahentes, et nemo tam facile ad obligationem literalem properet, quam ad verbalem dicis cauſa ſaepe prolatam. De Graecorum contractibus literalibus vidimus *pag.* 331 ex Demoſthene, ex quo ſyngraphae exemplum deſcripſit Samuel Petitus ad *Leges Attic. pag.* 406. Daniſtae non dabant mutuo pecuniam niſi ἐπὶ ἐνεχύρῳ vel coram teſtibus vel ſcriptis tabulis. Apud Gallos ex Conſtitutione Molinaea, ut ajunt, contractus omnes qui ſummam C. librarum excedunt, ſcriptis literis celebrari debent, Ranchinus II. *Variar. lect. c.* 2. et Cujacius in *Paratit. ad Cod. tit. Depoſiti pag.* 67. Et Fredericus II. per Siciliam conſtituit, ut omnis numeratio vel per teſtes vel chirographo teſtibus, notario et judice ſubſcripto probari deberet, Grotius in Florib. *Sparſ. ad tit. de Liter. Oblig.* Apud Germanos celebratiſſimus eſt contractus libellarius, quo ſcriptura interveniente, res in alium transfertur venditionis Jure *Nov.* 7. *pr.* §. I. Struv. in *Jur. feud. c.* 2. *th.* 10. *n.* 4. Dubitat tamen Stryckius in *Uſu mod. ad tit. Locati cond.* §. 40. num jus colonarium pro contractu libellario recte venditent DD. Adde Ampl. a Ludewig. in *Jure clientel. Germ. Sect.* II. *c.* 2. §. 4. *p.* 135. Et ipſo jure communi dubium eſt, num emphyteuticus contractus debeat eſſe literalis, cum ex *L.* I. *C. de Jure emphyt.* videatur omnino ſcriptura in emphyteuſi requiri, vide Franc. Contium *lib.* VII. *Com. Jur. c.* 12. In nonnullis vero Germaniae provinciis ad ambiguitatem tollendam abſolute in emphyteuſi ſcriptura requiritur, ut ex Jure Boico *tit.* 21. *art.* 14. et JCtis Boicis adparet.

Suetonius *; *Proclamante quodam, praecidendas falsa-*

* *Cap.* 15. ibi tamen ut argumentum ſtultitiae Claudianae refertur, quaſi qui proclamante aliquo praecidendas eſſe falſario, quod forſan crimen nondum probaverat, manus, ad novam illam poenam proclivis fuerit. Num vero haec ordinaria fuerit librariorum falſariorum poena, altior quaeſtio eſt. Sic tamen Auctor noſter ex hoc Suetonii et Lampridii loco in *Alex. Severo c.* 28. concludere videtur, et recte. Proclamans enim, ordinariam poenam falſariorum videtur adlegaſſe; quam et apud Aegyptios in uſu fuiſſe probat Nicolai de *Synedr. Aegypt. pag.* 157. 158. 171. Cujac. VII. *Obſ. c.* 13. Sic et libros haereticos deſcribentes amputatione manuum puniuntur per *Nov.* XL. *c.* 1. *et* 2. adde Gretſerum de *More et jure proh. libros malos pag.* 66. *ſequ.* Variaſſe tamen Imperatores hoc circa poenae genus exemplo patebit Domitiani, qui librarium propter hiſtoriam Hermogenis Tarſenſis deſcriptam cruci adfixit, Sueton. in *Domitiano c.* 10. Opus autem fuiſſe ſevera in ſcribas poena, infinitae, quibus lucri avida haec natio inhiabat, fraudes exigebant. Etenim ſi vel deteſtandum eorum morem reputes, nomina Auctorum mutandi et laude ſua librorum auctores defraudandi, mentita manu alterius nomen operibus praefigendo, qua de re conſule Barthium. *lib.* VI. *Adverſar. c.* 10. molle et clemens videbitur hoc poenae genus. Integra ſaepe grammaticorum familia ſuppreſſa nomina vix reſtituere valebat, magnoque pretio fraude ſuppreſſos libros redimere cogebatur, Sueton. de *Illuſtrib. Grammat. c.* VIII. *Orbilius libros ſuppreſſos* (opuſculum ſcil. annalium elenchorum Pompilii Andronici) *redemiſſe ſe dixit, vulgandosque curaſſe nomine auctoris.* Immo ipſis Grammaticis ſaepe adjutores erant in furandis et ſupprimendis auctorum poſthumis: nam nec ipſe Servius librum ſoceri nondum editum fraude intercipere erubuit et repudiatus ob hoc pudore ac taedio receſſit ex urbe, ſcribit Sueton. *d. l. c.* III. Nec ſine ſummo patriciorum damno piceatas ſcribarum manus expertus fuit olim Appius Claudius in Cnaeo Flavio ſcriba, libertini filio, qui ſurreptum librum actionum, quem ad formam redegerat Appius Claudius, populo tradebat, tam gratum populo exhibens munus

falsario manus; carnificem statim acciri cum machaera mensaque laniona flagitavit. Et vix aliquanto mitius consuluit Alexander Seuerus in *Tabellarium, quem, quia falsum caussae brevem retulerat, incisis digitorum nervis deportavit*, ut Aventinus scribit lib.

munus, ut tribunus plebis, Senator, et aedilis curulis pro merito, ut recte ὁ πάνυ Bynkershoek explicat, fieret, et ex ejus nomine *Jus civile* Flavianum diceretur *L.* 2. §. 7. *D. de Orig. Jur.* Conft. Landius in *Exercit. tom.* III. *thes. Jur. p.* 1393. Hae denique fraudes librariorum tam in publicis quam privatis instrumentis pulchram *Nov.* 73. de instrumentorum cautela et comparatione literarum provocasse videntur. Tractu denique temporis extra ordinem puniti sunt, quemadmodum illi, qui in testamentis aliisve publicis instrumentis dolo malo falsum fecerant, Legi Corneliae de Falsis subjiciebantur, vide C. Eck ad *d. tit. D.* §. 3. 4. 5. et Janum Langlaeum *lib* 1. *Semestr. c.* 2. *pag.* 36. Elegantissimum exemplum summi falsarii et aliorum chirographorum imitatoris exstat in Prisco Emeseno apud Suidam in Πρίσκος Εμεσηνός. Pessimus hic antiquas majorum literas nactus, libellos multos ut ab illis scriptos composuit, qui confiterentur se magnam pecuniam Mamiano reddituros, quippe quod depositi nomine hanc ab illo accepissent. Immo nequam ille in culpa fuit ut Justinianus vel Tribunianus *L. ult. C. de Sacr. sanct. eccl.* ferret. Sic enim Suidas; *Quia etiam*, pergit, *viri cujusdam literas divinitus imitatus, illis, qui Emesenae ecclesiae res administrabant, tradidit, qui confitebantur quandam pecuniarum ita parandarum partem ipsi repositam esse. Quia vero lex obstabat, ceteras quidem omnes causas ad annorum* 30 *praescriptionem redigens, paucas vero quasdam et hypothecarias omnes annorum* 40 *spacio excludens, Byzantium profecti, et Imperatori Justiniano pecunias sine ulla cunctatione largiti, ei persuaserunt, ut legem ferret, ut appellatoriae causae non constitutis temporibus sed* 100 *annorum spacio concluderentur. Summa vero Justiniani* 105 *annorum spacio confirmata fuit.* Simile exemplum refert Mornacius ad *d. l. ult. C.* coenobiis raro deficere instrumenta ficta tradens, cum omnis aetatis omniumque generum habeant membranas et atramenta.

lib. II. Annal. Boiorum, ex Lampridio in Alexand. Seuero.

Solitus tamen eſt Titus Veſpaſiani filius, *cum amanuenſibus ſuis per ludum jocumque certando, imitari chirographa quaecumque vidiſſet, ac ſaepe profiteri ſe maximum falſarium eſſe potuiſſe*, ut Suetonius in Tito *. Quemadmodum et Alexis puer, Attico

* *Cap.* IV. Sic etiam de Auguſto ſcribit Sueton. *c.* 55. *nihil aeque elaboravit, quam ut imitarentur chirographum ſuum.* Ubi ſecundum Caſaubonum notandum, Auguſtum hoc ideo voluiſſe, ut ad ſecretiores literas vicaria nepotum manu, pro ſua propria uti poſſet. Rationem addit hanc, quod non habuerit, qui a cura epiſtolarum eſſent. Sed pace viri Cl., hac cura Thallo, qui a manu Auguſto erat, functus fuiſſe videtur. Forſan characteres et litterarum ſuarum ductum prae aliis omnibus magni fecit Auguſtus. Nihil enim operatur chirographi imitatio, et perinde erat Auguſtus ipſe ſubſcriberet ſecretiores epiſtolas, utrum nepotes ejus. Et vix eſt ut ſecreta nepotibus juvenibus committeret Auguſtus, bene gnarus plenos eſſe rimarum adoleſcentes et ſecreta ubivis effluere. Videntur itaque veteres vel ideo chirographa ſua imitanda propoſuiſſe liberis ſuis 1. ut, quemadmodum mores patris, ſic pariter et manum ejus in ſcribendo referrent 2. ut abſentibus vel aegrotantibus parentibus, dolorem, odium, invidiam temperarent per vicariam ſuam manum, quaſi pater ipſe ſcripſiſſet. Plerique vero ſervis et libertinis ſuis aliena chirographa imitari praecipiebant, ut fraudem in contractibus exercerent. Eo adludit Juvenal. *Satyr.* XIII. *vs.* 136.

Si, decies lectis diverſa parte tabellis
Vana ſupervacui dicunt chirographa ligni.

Ubi ita Scholiaſtes: *ſi ſaepius lectis cautionibus negant ſuas eſſe manus.* Et Cicero *Philipp.* II. 15. *Quo me teſte convinces? an chirographo? At literae ſunt librarii manu.* Facilius ergo et per ſuppoſititiam manum debita abnegare valebant,

Attico a manibus, ſtudioſiſſime Attici aegrotantis manum imitabatur, ne Cicero viſa aliena litera, de Attici morbo poſſet ſuſpicari. Ut Pet. Victorius lib. XVIII. Var. cap. X. explicans illa verba lib. VII. epiſt. II. ad Attic. *Alexidis animum amabam, quod tam prope accederet ad ſimilitudinem tuae literae, manum non amabam, quod indicaret te non valere.* Sed hic aſtus pro ingenuo ludo habendus eſt, quando ſine dolo malo adornatur. Alioqui ut hujusmodi fraudes tollerentur, temporibus Neronis Claudii, inquit Suetonius cap. XVII. *adverſus falſarios primum repertum, ne tabulae niſi pertuſae ac ter lino per foramina trajecto obſignarentur.* (Quarum tamen aperiendarum tres occultiſſimas artes recenſet Lucianus in Alexandro.) * Et

Y a Ju-

bant, quod innuunt dicta loca, et hinc forſan coepit mos medii aevi chirographis ſubſcribendi formulam ? *manu propria.*

* Eleganter haec illuſtrat Paulus JCtus *lib.* V. *Sent. tit.* 25. §. 5. *Ampliſſimus ordo decrevit eas tabulas, quae publici, vel privati contractus ſcripturam continent adhibitis teſtibus, ita ſignari ut in ſumma marginis, ad mediam partem perforatae, triplici lino conſtringantur atque impoſitum ſupra linum cerae ſigna imprimantur, ut exteriores ſcripturae fidem interiori ſervent. Aliter tabulae prolatae nihil momenti habent.* Sic amputavit Imperator Ti. Claudius, non Nero Claudius, ut recte Torrentius ad *d. l.* Suet. obſervat, inſtrumentorum ſuppoſitoribus occaſionem nova quaedam inſtrumenta interpretandi, quod olim facile illis erat, cum ſimpliciter tabulis integris circumligato lino tabulae obſignabantur, vide Cl. Schultingium ad *d. l. Pauli.* Addenda autem hic ſunt verba Suetonii ab Auctore compendii cauſa forſan omiſſa: *Cautum ut in teſtamentis primae duae cerae teſtatorum modo nomine inſcripto, vacuae ſignaturis*

a Justiniano Imperatore graviter cautum, ne facile comparationes literarum instituantur lib. IV. Titulo XXI. De Fide instrum. Leg. XIX. Quae Lex utinam adversus apocryphos scriptores severe fuisset exercita *; neque aliter libri alicui attributi fuissent, nisi auditis testibus, et concepto juramento illo Justinianeo: non inventus fuisset Leucius quispiam, qui falsa Apostolorum Acta conscriberet, sub nomine Matthiae, Jacobi minoris, Petri et Joannis; non eo processissent Hexoca-

ris ostenderentur: ac ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi adscriberet. Hinc videtur patere Claudium occasione testamentorum, in quibus larga falsitatis materia, unde et Lex Cornelia de falsis κατ' ἐξοχὴν lex testamentaria dicebatur, Sueton. *Aug. c.* 33. Ulpian. *tit.* 8. *Coll. LL. Mosaic.* cautiones illas contra quoscunque falsarios instrumentorum omnium dedisse. Ultima illa Sueton. verba eleganter explicat Salmas. de *Mod. usur. c.* 11. *p.* 459. et interpretes Suetonii.

* Est *L.* 20. *C. de Fid. instr.* ubi comparatio instrumentorum quae publice non sunt facta, ex aliis chirographis et instrumentis trium vel duorum testium subscriptione signatis fieri debet, ut ex ejusmodi chartula jam probata fiat comparatio. In transitu notes hanc *L.* 20 juncta *L.* 22. *C. ad L. Cornel. de Falsis* non esse sublatas per *Nov.* 73. *c.* 2. *sequ.* ut perperam Bornitius *P.* 1. *lib.* 1. *de Instrument. c.* 5. adserit. Ceterum pium est Auctoris votum, quod desideriis literariis erit adnumerandum, vix enim fieri poterit ut posthuma eruditorum opera pari ratione probentur. Attamen non desunt hodie in Bibliothecis publicis Eruditorum autographa et epistolae, quarum ope de MSS et notis eorum, librorum margini saepe adjectis, judicari poterit. Quilibet autem diligenter ejusmodi autographa eruditorum sui seculi ut colligat, Auctor sum; et collectionem illorum elegantem in Bibliothecis Gedani et Wratislaviae me vidisse memini.

xocarides et Leonides philosophi, qui eadem extruserunt, nomine Apostoli Thomae, ut scribit Innocentius epist. III. ad Exuperium: non fuissent ea audacia Manichaei, et Priscillianistae, et Ebionitae, auctoribus Augustino lib. De fide contra Manichaeos cap. IV. Orosio epist. ad Augustinum de erroribus Priscillianistarum, Epiphan. haer. XXX. non hodieque tot impuri infamesque libelli, bonorum subinde nominibus ad fraudem personati volitarent*: quorum ego auctoribus nihil

* Varia sunt hujus imposturae genera, de quibus integram dissertationem scripsit Struvius de *Doctis impostoribus.* adde Fabricium *lib.* IV. *c.* XIII. *Bibl. Lat.* aliosque allegatos apud Cl. Heuman. in *Via ad Histor. liter. c.* VII. § 32. 33. qui singularem de hujus farinae hominibus libellum edere voluit. At forsan distinctius plagium literarium et suppositionem hic delibemus. Prius scil. plagium ex defectu ingenii, vel segnitie in literas inquirendi, vel tumida ambitione aliena pro suis venditandi proficiscitur, et huc Terentianum illud spectat, *Eunuch.* III. I. 9. labore alieno magnam partem gloriam verbis saepe in se transmovent. Hoc hominum genere abundavit semper res literaria, et praeter notam infamiae, poenam ferunt nullam. Integros illorum catalogos exhibuere Jac. Thomasius de *Plagio literario*, quem ut adcuratiorem laudat Stollius in *Histor. liter.* §. 81. *pag.* 73. jungens ei J. C Schwartizum, adde Cremium de *Furibus librariis.* Th. J. ab Almeloveen. *syllabum Plagiariorum* Amoenitatibus Theolog. Philolog. adjectum, quibus si addas modernos plagiarios, vel integrum de his Lexicon conscribere datur. Vix tamen est ut infamem hanc sectam e republica literaria elimines, omnesque pernoscas, nisi illud Menagii consilium in *Menag. Tom.* II. *pag.* 213. sequaris librumque componas τὰ ἅπαξ εἰρήμενα, ea quae semel tantum dicta sunt continentem, quod infiniti laboris nec unius hominis est. Plerique plagia sua sesquipedalibus verbis in praefationibus scite excusant, adeo ut et de tectis plagiariorum artibus integer liber possit conscribi,

hil imprecor gravius quam Valentis Imperatoris suppli-

ti. Candidius Romani inventoribus gloriam non invidentes allegationibus suis plerumque adscribebant: *primus hoc fecit, invenit*, quod passim in Jure nostro et inprimis in titulo *D. de Orig. Juris* cernere datur, vide *Memoriam* meam *Propagatam c.* III. *pag.* 181. Verum ne extra oleas divagemur, suppositionem librorum, de qua auctor noster hic agit, breviter tangamus. Est illa falsa nominis vivi alicujus vel mortui illustris assumptio, cum scriptis nostris ad auctoritatem conciliandam vel turbas excitandas vel ad pretium libris nostris eminentius statuendum magna illa nomina praefigamus. Exemplis ab auctore allatis addamus, antiquitus jam moris fuisse ut Dei alicujus vel illustris hominis nomine scripta sua ornarent auctores, vendibiliores ut redderent libros suos, invidiam declinarent, nominisque sui inmortalitatem prorogarent. Aegyptii utebantur nomine Mercurii; Romani si quid de relligione vel ratione status luci exponere vellent, congressum nocturnum cum Diis habuisse se fingebant, vel per somnium admonitos se fuisse causabantur, vide quae in *Memoria propagata c.* I. *p.* 63. ex Fontanino de *Antiquit. Hortae* I. *c.* 6. et Plinio adduxi, adde eumdem *lib.* I. *epist.* 18. Neque caruit sequens aetas spuriis his nominibus et supposititiis scriptis. Ex multis illustre versutissimi Itali Alphonsi Ciccarelli, exemplum adferam: is gloriae oestro concitatus cum totus esset in evulgandis alieno nomine scriptis, ementiendis MStis, actis, monumentis, instrumentis hereditatum infinitasque turbas concitasset, Romae tandem justo supplicio adfectus, et amputata prius manu, ad palum suffocatus et combustus est, ceu prolixe enarrat Leo Allatius in *Appendice* ad *Fragmenta Antiq. Etrusc. p.* 225. et in *Praefat. Animadvers.* Alia suppositionum exempla dabunt Jo. Mollerus in *Homonymosc. p.* 29. *sequ.* Clericus *Art. Crit. Vol.* II. *Sect.* II. *c.* I. *p.* 302. *sequ.* Jocularium notes exemplum in Mureto, qui Scaligero recens epigramma a se compositum pro vetere obtruserat, cui hoc in compensationem fraude palam facta reposuit Scaliger:

Qui flammas rigidae vitaverat ante Tolosae,
Muretus, fumos vendidit ille mihi.

Insi-

ſupplicium; hoc eſt, ut vel calami illis inter ſcribendum rumpantur, aut obrigeſcant brachia (quod Valenti tertium contigiſſe narrant hiſtoriae, cum Baſilium vellet ſcripto libello exturbare in exilium) aut certe ut ipſi, ſancta ſcelerum ſuorum poenitudine ducti, optent, cum haec ſcriberent, illud Neronianum: *Utinam neſciſſem literas!*

CAPUT XXXI.

Varia ſcripturarum nomina.

ERIT hoc caput inſtar Campanici belluati tapetii varium et illuſum; forte ea gratia etiam jucundum, iis maxime qui nihil volunt chartariorum nominum ignorare. En ſyllabum literarum ordine digeſtum.

Acta, ſunt narrationes ſcriptae rerum geſtarum*; unde et *Geſta* appellata. Plautus Truculento:

 Quin

Inſimulatus enim fuerat Muretus criminis nefandi et quod ſcire non proficit, vide J. N. Erythraei *Pinacothec.* I. *pag.* 13. Poterit et huic materiae inſervire P. Dahlman. Schauplatz der masquirten und demasquirten Gelehrten. *Lipſiae* 1710. 8.

* Acta generaliter notant quaelibet facta quacunque ratione geſta. Sic acta *Deorum* Tacit. de *Mor. Germ. c.* 34. *Principum*, Cic. *Phil.* I. 7. *Acta Caeſaris ſervanda cenſeo* et *Philip.* II. 39. *Acta Caeſaris pacis cauſa a Senatu confirmata ſunt.* Item acta civitatum, in *acta Principis jurare* i. e. juramento publico omne id quod Princeps fecit ratum firmumque habere, Tacit. I. *Annal.* 72. 2 *et* XIII. 21. a quo

Quin accipias gesta tecum.

Duplicis sunt generis: *Sacra* et *Civilia*. *Sacra* sunt Martyrum *Acta*, quae quod a Notariis publicis, in Provinciis jussu Proconsulum adnotarentur, dicta *Publica* *, et *Proconsularia*, ut Baronius

a quo juramento si vel latum unguem quis recederet, perduellionis reus habebatur. Idem XVI. *Annal.* 22. 6 et Lipsius *ad d. librum Excursu A.* Per translationem vero elegantem actorum vocabulo volumina et libri designantur, in quibus, ea quae gesta sunt, consignantur. Quo sensu idem notant, quod Commentarii. De *actis civitatis* singularem scripsit Dissertationem J. H. Boeclerus quae est XIX. *Tom.* I. *Dissert. pag.* 859. *edit. 2dae.* Sunt autem *acta* illa vel publica vel privata, et fallitur Valla inter *gesta* et *acta* discrimen statuens, quasi gesta essent, quae in administratione magistratus rebusque ad rem publicam pertinentibus gerantur, acta vero rerum privatarum, quod Alciatus ad L. 19. *D. de Verb. Sign. et l.* 58. *eod.* abunde jam refutavit; observante Strauchio in Dissert. mox alleganda,

* Publica diversimode dicuntur, vel ratione personarum, ut judicis, actuarii, vel ratione loci, ubi custodiuntur, ut tabularii seu archivi Principis; vel ratione objecti, si de rebus civitatum, Principum, de Legibus, aliisve publicis rebus conscripta sint. Sic *acta Patrum* apud Tacit. V. *Ann.* 4. 1. *Acta diurna* Idem XIII. *Ann* 31. 1. quae etiam *acta publica* vocat. XII. *Annal.* 24. 4. et actorum voce simpliciter posita saepe per excellentiam acta publica intelliguntur. Sic *actorum libri* opponuntur libris epistolarum apud Tacit. *Dial. de Orat. c.* 37. adde Goed. ad L. 19. *D. de Verb. Sign. n.* 8. Huc spectat illud Senecae *lib.* II. *de Benefic. c.* 10. *Beneficium in acta non mitto* i. e. in publica acta posteritati tradenda. Modum illa conficiendi tradit Lipsius ad *Senec. d. l. Acta*, dicens, *confici solent rerum memorabilium vel in Populo vel Senatu, atque ea per certos huic curae homines describi, tum publicari.* Elegantius haec acta publica illustrat idem Lipsius ad *lib.* V. *Annal. Excursu A.*

ronius Cardinalis cap. 1. de Martyrolog. Rom. ex D. Augustino; sicut *Praesidilia* a Praesidibus. Instituit ea per septem Diaconos primum conscribi S. Clemens; mox D. Fabianus Pontifex per septem item Subdiaconos: ut habet liber Pontificum Damasi.

Civilia Acta fuere, in primis *Acta Judicialia* * quorum crebra mentio in Jure, et ὑπομνήματα dicuntur a Theophilo §. ultimo, Institut. de Curat. Deinde *Proconsularia*, de quibus Apulejus libro 1. Floridorum *Proconsul moderata voce rarenter et sedens loquitur*, etc. *Proconsulis autem tabella, sententia est; quae utcumque recitata est, ita Provinciae instrumento refertur.*

Sunt et *Natalitiorum Acta*, sed obscurioris famae †: quam faciam auctoritatibus aliquot illustrem. Juvenalis:

 Tollis

* Acta publica judicialia vulgo Regesta, registra et quasi regestaria dicuntur L. 82. *D. de Condit. et demonstr.* L. 4. § 1. *D. de Edend. l.* 4. *D. de Bonor. poss secund. tab. L.* 47. §. 1. *D. de Pact.* Vox Regesta occurrit etiam apud Quinctilianum et Vopiscum in Probo: *Registra scribarum.* Barbare etiam *Actilata* dicuntur, paucis, sunt libri judiciales in quos omnia acta judicis et partium, sive scripta sive non, conjiciuntur auctoritate judicis et manu officialis registrata, partibus praesentibus, Ruland de *Commissar. P.* 11. *lib.* 5. *c.* 6. Plura de Actis publicis collegit doctissimus Jo. Strauchius in *Dissert. de Actis judicialibus*, quae reperitur *Part.* v. *Opuscul diss.* iv. Ceterum ipsa acta publica judicialia secundum Gonzalez Tellez *ad* 11. *Decretal.* 20. *c.* xi. alia sunt judicii ordinatoria, alii judicii instructoria, alia judicii et causae definitoria.

* Non est certe fama eorum adeo obscura, ut putat auctor, Praeter Juvenalem enim *Satyr.* ix. *vs* 82. frequenter

Tollis enim, et titulis Actorum aspergere gaudes
Argumenta viri.

Servius II. Georgicôn: *In templo Saturni reponebantur*

ter ad nativitatis acta provocat Suetonius in *Tib. c.* v. *Sic enim in fastos et acta publica relatum est.* Unde patet jam ante Cajum Caligulam, ad cujus tempora haec refert Cl. Heineccius *lib.* II. *c* 9. *p.*213. ad L. *Jul. et Pap.* morem hunc viguisse apud Romanos. Origo hujus instituti a Servio Tullio coepit, qui ut numerum sciret nascentium, morientium virorum, adinvenit, ut propinqui nata prole certum aliquem nummum in aerarium Junonis Lucinae inferrent: iidem aliquo mortuo in Veneris Libitinae: et sumente quopiam virilem togam in Juventutis, Lipsius ad *lib.* v. *Taciti Annal. Excurs. A.* Dionys. Halicarnass. *lib.* IV. Post leges Julias Papiasque liberorum professio majori cum cura habebatur, ne alienos liberos pro suis in actis profiterentur praemiisque πολυπαιδίας fruerentur. Eoque pertinent locus Juv. allegatus, item Suetonii loca post legem Jul. Pap. scripta. Neque putem in solis illustribus hoc fuisse necessarium, cum praemia liberorum omnibus omnino fuerint indulta, fraus inde legis ab omnibus quoque metuenda esset. Quibus accedit et ante tempora Clementis sub Domitiano et Trajano communem illius professionis fuisse usum, teste Juvenale d. l. et ipsius Terentii Clementis aetate absolute necessarium L. 16. *D. de Probat.* Marcus Antoninus liberalium causarum gratia apud praefectos aerarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri intra trigesimum diem, nomine imposito, praecepit, et per provincias tabulariorum publicorum usum ad has causas primus produxit, Jul. Capitolin. in *vita Marci c.* XI. quodque confirmat idem Capitolinus in *vita Gordiani c.* 4. *Jam illud satis constat quod filium Gordianum, nomine Antonini, et signo* (forte *insigne*) *illustravit cum apud praefectum aerarii more Romanorum professus filium publicis actis nomen ejus insereret.* Ob fraudes vero Parentum alienos pro suis vel ut spurios profitentes L. 29. §. I. *D. de Probat.* liquidis probationibus praesumptionem tabulariorum excludi rescripserunt Principes. Cl. Heinec. *d. l. in fin.* Severius Constantinus M. in L. *unic. C. Th. Qui num. liberor.* fraude patefa-

bantur Acta, *quae susceptis liberis faciebant parentes.* Huic ritui respondent libri quos Parochi apud Catholicos singuli in templis suis asservare solent; inscriptis baptizatorum nominibus et parentum.

Repagularia Acta, sententiae sunt Repagulariorum disceptatorum, hoc est, commissariorum, qui ad fores curiae jus dicunt, inquit Budaeus in Forensib. fol. 39.

Diurna Acta. Suetonius in Caesare*: *Inito hono-*

tefacta immunitate privandos esse parentes statuit. Falluntur itaque B. Brissonius *lib.* I. *Antiqu. Jur. c.* 5. et P. Burgius *Elector. c.* 6. Capitolinum erroris accusantes, quasi is Marcum Antoninum professionis illius fecerit auctorem.

* *Cap.* 20. *pr.* Alia itaque fuere acta Senatus, alia populi. Acta Senatus dicuntur *Senatus Commentarii*, Tacit. XV. 74. *Acta patrum* Id. V. 4. *Acta diurna*, Idem XIII. 31. et XVI. 22. et *diurna scriptura* III. *Ann.* 3. quia singulis diebus quae quovis die facta erant in illis adnotabantur. Et haec opponuntur ab eodem Tac. XIII. *Ann. c.* 31. Annalibus, quod in hos res illustres memoriaque dignae, in illa vulgaria omnia, e. g. de structura amphitheatrorum et quae plura, consignarentur, quod repertum, ait Tacitus, ex dignitate Populi Romani. Conficiebantur acta Senatus a membro quodam Senatus et separatum hoc munus fuisse videtur, ceu patet ex Tacit. *Ann.* V. 4. *Fuit in Senatu Junius Rusticus. componendis patrum actis delectus a Caesare.* et Spartiano in *Hadriano c.* 3. *Post quaesturam acta Senatus curavit.* Neque videtur hoc munus esse confundendum cum scriptore Senatusconsulti taciti, cujus fit mentio apud Jul. Capitolia in *Tribus Gordian. c.* 12. quodque pulchre illustravit J. Langlaeus *lib.* VII. *Otii Semestr. c.* 14. Ad hoc scribendum Senatorem loco scribae publici vel secretarii adhibitum fuisse ex Cicerone *pro Sulla cap.* 14. constat: *Introductis in Senatum indicibus constitui Senatores, qui omnium indicum dicta, interrogata responsa scriberent. At quos viros? non solum summa virtute ac fide, cujus generis in Senatu facultas maxima: sed*

re primus omnium instituit, ut tam Senatus quam populi diurna conficerentur. Tacitus lib. XIII. *Diurnis urbis Actis mandare.*

Accepti et expensi tabulae, diurnis hisce Actis eo erant similes, quod quotidie item scriberentur *. Ita

etiam quos sciebam memoria, scientia, consuetudine et celeritate scribendi facillime, quae dicerentur persequi posse C. Cosconium, qui tunc erat Praetor. M. Messalam, qui tunc Praeturam petebat. P. Nigidium, Appium Claudium. Credo esse neminem qui his omnibus aut vere referendis aut etiam scribendis putet ingenium defuisse. Hi etiam suffragia excipiebant Senatorum; nec est quod hac de re dubitet Langlaeus, cum sine censentium suffragiis ferri haud potuerit sententia. Idem observat, in causis gravioribus apud Gallos hodie adhuc moris esse ut Senatores secretarii vice fungantur. Hanc vero Caesaris legem non satis prudenter latam correctio Augusti ostendit: *ne acta Senatus publicarentur*, Sueton. in *Aug. c.* 36. nullius enim fuissent utilitatis SCta illa tacita, si omnia palam fieri debuissent. Nec est quod putes novioris inventi esse haec SCta. Exemplum est apud Livium *lib.* XLII. *c.* 14. ubi de Eumene rege, suadente bellum Perseo indicendum, quod decretum adeo arcanum fuisse scribit, ut ante confectum bellum captumque Perseum sciverit illud nemo. Adde Valer. Max. II. *c.* 24. Herodianum VII. *c.* 10. *n.* 5. 6. et de tacito judicio Candidatorum Cicer. ad *Attic.* IV. *ep.* 15. De tacitis suffragiis ex Plinii epistolis supra *pag.* 217. egimus. Neque e re populi esse censuit Augustus ut arcana omnia in vulgus emanarent. Facilius hoc in actis populi procedebat, quae res populi et rationes, publica judicia, supplicia comitia, aedificia, nativitates, matrimonia, divortia et illustres mortes continebant, Ammian. Marcell. XXII. *c.* 3. ubi videsis Valesium et Pitiscum *ad d. l.* Suetonii.

* Ejusmodi Diaria seu tabulas accepti et expensi quilibet habebat paterfamilias, ne quid redituum damni lucrive sibi posset latere vide L. 91. §. 3. 4. *D de Legat.* III. Ad fidem illarum exigebant Censores singulis lustris censum

Ita Asconius: *Moris erat unumquemque domesticam rationem sibi totius vitae suae per dies singulos scribere; ex qua appareret, quid quisque de reditibus suis, quid de arte, foenore, lucrove seposuisset quoque die, et quid item sumptus damnive fecisset.* Erant vero eo dissimiles, ut observat Josephus Scaliger libro de charta contra Guilandinum, *quod in adversa parte scriberetur ratio expensi; in aversa, ratio accepti; unde utramque paginam facere dicebatur, quando rationes accepti et expensi congruebant; sive cum adversa pars quadrabat aversae, quod item vocant paria facere, seu pariari: cui contrarium est, reliquari.*

Adversaria sunt chartae, in quas levi manu ea conjicimus, quorum veremur oblivisci, donec serio describantur. Ausonius vocat *Chartas liturarias.* Fiebant enim charta deletitia, seu pagellis gypsatis, ut Scaliger contra Guilandinum: quae deletili spongia tergebantur. De his Cicero Rosc. Comoed *. *Quid est quod negligenter scribantur Adversa-*

sum a civibus, Dion. Halic. IV. et Oisel ad *Cajum* I. *Instit. tit.* I. §. I. Dicebantur etiam Kalendaria a Kalendis, quibus exigi solebant nomina, et de quibus mox infra plenius, vide interim Averanium II. *Interpret. Jur. c.* 28. *n.* 5. Ipsi Imperatores ejusmodi Commentarios rerum suarum conscribere solebant, Sueton. in *Caesar. c.* 56. Pancirol. *Notit. Dign. Imp. c.* 13. vel etiam in vitae suae commentaria res gestas, expensas et lucra conjiciebant, in his vitae suae descriptionibus omnem ponentes calculum. Exempla vide in *Memoria Propag. c.* I. §. 4. *p.* 25. *sequ.* Locus Asconii, quem Auctor allegat, est in *Cicer. Ver.* III. *pag.* 86.

* *Cap.* I. ibique Menard. et Hotman. Adversaria videntur dicta, ait Salmuth. ad *Pancirol. in proem. Rer. deperdit.* quod ani-

verſaria? quid eſt quod diligenter conficiamus tabulas? qua

animum et memoriam noſtram advertant; ſed Auctor recte hoc rejecit. Relinquebant enim veteres plerumque unam chartae paginam puram, Ovid. I. *Amor. eleg.* XI. *vs.* 20. et in adverſa parte margo paulo latior erat vacuus, niſi multa addenda haberent et opus ipſum juſto longius eſſet, Juvenal. *Satyr.* I. *vs.* 6.

Aut ſummi plena jam margine libri
Scriptus et in tergo, necdum finitus Oreſtes.

Ratio vero cur nihil in parte adverſa ſcriberent, metus erat liturae, quia charta tenuiſſima, quae in deliciis erat Romanis, facile literas transmittebat, cui accedit quod chartae ſcriptae aliter conglutinarentur ut hodie, unde neceſſe erat exterior pars munda et pura relinqueretur. Pueris etiam cedebant ut plurimum vacuae paginae, ut in tergo vacuo literarum ductus pingere diſcerent, Horat. I. *Ep.* 20. Martial. IV. *ep.* 87. In adverſaria haec conjiciebant omnia fortuita, rationes, et ſic porro, ne memoria exciderent: nam ſtatim cum in mundum redegiſſent miſcella illa, delebantur omnia. Et hoc jam obtinuit apud Graecos, de quibus vide S. Petitum ad LL. *Atticas pag.* 41. Mox omnia, ut dixi, in tabulas referebantur et ὕϛερον πρότερον ſcripta ordine disponebantur, Turneb. XXIX. *Adverſar. c.* 36. Adverſaria itaque dicuntur, quod adverſa parte ſcriptis implerentur, etiam per transverſum, in quae accepta et expenſa negligentius adnotantur mox in mundum et juſtum ordinem referenda. Hinc eſt quod adverſariorum in judicio nullam fuiſſe probationem tradat Cicero. *d. l. c.* 2. *Haec ſunt disjecta*, dicens, *illae in ordinem confectae: itaque adverſaria in judicio protulit nemo: codicem protulit, recitavit.* Graecis dicuntur Opiſtographi, inverſam vel averſam chartam conſcriptam denotantes, ut adverſaria, Martial. IV. *Epigr.* 87. Poëtae ſaepe ſale ſatyrico defricant opiſtographos, ut verboſa nimis, Martial. VIII. *ep.* 62. Ridicule Accurſius hujus vocis derivationem ab *opibus* et *graphia* derivat, merito exploſus a Coraſio d. l. venit enim ab ὀπίσθεν i e. retro, et γράφω ſcribo, quia utraque pagina et adverſa et averſa minutis literis conſcripta erat. Hinc phraſis veterum *utramque paginam facere*, quam illuſtrat Guilandinus in *Papyro pag.* 47. Adde de opiſtographis Panciroll. *lib.* II. *Var. lect. c.* 108.

qua de cauſſa? quia haec ſunt menſtrua, illae aeternae; haec ſunt dejecta (ut Budaeus, *conjecta*) *illae in ordinem confectae.* Dicta ſunt Adverſaria, non quod animum legentibus advertant, ut putarunt nonnulli apud Coraſſ. lib. I. Miſcellan. Juris, cap. XVIII. ſed quod adverſa etiam in parte quaſi per neglectum ſcriberentur. Veteribus enim mos fuit, ſcribendi res ſerias, una tantum in facie. Ut ex illo Juvenal. Sat. I. colligi poteſt:

Scriptus, et in tergo nondum finitus Oreſtes.

Quem verſum et morem refert Sidonius lib. VII. epiſt. ad Conſtantinum. Unde et ab eodem Poëta secundum Caelii lectionem lib. XII. cap. XXI. vocantur *Transverſa:*

Longi relegit transverſa diei.

Quo ſpectaſſe etiam Cicero videtur ad Attic. lib. V. *Venio ad transverſum illum epiſtolae tuae verſiculum.* Et Martialis lib. IV. Epigr. LXXXVI.

Inverſa pueris arande charta.

et lib. VIII. Epigr. LXVI.

Scribit in averſa Picens epigrammata charta.

Denique Theodorus Hermopolites ad L. notionem De verb. ſignif. apud Cujacium lib. VIII. Obſervat. cap. XV. Λύσιν ὀπισθόγραφον, vocat apocham ſcriptam a tergo chirographi. Scripta enim e duabus partibus, Plinius lib. III. epiſt. V. ad Marcum, ut Caelius adnotavit lib. VII. cap. XXI. vocat Commentarios Opiſtographos: quos valere etiam in teſtamentis ſcribit Ulpianus*; de quo Alciatus

* L*ib* 42. *ad Edict. in L.* 4. *D de Bonor poſſeſſ ſec. tab.* ubi chartam *deletitiam* vocat opiſtographos, exemplo Ciceronis

d. f. 2.

ciatus lib. II. Dispunction. cap. ultimo. Volaterranus quoque lib. XXXIII. scribit in hanc sententiam : *Principes olim, sicut plerique hodie Reges, scribebant transversa charta. Primus autem Julius Caesar, teste Suetonio, epistolas in formam memorialis libelli redegit; cum prius Duces et Consules transversa tantum scriberent charta.* Notarii autem Adversaria sua vocant πρωτόκωλα, hoc est, schedas primas seu originales *, quos Itali *Bastardellos* dicunt,

d. c. 2. Haec delentur statim, illae servantur sancte: haec parvi temporis memoriam, illae perpetuae existimationis fidem et relligionem amplectuntur. Et bonorum possessionem ex illis dari adserit d. l. JCtus; *Proinde*, dicens, *et si in opistographis quis testatus sit peti potest bonorum possessio.* Quae verba non obstant Ciceroni in nota praecedenti allegato; ille enim loquitur de chartis et rationibus in judicium proferendis; hic vero de privata voluntate literis declarata agit JCtus, testamenta moribundi quasi legem esse innuens.

* *Protocollum*, est primum istud Notarii instrumentum, in quo acta primum ea ratione qua acta sunt, adnotantur. Dicta est vox a πρῶτον κῶλον *primum membrum*, seu prima scriptura, vel πρώτη κόλλησις, prima agglutinatio, quia primae istae adnotationes, frusto membranae exceptae, postea conglutinarentur, Struv. in *Synt. Jur. Civ. Exerc.* XXXVIII. *thes.* 33. Minus recte Auctor cum Scaligero πρωτοκῶλα, cum scribendum sit προτόκολλον quasi πρώτη prima, κόλλα glutinam. In chartae itaque scapis et libris compactis prima erat scheda, quae primo loco glutinata erat. Similiter dicta est μακρόκολλα quibus modulus longior, et ἐσχατοκόλλον extrema dicitur scheda ultimo loco conglutinata, Salmasius ad *Fl. Vopisci Firmum c. 3. p.* 708. Apud JCtos dicebatur olim protocollum prima illa scheda seu plagula, quae nomen Comitis largitionum, sub quo chartariae officinae erant, item quo tempore, anno, mense et die, et a quo artifice praeparata fuisset charta exhibebat; in libris nomen quoque auctoris et operis titulum praeferebat. De his

cunt, ut Albericus scribit ad Legem contract. De fid. instrum. in Cod. Galli vero *Minutas*, quia minutis literis scribuntur; quae quando serio perscribuntur, dicuntur in mundum redigi, hoc est, sine lituris cum auctoritate scribi, et vocantur *Instrumentum ingrossatum*, ut Petrus Gregorius Tolos. in Syntagm. lib. XLVIII. cap. XLII. et alii in Tit. Cod. De fid. instrum.

Adnotatio seu *Annotatio*. Significat subinde rescri-

his chartis notabilis est Justiniani constitutio in *Nov.* 45. *c.* 2. *Ne tabelliones in alia charta pura instrumenta scribant, quam illa, in qua protocollum, ut vocatur, praemissum sit, quod nomen gloriosissimi Comitis sacrarum nostrarum largitionum illius temporis, et tempus, quo instrumentum factum est, et quaecunque in illis scribi solent, praeferat. Nec protocollum hoc abscindant, sed insertum relinquant: multas enim falsitates ex ejusmodi chartis et antea et nunc quoque ostensas esse novimus.* Neque protocolla aliam quamdam scripturam habentia in contractibus vult admitti, ut adultera et spuria d. loco rejiciens. Sed Constantinopoli tantum obtinebat haec constitutio, *ubi magna contractuum multitudo magnaque chartarum abundantia.* Nullius ergo usus est apud nostrates, nisi quod vocis pleniorem intellectum inde discamus. Interim chartae sigillatae auctori hanc Novellam inventionis dedisse occasionem verosimile est, et de hoc notisque chartarum nostrarum suo loco plura dicam. Errant itaque qui putant protocollum esse *memoriale* in quod raptim ea reponuntur, quae deinde in mundum redigantur, et perfectius extendantur, ut observat Cujac. ad *d. Nov.* 44. Retinuerunt tamen nostrates vocabulum, et per illud intelligunt, indicem, memoriale tabellionis seu notarii, actuarii, in quam causae et negotia, de quibus instrumentum aliquod conficiendum vel ordine quidquam actum sit, breviter adnotari solet, Viglius ad §. *Nihil autem interest. n* 5. *Inst. de Testam.* Breviter, hodie intelligimus voce Protocolli, scripturam primam ex ore aliorum exceptam, ex qua postea instrumentum conficitur et in mundum redigitur.

ſcriptum, propria Principis manu ſubſcriptum *; ſubinde brevem ſcripturam privatim ſine teſtibus factam, qua quis ſibi debitorem adſcribit, inquit Briſſonius De ſignif. verb.

Album fuit multiplex: *Pontificium*, de quo Cicero II. de Oratore: *Res omnes ſingulorum annorum Pontifex Maximus referebat in Album.*

Prae-

* Et tunc dicitur plerumque ſubnotatio pro ſubſcriptione ſeu inſcriptione *L. 6. C. de Diverſ. reſcr. Princ. quae in chartis ſive membranis ſubnotatio noſtrae ſubſcriptionis impreſſerit.* Sic et ſubnotatio quaeſtoris ſacri palatii vel magiſtri ſcriniorum loco principis L. 17. *D. de Inſtr. et inſtr. leg.* Adcurate vero Gutherius *lib.* I. *de Offic. dom. Aug. c.* 35. diſtinguit haec vocabula, *ſubſcribere*, dicens, eſt proprio chirographo adnotare L. *Singular. C. de Teſtament.* Signare, annulo; ſubnotare, brevibus verbis aliquid ſcribere. Vereor tamen diſcrimen inter ſubſcribere et ſubnotare ex praeclaro caetera monumento poſſet indicare Gutherius: verba enim: *Feretrum fieri placet* ſubnotationem eſſe Antonini Principis, quaeſtio facti eſt, quae probanda eſt: nam quid obſtet quo minus promagiſtro Jubentio Celſo illam tribuamus? Neque diſcrimen illud indicat Plinius I. *epiſt.* 10. *Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas.* Equidem ſubitaneam fuiſſe ſcripturam inde licet deducere, minime vero differentiam inter ſubſcriptionem et adnotationem. Auctores demum ſequioris aetatis *adnotare* libellum pro *inſcribere* uſurpant, vide Lact. V. *c.* 3. auctore Barth. *lib.* L. *Adverſ. c.* 10. Idem Gutherius *p.* 216. obſervat in reſcriptis requiri Principis ſubnotationem, in aliis non, et ſatis eſſe quaeſtorem ſubſcripſiſſe: *Quaeſtor legi*, ex Nov. Valentinian. *de Homic. caſu facto.* Alia de ſubſcriptionibus ex Jure Graeco et Rom. adtulit Salmaſ. de *Mod. Uſur. c.* 10. 11. Herald. in *Obſ. ad Jus Attic.* VII. *c.* 7. 9. 10. et ex medio aevo Mabillon. *de Re diplomat.* II. *c.* 10. 20. *ſequ.* Et alia infra de ſubſcriptione et ſubſcriptoribus videbimus. Ad adnotationes privatorum, quarum Auctor meminit, confer *pag.* 326. in *Notis.*

Praetorium *. Tabula in quam reorum nomina referebantur: quales duo illi libelli erant quos Protogenes Caligulae servus clam circumferebat; alter nomine gladii, pugionis alter inscripti: ut Dio narrat lib. LIX. † et Suetonius. Vide Ulpianum libro I. ff. de Albo, et Sigon. Quamquam habebant et Praetores album, in quo edicta sua proponebant, ut praemonerent cives, scirentque quod jus dicturi essent Magistratus. De quo Co-

Z raff.

* De hoc quantum satis est dixi *pag.* 85. *in Not.* De Albo Pontificum Cic. II. *de Orat. c.* 12. et Livius I. *c.* 32. Pontificis enim erat apud Romanos quondam historiam conscribere, sicuti pariter apud Anglos soli sacerdotes olim historiam conscribere poterant.

† *Pag.* 660. Sueton. in *Caligula c.* 49. At cur illi tituli libellis inscripti? gladio ferire remotius, et ideo remotiores personas in illo libello fuisse descriptas; pugione ferire propinquius, hinc libellum cui pugionis erat index, propinquos exhibuisse conjicit D'orleans in *Tacit. p.* 110. Verum rectius forsan libellus cui *gladii* titulus, viros illustres ob natalium splendorem gladii poena publice adficiendos, ut moris erat olim, continebat. Nota vox est inprobi Caracallae percussorem Papiniani increpantis: *gladio te exequi oportuit meum jussum* apud Spartianum *Carac. c.* 4. Libellus vero cui *pugionis* index, forsan propinquos homines, pugione clam necandos sistebat. Sed haec ἀπροσδιόνυσα. Neque videtur locus ille ab Auctore adlatus ad album praetorium pertinere, vellemque Auctor locum addidisset, album praetorium hoc significatu accipi, demonstrantem. Hoc enim pacto omnes huc referri possent proscriptionum tabulas a Sylla primum inventas, teste Plutarcho in *Sylla p.* 472. *B.* Paterc. II. 28. 3. aliisque, immo et reorum apud aerarium pendentium, vide Sueton. in *Domit. c.* 9. id est, quorum causa apud aerarium sub incerto eventu nec decisa necdum absoluta, sed per quinque annos in reatu pependerit, ceu J. Langlaeus *Semestr. d. l.* contra Alciatum praeceptorem *lib.* X. *Parerg. c.* 23. disputat.

rass. libro IV. Miscellan. Juris cap. VI.

Album Decurionum. Tit. in D. De albo scrib. Ulpianus L. prima D. De albo scrib. Vide Corassium loco citato.

Album Cytharoedorum. Sueton. * in Nerone, cap. XXI.

Album Judicum. Apud eumdem Suetonium Tib. 51. 1. §. 3. Claud. c. 16. n. 5. Tacitum, et alios.

Album amicorum, vulgari Proverbio jactatum †.

Porro

* *Domitian. c.* 8. et Tacit. IV. *Annal. c.* 42. 5. *album Senatorium* Pollux. 8. 8. 23. λ'υκωμα πολιτῶν album civium. Sic eleganter apud Senecam *epist.* 48. *ad album sedentes* dicuntur Advocati, Leguleji circa praetoris edictum et formulas occupati, Lipsio interprete.

† Origo illius albi videtur a Germanis repetenda, qui laudabili per manus accepto peregrinandi more, quidquid Lansius orat. contra Germaniam verb. *Quot Germani*, contradicat, ejusmodi album Patronis, viris eruditis atque amicis obferre solent, ut dictum aliquod veterum notabile vel sententiam libro inscribant, nomine scribentis, tempore et loco subscriptis. Sic de Antonio Matthaeo celebri JCto refert Gv. Saldenus de *Libris eorumque usu et abusu p.* 331. illum plerumque illud Senecae *c.* 1. *de Tranqu. animi: multi ad eruditionem venissent, nisi se eo jam pervenisse putassent*, albis Studiosorum inscripsisse, ne modestiae immemores essent inque studiorum progressu sisterentur. Delicatiores etiam imaginibus et signis familiaribus scribentium libros illos exornare solent, quales passim in Bibliothecis illustrium non sine jucunditate vidisse memini, vocanturque apud nostrates *Stambücher*, quasi libri seu documenta familiae. Gallus quidam, cujus nomen non succurrit, stultitiae, minimum inurbanitatis videtur arguere conterraneos nostros, nimium saepe Eruditis molestos cum suis visitationibus, ut ajunt, et albis, quorum hunc usum esse ab

Porro *Album* vocatur non ſolum tabula, verum etiam ipſe paries dealbatus, in quo Judicum omnium nomina ſcribebantur; ita contra Alciatum Turnebus Praefatione in Plinium, et Gregorius Toloſanus lib. XLVII. cap. XXIV. ex Suida, qui

ab ipſo quodam Germano edoctus fabulatur, ut gradu ad penates revocato dulcia inter pocula, deficientibus quorum in ſalutem pocula evacuentur, tandem ad amicorum nomina albo inſcripta opportunus fiat tranſitus. Verum enim vero falluntur egregie. Inſtitutum illorum librorum ſine dubio eſt laudandum commendandumque: Sic enim conſtat 1. ubi locorum iter fecerint Eruditi, 2. quibus amicis et patronis fuerint familiares, quod uſum habere poteſt in Hiſtoria literaria. 3. dulciſſima eſt amicorum memoria: nam plerumque εἰς φιλίας μνημοσύνην dicta illa et ſymbola adſcribuntur 4. et in diſtinguendis veris a ſpuriis Eruditorum chirographis haud raro praebent uſum inſignem. Unde et in bibliothecis praecipuis cum cura colligi et adſervari ſolent. 5. ipſis ſaepe poſteris viam parant ad amicitiam conciliandam parandamque. 6. vel ab hoc inprimis videntur in uſum adhiberi, ut facilior ad Eruditos praetextu albi offerendi daretur aditus, Corinthiacus ſaepe. 7. ipſa illa elegantiſſimorum ſymbolorum collectio et amicorum ſancta memoria ad virtutem nonnumquam provocat legentes ſuppeditatque exempla praeclara. Quidſi enim veneranda ſint, teſte Cicerone, majorum veſtigia, ipſaque loca in quibus ambulare, morari, educari doceríque ſolerent, quidni ipſorum autographa et literarum ductus? Cui bono Auguſtus in evolvendis utriusque linguae auctoribus nihil aeque ſpectabat, quam praecepta et exempla publice, vel privatim ſalubria: eaque ad verbum excerpta aut ad domeſticos, aut exercituum provinciarumque rectores, aut ad urbis magiſtratus plerumque mittebat? Reſpondet eleganter Suetonius in *Auguſto c.* 89. *n.* 5. prout *quique monitione indigerent.* Sic et ipſi juvenes mellitis his verborum globulis ſaepe monentur, docentur, corriguntur. Exempla dictorum illuſtrium albis inſcriptorum adtulit Menagius in *Menagian. pag.* 232. *ed.* 1715. *T.* 2. quae jam ad manum eſt.

ait: Album eſt etiam paries gypſo illitus ad negotiorum politicorum deſcriptionem aptus. Ulpianus Leg. Si quis id quod. VII. De Juriſd. om. P. diſtinguit item Album a charta et tabella. Graeci nunc λευκώματα vocant, olim ἄλφον: unde noſtrum Album, inquit Feſtus; vel ut Sabini, Alpum; unde Alpes, ob nivium albedinem. Lamprid. in Alexandro Severo *Album Judicum* vocat Pittacium *ἀντιφραςικῶς, opinor, quia pittacium tabella

* Ἀπὸ τῆς πίτλας vel πίσσας i. e. pice, ſeu maltha, ſeu calce, bitumine, vel glutine, quibus panni et linteamina illinebantur, auctore Plinio II, *c.* 104. & XXXVI. *c.* 24. Et tales erant libri *lintei beneficiorum*, de quibus Hygin. Annales, et magiſtratuum libri. Vera ergo ſignificatio vocabuli notat modicum linteum pannum, Celſus III. *c.* 10. *Deinde habere duo pittacia quae latitudinem frontis, longitudinemque aequent.* Eadem autem arte qua panni ſeu pittacia, pice ſcil. et maltha, cortices quoque arborum et ligneae tabellae inficiebantur. Hinc *mappae ceruſſatae* in L. I. *C. Th. de Aliment.* Harmenopulus *lib.* I. *tit.* 4. programmata omnia publice propoſita pittacia vocat, quae vulgo *alba* dicuntur ob malthae et ceruſſae albedinem. Unde in Baſilicis λευκώματα dicuntur πιτλακώματα, ſub quibus omnes literae, bullae, diplomata, libelli, acta, inſtrumenta intelliguntur, Baſilic. *eclog.* I. *lib.* VII. In L. XI. C. *Theod. de Erogat. militar ann.* pittacia dicuntur breves ſpecierum annonariarum, militibus erogandarum: *Suſceptor antequam diurnum pittacium authenticum ab actuariis ſuſceperit, non eroget. Quodſi abſque pittacio fuerit erogatio, id quod expenſum eſt, damnis ejus potius ſubputetur.* Adde L. 13. & 16. *eod.* Eo ſpectat locus Lampridii in *Alex. Severo c.* 21. & *perlegebant cuncta pittacia.* Sumitur etiam vox illa pro indice libris adfixo, et paria ſunt πιτλάκια et σύλλαβοι Salmaſ. ad *Lampr. d. l.* Et pro parva membranae ſchedula in qua breves γνῶμαι et notabilia veterum dicta inſcripta erant. Ejuſmodi Pittacii meminit Auctor ſupra *pag.* 329. et Demetrio Seleuci Filio fugam ex urbe meditanti, cum ſpe pater-

tabella nigra eſt, pice pro cera oblita ad inſcribendum. *Nigrum* vero quod Jureconſulti vocant, et *Rubrum*; ſunt Leges nigro ſeu atramento ſcriptae, et earum tituli plerumque encauto rubricati *.

paterni regni a Senatu Romano recuperandi excidiſſet: miſit Menethyllus, τὸ πιτ]άκιον περιέχοντας γνώμας ταύτας, quod ex Polybio *Excerpt. legation.* 114. ob elegantiam integrum hic adſcribam.

Ὁ δρῶν τὰ τοῦ μέλλοντος, οἴχεται φέρων
Εἰς ὅ φέρει νύξ· τοῖς δὲ τολμῶσι τὶ πλέον.
Τόλμα τι, κινδύνευε, πράττ' ἀποτύγχανε.
Ἐπίτυχε, πάντα μᾶλλον, ἢ σ' αὐτὸν πρόε.
Νῆφε, καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν: ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Ex verſione Caſauboni:

Cunctaris? illuc nempe tendis, o miſer,
Ubi atra nox: fortuna fortes adjuvat.
Aude, periclitare, age quid: non feceris
Aut feceris, prius omnia quam te deſeras
Sobrius eſto, nemini fidem habendam memento: hi
ſunt nervi prudentiae.

Tandem pittacium pro titulo amphoris et doliis adfixo, vini patriam et ſenectutem indicante accipitur apud Petronium *c.* 35.

* Vide ſupra *pag.* 106. ubi de rubricarum origine et cur ita dictae, adde jam, fruſtra Colerum *c.* 37. *Parergor. tom.* 1. *Theſ. Jur.* colorem rubrum illis adhibitum fuiſſe ſcribere, ut ſanguineum et horrendum quid indicarent: cum omnes leges nihil poenale continentes, immo et libri fere omnes hoc colore ornarentur. Equidem promiſi ſingulare opuſculum ad *L.* 16. *C. de Reſcr. Princ.* ubi de rubricis latius; verum cum praeter opinionem notae meae in Hugonem creverint, et bibliopola ad finem properet, adcuratiori examini illud ſervabo vineta mea caedens. Erant autem rubricae Inſcriptiones, ſeu tituli in fronte ſingulorum capitum minio vel croco rubentes, *L.* 1. *D. de Reb. cred. L.* 2.

Annales hoc differunt ab Historia, inquit Servius, quod Historia sit temporum quae vidimus, vel

§. 3. *D. de Interdict.* Juvenal. *Satyr.* XIV. *vs.* 192. *perlege rubras majorum leges*, Perf. *Sat.* v. 90. Petronius *c.* 46. Nec est quod criminalia legum capita hoc colore tantum depicta fuisse dicamus, minime vero legum titulos, merum jus civile indicantes: locus enim Prudentii contra *Symmachum lib.* XI. *vs.* 461.

Aut cur rubrica minetur
Quae prohibet peccare reos?

de quacumque poena, et civili et criminali, est intelligendus, quod patet manifesto ex antecedentibus;

Dicant cur condita sit lex
Bis sex in tabulis

Neque videtur distinctionis caussa verba: *aut cur rubrica* etc. addidisse Poëta, sed ut antecedentia magis explicaret: verba enim: *quae prohibet peccare reos*, utrumque membrum periodi respiciunt. Forsan haec addit Poëta, ut LL. XII. tabb. titulos, prout constat, minio non signatos, sed aeri incisos fuisse indicaret, ne videretur omnia confundere et ignorare antiquitatem. Ultimum, parum faciunt Poëtarum verba ad juris caussas probandas, cum illis metri causa quaelibet dicendi summa semper fuerit potestas. Provoco demum ad ipsas veterum Legum rubricas, quae integrae ad nostram aetatem pervenerunt, quaeque criminalibus aeque ac mere civilibus causis praescriptae conspiciuntur, et tandem ad Sidonium de praescriptione loquentem VIII. *ep.* 6. ubi: *abolita lis peremptoriis rubricis.* Rectius itaque apud Prudentium pro quacunque lege sumi rubricam repono, sicut pariter apud Persium d. l. *Si quid Masuri rubrica vetavit.* Adde *Sat.* I. *vs.* 80. Denique omnium quae scribebant εἰς κάλλος principia miniabantur, Casaubon. ad *Satyr.* V. *Persii.* Et sic librorum plerumque tituli minio signari solebant, interjectis atris lineis: rubrae vero lineae videntur ab aliis librariis vel pictoribus fuisse scriptae, unde nonnumquam accidit ut lineae atrae non expressae fuerint, cujus rei exemplum est in libro Reginonis Prumiensis. vide Baluzium in *Regin. Prum. de Disciplin, pag.* 529. ubi et veteres librarios pro minio caeruleo

vel videre potuimus *; dicitur enim ab ἱϛορεῖν, videre: Annales autem ſunt eorum temporum quae aetas noſtra non novit. Quae fere habet Gellius libro v. cap. xviii.

Antigraphe, ſeu *Antigraphum*, eſt Reſcriptum, quod Latini exemplum, barbari Copiam appellant. Hinc qui hujusmodi exempla aſſervant, a

 Grae-

ruleo quoque colore aut viridi uſos fuiſſe, adnotat. Idem Baluzius in *Praefat. ad Anton. Auguſtin. Dial. de Emend. Gratian.* veteres librarios et in calce librorum uſos fuiſſe minio probat. Alia de Rubricis habent Borremans *Variar. lect. c.* 4. Bonifacius in *Hiſtor. ludicra* iv. 11. 12. et ſupra citati.

* Ibique Philipp. Carol. *Animadv. p.* 317. Verum hanc differentiam inter hiſtoriam et Annales rarius fuiſſe obſervatam, docuit Voſſius 1. *de Hiſtor. Latin.* 5. et Gronov. ad *ſcript. eccleſ. c.* 9. *p.* 95. Largius pro omni hiſtoria uſurpatur, Servius ad *Virg. Aeneid.* 1. 373. Tacitus xiii. *Annal. c.* 31. *Nerone ſecundum, L. Piſone Conſulibus, pauca memoria digna evenere, niſi cui libeat, laudandis fundamentis et trabibus quis molem amphitheatri apud Campum Martis Caeſar exſtruxerat, volumina inplere: cum ex dignitate Populi Romani repertum ſit, res illuſtres annalibus, talia diurnis urbis actis mandare.* Annales vero conſcripſiſſe olim Pontifices ex Cicerone ii. *de Orat. c.* 12. ſupra vidimus: Hi dicebantur annales maximi. Poſtea vero et alii illos contexuerunt, immo et liberti, quos inter primus fuit Lucius Octacilius Pilitus, teſte Suetonio de *Clar. Rhetor. c.* 3. Apud Anglos pariter per ſacerdotes ſcriptam fuiſſe hiſtoriam ſupra monui, et olim per Druidas res geſtas Germanorum conditas fuiſſe ignorat nemo. At non poſſum quin hic adſcribam elegantem Sidonii locum, *lib.* iv. *Epiſt.* 22. quo Clericis ſuis diſuadet hiſtoricam, ut vocat, ſcriptionem; *Ilicet hiſtorica ſcriptio videtur ordine a noſtro multum abhorrere, cujus inchoatio invidia, continuatio labor, finis eſt odium. Sed tunc iſta proveniunt, clericis ſi aliquid dictetur auctoribus, qui colubrinis oblatratorum molaribus, fixi, ſi quid ſimpliciter edamus, inſani; ſi quid exacte, vocamur praeſumptuoſi.*

Graecis *ἀποδέκται καὶ ἀντιγραφεῖς* *, a Cicerone *custodes* dicti, Oratione contra Rullum.

Apocha est *Acceptilatio* †; hoc est, scriptura quam credi-

* Vox est barbara et ex numero earum quae ξενοφωνίαι dicuntur apud Polluc. *lib.* 11. *c.* 4. notat rescriptum, jussionem Principis in Gloss. Basil. vide Basilic. Harmenopulum *lib.* 1. *tit.* 4. §. 68. et *tit.* 10. §. 10. et alibi. Inde venit Ἀντιγραφεὺς qui servat antigrapha pecuniarum Principis ex coactione, Gallis dicitur Contrarotulator, Controlleur, Wolfius *Adnotat. ad Demosth. Tom.* v. *p.* 363. ἀντίγραφον vero est exemplar ad imitationem alterius descriptum. In jure nostro *Antigrapharius* est magister sacri scrinii L. 3. §. 9. *C. de Vet. jur. enucl.* Horum quatuor erant secundum Scholiasten Juliani Antecessoris *c.* 64. *quatuor sunt scrinia, Palatinum, quod dicitur libellorum, secundum Memoriae, tertium Dispositionum, quartum Epistolarum: unde et quatuor antigrafei sunt.* Vales. ad *Socratem lib.* v. *c.* 25 In Glossis Basilic. Ἀντικένσωρ, Ἀντικεστόρις, ἀντικήσωρ, ἀντιγραφεὺς paria sunt; Adde Du Cange in Gloss. *med. Lat. in Antigraphus.*

Cap. 9. Potuisset etiam Auctor catalogo suo inserere vocem Ἀναγραφὴ, quae notat librum rationum, inventarium, repertorium apud Ulpian. in L. 25. *D. de Reb. auct. jud. possid.* et passim apud JCtos Graecos.

† Graecis Ἀποχὴ ἀπὸ τῦ ἀπέχειν a recipiendo In Basilic. *tom.* I. *p.* 739. *et Glossis Lat. Graec.* et Novellis, dicitur Ἄποχον γραμμάτιον. Item ἀπόδειξις, ἀσφαλεία, ἀκυρωτία. ἀμεριμνία quia liberat debitorem ab omni cura. Est autem confessio de recepto, acceptilatio scripto comprehensa, *L.* 19. §. 1. *D. de Acceptil. et alleg.* apud Auctores de Latin. JCtor. ubi Cl. Dukerus ex Brissonio adnotat, JCtos Graeca voce uti, quia non suppetit Latina, qua res ea exprimatur, et in Codice dici, *professionem pecuniae solutae, securitatem*, et *chirographum securitatis*, vide *L. fin.* 6. *C. Si cert. pet. L.* 3. 4. *C. de Apoch. publ.* Adde Symmachum *Lib.* x *ep.* 43. Apollin. Sidonius *ep.* 13. ubi Sirmondus adnotat securitates dici syngraphas, quas qui tributa solvunt a susceptoribus accipiunt fiduciae causa. Bornitius de *Instrum.* III. *c.* 14. sche-

creditor facit ſolventi debitori. Jureconſulti vocant *Securitatem*, barbari *Quitanciam*.

Antapocha *, de debito cautio facta creditori a [illegible] Z ſ [illegible] debi-

[illegible]

ſchedulam liberatoriam vocat. Varia juridica ad apochas ſpectantia habet Cl. Aug. Lyſer. integro *Specimine DXXX. Medit. ad D. lib.* XLVI. *tit.* 3. et C. Ziegler. in *Diſſert. de Apochis.*

* Finxit hanc vocem Juſtinianus, eſtque ſcriptura quam reddit, qui apocham accepit, Germanis: *die Gegen Quittung.* Per verba autem *d. L.* 19. *Quod reſecantes vel exemplar cum ſubſcriptione ejus qui apocham ſuſcepit, ab eo accipere, vel antapocham ſuſcipere*, duplicem antapocham DD. conſtituunt, 1. cum creditor ipſam apocham a ſe datam cum ſubſcriptione debitoris ſuſcipiat. 2. Si debitor ſpeciali ſcriptura, ſe ſolviſſe ea quae creditori debebat confiteatur. Cujacius ad *h. L.* ſolam priorem ſpeciem antapocham eſſe tradit, non poſteriorem; delens verba: *vel antapocham ſuſcipere.* Monet etiam Charondas ad h. L. a pleriſque veteribus haec verba abeſſe. At tutius forſan Donellum ſequimur; quid enim obſtat quo minus ſeparatam ſcripturam, qua debitor contrariam confeſſionem exhibeat, apocham dicamus, cum perinde ſit, ipſi apochae ſubſcripſerit, an ſeparata ſcriptura id confeſſus fuerit. Confirmant me Baſilica *lib:* XXXII. *tit.* I. *l.* 7. 8. ubi conſtitutio *d. l.* 19. ita explicatur: Κελεύει ἡ διάταξις, ἵνα πᾶν ποιῶν ἀπόδειξιν δύνηται ἀπαιτεῖν τὸν τὴν ἀπόδειξιν λαμβάνοντα, δοῦναι αὐτῷ τε τῆς ἀποδείξεως ἴσον μεθ' ὑποσημειώσεως ἰδίας, ἢ ἀναγκάζειν αὐτὸν ποιῆσθαι αὐτῷ ἀνταποχὴν τουτέστιν, ὅτι ὁ δεῖνα ἀπέβαλον τοὺς τόκους ἐν τῷδε τῷ μηνί: *Haec conſtitutio jubet, ut quisquis apocham conſcripſerit, ab eo, qui apocham ſuſcepit, poſſit petere exemplum apochae cum ſubſcriptione, vel neceſſitatem ei imponere antapochae ei faciendae, qua profiteatur uſuras illo menſe ſolviſſe.* Res breviter ſic expedienda eſt: Debitor creditori chirographo cavet, creditor apocha recavet debitori, et denuo debitor antapocha confitetur ſe ſolviſſe creditori debitum. Dividitur etiam in judicialem et extrajudicialem in *L. fin. C. de Re jud. c.* 2. X. *de Fid. inſtr. L.* 1. *de Apoch. publ.* Uſus illius eſt praeſens et inſignis in annuis praeſtationibus, canone emphy-

debitore in praeſtationibus annuis. Leg. Plures. De fid. Inſtrum. *

Arreſtum, ſcriptum proprie quo vel perſona alicujus, vel bona, ne loco moveri poſſint, retinentur †. Spiegelius et Budaeus. ‡ *Au-*

phyteutico, menſtruis et reliquis denegatis, quarum commodiſſima probatio eſt ex ipſa debitoris confitentis manu, ſe canonem etc. domino ſolviſſe. Immo impedit praeſcriptionem confeſſio ſolutionis *L.* 7. §. *ult. C. de Praeſcr.* 30. *vel* 40, *ann.* et Graeci Διακόπτει τὴν τριάκοντα ἐτηρίδα ἡ τοῦ τόκου καταβολή. Haec melioris intellectus cauſa hic adjicienda erant, reliqua dabit Cujac. in *Recit. ad* IV. *libros Cod. tit. de Fid. inſtrum. Tom.* X. *Oper.* Donellus ad d.l. aliique.

* *Apoſtolos*, ſeu libellos dimiſſorios de quibus eſt titulus VI. *lib.* 49. *Dig.* potuiſſet his ob ſingularem vocabuli notionem ordine alphabetico jungere Auctor. Sed cum infra de libellis plenior agendi locus, eo materiam hanc referamus.

† Vox eſt barbara cujus tamen inſignis eſt uſus in Jurisprudentia moderna. Plerique illam a verbo ἄῤῥαιστον i. e. *incorruptum et inviolatum*, alii ab ἄρεστον, *placitum*, quod melius videtur, derivant, P. Peck de *Jure de Jure ſiſtendi c.* 1. *n. et* 2. David. Mevius *tract. Jur. de Arreſtis.* Alios ſignificatus vocis *arreſtum* dedit Du Freſne in *Gloſſario med. Latinit.* apud Gallos notare judicia forenſia tradens, a ſuperiore judice, a quo nulla intercedit appellatio lata, cujusmodi ſunt Parlamentorum. Ideoque quatuor appellationibus inſignita fuiſſe *Arreſta*, *judicia*, *conſilia* et *praecepta*, ſeu *mandata*. Arreſta proprie judicia publice recitata; judicia, decreta, quae a quopiam ex judicibus cauſa examinata in ſcriptis et ſecreto conſeſſu relata, nec publice recitata erant; conſilia dicebantur dilationes litigantibus datae a judice: praecepta appellabantur decreta Baillivis etc. data, ut generalia parlamenti decreta obſervarent.

‡ *Aſſignationem* his jungere potuiſſet Auctor, vocem in Juris-

Authenticum, quod cum auctoritate ſcriptum eſt αὐθεντία enim poteſtas eſt. Petrus Gregor. libro XLVIII. cap. XIV. Authenticum Briſſon. De ſignif. verb. quod vulgo dicimus Originale. *

Auctio-

Jurisprudentia noſtra frequentem, ſignificatu tamen mire variante, Briſſon. de *Verb. Sign.* voce *Aſſignatio.* Proxime ad ſignificatum, quem hic intendimus, accedit *L.* 22. §. 1. *D. Famil. erciſc.* ubi: *Si certam partem unicuique coheredum aſſignet.* et *L. ult. C. de Diſtract. pign.* Sed proxime accedere dixi: omne enim ſimile claudicat. Hoc interim conſtat, accipi vocem adſignare pro obſignare tabulas et cum alio ſubſcribere, *L.* 126. §. 2. *D. de V. Obl.* In eodem ſenſu vero quo hodie hac voce, inprimis ſi effectus juris reputes, veteres illa fuiſſe uſos, probare difficile erit. Eſt autem Aſſignatio, negotium ſeu mandatum, quo debitor creditori debitorem ſuum per ſcripturam arbitraria verborum conceptione facta, expreſſa ſumma ſolvenda et nomine aſſignantis ſubſcripto et adjecto termino ſolutionis, nonnumquam clauſula de rato etiam adjecta adſignat, ut per brevem quaſi manum, ſine ambagibus ſolutio illi fiat. Singularibus Diſſertationibus hanc materiam excuſſerunt, Coccejus de *Aſſignation.* Francof. 1703. et Harprecht de *Aſſignat. nominis* eod. anno. Stryck de *Jure aſſignationis inter mercatores* Halae 1708.

* Hinc proverbialiter dicitur αὐθεντικῶς loqui, pro eo quod fit cum auctoritate, Cic. ad *Attic.* IX. *et* X. *p.* 10. Vulgo quidem authenticum Originale dicitur, ſed falſo. Nec moretur nos Cujacii auctoritas, authentica et originalia paria eſſe pronunciantis, ut originale ab exemplari diſtinguat. Nititur ille *L.* 47. *de Leg.* 2. *Binae tabulae teſtamenti eodem tempore exemplarii cauſa ſcriptae, ut vulgo fieri ſolet.* Vix autem video primum, quaenam in d. l. differentia inter originale et exemplar ſit, cum revera quodcumque exemplar videatur idem eſſe, quod vulgo dicere ſolemus originale. Si enim aliud originale ſeu potius authenticum adfuiſſet, indicare hoc debuiſſet Proculus Nepoti cui reſcribebat, neque dubium manſiſſet reliquum, ſecundum quod-

Auctionariae tabulae. Apud Cicer. in Catilin.

quodnam exemplar legatum foret praeſtandum, cum differentia inter originale et exemplar admiſſa et illo exiſtente, ex duorum inſtrumentorum fide ac comparatione deciſio ſponte fluxiſſet. Paria itaque eſſe videntur originale et exemplar, nec temere ipſum exemplar vocabis originale, cum relatione vel comparatione facta ad prius ſcriptum inſtrumentum, videatur ut originale conſiderandum. Et forſan cautius in d. l. exemplar poſtremum, ſeu ex priore deſcriptum reſpicere debuiſſet Proculus, ſi nimirum conſtitiſſet, quodnam exemplar primum vel poſtremum fuiſſet conſcriptum. Sic quaeſtionem ex mutata voluntate teſtatoris, id ſcil. exemplar, quod poſtremum eſſet, ſequens, decidere in proclivi illi fuiſſet. Patet hinc vulgi ſermonem ex antiquis et inprimis JCtorum, qui adcuratius verba ponderabant, ſcriptis, non eſſe corroborandum. Tandem nec uſi fuere veteres barbara *originalis* voce, quam ſequior aetas ad inſtrumenta privata potius, quam publica et cum auctoritate ſcripta videtur adplicaſſe. Notes itaque veteres authenticum inter et exemplar tantum diſtinxiſſe, ſic ut authenticum ſignificaret id, quod cum auctoritate vel publica vel privata conſcriptum erat; exemplar, quod κατὰ πόδα ſecundum authenticum deſcriptum erat. Eo pertinet *L.* 4. *D. Famil. erciſc. Labeo ſcripſit, vendita hereditate tabulas teſtamenti deſcriptas deponi oportere; haeredem enim* EXEMPLUM *debere dare, tabulas vero* AUTHENTICAS *ipſum retinere, aut in aede reponere.* Adde *L.* 8. *eod. de Fide inſtr.* inſtrumentum authenticum eſt, quod manu publica, teſtium numero, eccleſiae ac Principis ſigillo corrobatum eſt. Differunt ab his omnino noſtra originalia, quae licet plerumque cum authenticis confundantur, privata videntur inſtrumenta ſine auctoritate conſcripta, qualia fere documenta noſtra. Hinc voce authentici generali comprehenduntur quidem originalia, non vero voce originalis authentica ſcripta. Ceterum vox *authenticum* abiit quoque in Juris noſtri volumina multumque negotii fecit Alciato *lib.* 11. *Parerg. c.*46. ſtatuenti, Accurſium ita adpellaſſe Novellas Bulgari tempore translatas, quoniam ex ipſo Graeco originali ad literam tradu-

lin.* *Meo beneficio tabulae novae proferuntur, sed Auctio-*

traductae essent, quam translationem ideo maluit explicare Accursius, quod uberior ei videretur, rejecto Juliani Patricii exconsulis compendio, quod pro legitimo ipsius Justiniani partu haud immerito adgnoscit Alciatus. Ampl. Bynkershoek de *Auctorib. Authentic. c.* I. cum Alber. Gentile de *libris Jur. Civ. c.* VI. conjicit, ipsi Novellarum libro in tabulario aliquo Orientis reperto inscriptum fuisse *Authenticum*, quasi ex Graeco translatum fideliter. Et sic fere Alciatus. Verum transiit vox illa tractu temporis ad excerpta seu compendia vel scholia Novellarum, quae LLbus Codicis adnexa hodie cernimus, et de quarum auctoribus, ut solet, praeclare egit Illustris Bynkershoek d. l. cujus sententiam ut omnium optimam sequitur Beyerus in *Position. ad D. pag.* 30. et Brunquellus in *Histor. Jur. p.* II. *c.* 10. §. 8. quem videsis etiam de Authenticis Frederici I. *d. c.* 10. §. 1. *et* 2. II.

* *Catil.* II. 8. *Agr.* II. 25. Hoc est quod Cicero *lib.* III. *Offic. c.* 13. *proscribere aedes*, uno verbo dixit. *Proscribere Tusculanum.* Idem *lib.* VII. *ad Attic. ep.* I. *Proscribere auctionem lib.* XIII. *ad Attic. ep.* 5. *et* 37. Seneca de *Ben fic.* IV. *c.* 12. Adeo ut vox propria sit huic negotio, et eodem sensu Graeci προγράφειν usurpant, quod probat G. Cuper *lib.* I. *Obs. c.* 17. ex Salmasio *c.* 15. de *Modo usur.* observans, *aedes proscribere tabula*, esse in publico proponere rem venalem, non in ipsis foribus aedium venalium imponere, quod *inscribi* proprie dictum fuisse contendit. Verum falli Salmasium et qui ante illum idem statuit Brissonius III. *Antiq. c.* 8. ex ipsis locis allegatis patere videtur, scilicet ipsi rei venali seu foribus titulos fuisse adfixos vel adpensos. Et nisi me omnia fallant videtur Salmasius confundere rationes publicas, cum hoc proscribendi ritu privato. In illis ex publica auctoritate proponebatur libellus futurae auctionis: hic vero inscribendi ritus, privatim et pro arbitrio cujuslibet patris familias fieri poterat. Prodit hoc signanter mea sententia Plinius *lib.* VII. *epist.* XI. *n.* I. Ego jusseram PROSCRIBI, NON EXSPECTATA AUCTIONE. Labitur etiam doctissimus Cuperus d. l. rei vendendae

ctionariae. Quae ab eodem vocantur *libelli*, Orat. pro Quin-

dae pretium numquam in tabula fuisse propositum adserens, verbis Plinii motus: *auditoque pretio.* Verum difficile erit primum judicare ex Plinio de Graecorum ritu, quem ille ἀφοσιώσεως χάριν et aliud agens tantum recenset, non excutit. Dein poterit explicari vox *audire* pro legendo percipere, cujus significatus frequens apud antiquos est usus. Immo secundum ipsum Cuperum, quod aedibus locandis merces inscripta fuerit, et hic omnino merces, seu *pretium*, aedibus absolute inscribendum erat. Neque cum Cupero *pretium* apud Plinium pro mercede accipiendum puto, sed pro ipso aedium pretio definito, quia a potiori fit denominatio. *Seu quis emere seu conducere vellet* ait Plinius. Adde quod vitia et virtutes aliaque id genus rei vendendae regulariter in tabulis illis auctionariis videantur indicasse, ut patet ex *L.* 13. §. 6. *D. de Action. empti* et Brissonio VI. *Formul. p.* 510. qui tamen nihi probat. Sed de his plura aliquando in Opusculo singulari de *Praecone.* Audiamus jam Plinium *lib.* VII. *ep.* 27. *Deserta*, inquit, *inde et damnata domus, totaque illi monstro relicta:* PROSCRIBEBATUR *tamen: seu quis* EMERE *seu* CONDUCERE *ignarus tanti mali vellet:* En de utroque et τοῦ emere et conducere, dicitur *proscribere:* et de locandis et vendendis, *pretium audivisse.* Inter *proscribere* demum et *inscribere* nulla est differentia: nam et apud Plautum *Trinum.* 2. 131. etiam de venalibus dicitur *inscribere:*

Aedes venales hasce inscribit literis

Et hoc jam observavit Vir Cl. Adr. Henr. Westerhovius ad Terentii illa *Heaut. A.* 1. *sc.* 1. *vs.* 93. *inscripsi illico aedeis mercede*, ubi ad Plauti locum adlatum ita scribit: *Est vero* inscribere *simpliciter venales aut locandas ponere aedes*; inscribere mercede, locandas dare; inscribere pretio, *vendendas ponere.* Pulchre Tibullo *ire sub titulum* est proscribere II. 4. 53.

Quin etiam sedes jubeat si vendere avitas
ITE *sub imperium, sub* TITULUMQUE *lares.*

Sic et Plinius d. l. *legit titulum*, Cicero vocat *tabulam.* Interim miror Cl. Cortium ne γρῦ quidem de nobili hac, ut

Quinctio: *Libellos Sext. Alphenus dejicit.* Eos nempe quibus publice affixis bona proscribebantur, et in certum diem vendenda edicebantur.

Autographum, propria manu scriptum *. Corass. Spiegelius, Brissonius, etc.

Brevis,

ut videtur controversia, ad Plinium adnotasse. Quod reliquum est et vox *proscribere* in eo significatu, ut paulo ante dixi, non infrequens est JCtis: *Si quis pignus proscripserit venditurus*, ait Ulpianus in *L.* 15. §. 32. *D. de Injur.* ubi vide Gothofr. et de tabula auctionaria vide *L.* 13. §. 6. *D. de Action. emt. L.* 22. §. 2. *D. Quod Vi aut clam, Si ad januam meam tabulas fixeris et ego eas prius, quam tibi denunciarem refixero* ibique Gothofred. In agris vero vendendis vel locandis columnae figebantur, Jo. Meursius in *Animadv. Critic. c.* 21.

* Autographa substantive sumpta sunt instrumenta propria manu scripta. Sic vocat illa Imperator noster in *Novell.* XLIX. *c.* 2. Symmachus III. *ep.* 2. *Me juvat vetustatis exemplar de autographo sumere.* Pro adjectivo sumitur apud Sueton. in *Aug. c.* 71. *et c.* 87. *autographae literae* Sidon. IX. II. *autographa membrana* Gellius IX. *c.* 14. *ideographum librum Virgilii* citat i. e. manu propria scriptum, quae vox forsan mutuata est ab *iduariis* feneratorum tabulis, in quibus apochae condebantur. Iduarii enim pecuniam Kalendis elocandam idibus relegebant, vide de Iduaris et ritu hoc singulari P. Pithoeum in *Subseciv. lib.* II. *c.* 4. *in Thes. Critico tom.* II. *p.* 780. JCti testamenta propria testatoris manu scripta nec sola subscriptione firmata vocant *holographa*, Sidon. Apoll. IX. *epist.* II. Ceterum quod de subscribendi formula in medio aevo usitata: *manu propria*, in antecedentibus dixi, mire confirmatur ex eleganti subscriptione Pandectarum Florent. tomo I. addita, quam ex Henr. Ernstio lib. II. *Var. Obs. c.* 28. integram hic adscribam:

CHRISTOPHORUS LANDINUS, SECRETARIUS, MANU PROPRIA

Ego Marsilius Ficinus interfui, dum hoc reperiretur idque manu

Brevis, *Breve*, et *Breves* nominantur libelli, quibus et nomina debitorum et privata quaeque negotia annotantur. Briſſon. Lazius, Spiegel.* *Brevis quidam inventus aſſeveratur inter chartulas confiſcati.* Leg. ult. De conv. fiſc. deb. lib. x. Cod. ita Lamprid. in Severo: *Falſum brevem retuliſſet*. *Breve*

nu propria ſcripſi die IX *Aprilis Anni* 1486. *Petro Bernhardi de Bernhardis ſedente vexilliphero juſtitiae. Quapropter perſpicuum judicamus hoc volumen proprie fuiſſe ab ipſo Juſtiniano compoſitum neque ſolum transſcriptum.*

* Inprimis *breve* vel *brevis*: nam maſculino et neutro genere uſurpatur, notat indiculum nomina militum exhibentem, vulgo Memorial. Vopiſc. *Aurel. c.*36. et in *Bonoſo. c.* 15. Lamprid. *Alex. Sev. c.* 21. Caſſiod. v. *ep.* 31. Symmach. x. *ep.* 48. ibique Juretus, Stewechius ad *Vegetium*, II. *de Re mil. c.* 19. quae et *pittacia* dicebantur, de quibus ſupra. Adde Jac. Gothofr. ad *Cod. Th. L.* XI. *de Erog. milit.* Mercer. II. *Opin. Jur. c.* 17. Sic in *L.* 14. *C. Th. de Navicular. Eorumdem autem naviculariorum ex fide nobis nomina, loca, ſubſtantiae, nuncientur* BREVIBUS *duplici ratione conſcriptis.* De quadrimenſtruis brevibus i. e. qui ſingulorum quadrimenſtruorum tributorum rationem et notitiam continebant, integer exſtat titulus in Codice *Th. tom.* IV. *tit.* 25. Denique ſunt libelli et chartulae quae a ſcrinio Principis proficiſcebantur, vel ad illud deferebantur, *d. L.* 5. *C. de Conv. fiſc. debitor. L.* 1. *C. de Apochis L.* 3. *C. de Canon. larg. L.* 3 *C. Th. de Indulg. debit. L.* 2. *C. Th. de Bon. vac.* aliaeque plures. Revera idem ſunt quod *Calendaria*, Codices rationum, ἐπιλομὴ in *L. ult. D. de Peculio L.* 3. *C. de Compenſat.* Dicitur etiam λογάριον in *L.* 3. §. *Servius D. de Pen. legat.* Unde et Logiſtae et Logographi in *L.* 4. *C. de Tabul.* de quibus ſuo loco. Graecis vocatur βρέβιον, *Baſilic.* VII. *tit.* 18. *c.* 14. 18. *lib.* 22. *c.* 80. ibique Scholiaſt. Du Cange in *Gloſſar. Graecit.* voce βρέβιον. Hinc in *Nov.* 105. *c.* 2. §. 4. brevium confectores vel deſcriptores dicuntur βρεβιάτορες. Alia late de his brevibus excuſſit Idem du Cange

ve nominum conscripsit. Vopisc. in Aurel. et Livius libro IX. Decad. IV. *In breve coactae caussae. Milites suos sic scivit, ut in cubiculo haberet breves,* etc. Lamprid. in Alexand. Sic *Brevia Apostolica* dicta, quod olim imagine plumbea signarentur, nunc vero expediantur sub sigillo breviori. Gregor. Tolos. lib. XV. cap. XLII.

Breviarium totius Imperii, Suet. August. cap. CI. *Breviarium* rationum Galbae, cap. XII. *Breviarium* omnis culturae, Plinius lib. XVIII. *Breviariae rationes*, apud Scaevolam, Leg. ult. De pecul. legat. * *Breviculus*, apud Spiegel. in Com-

A a ment.

ge in *Glossar. Latin.* ubi varia, ut solet, curiose adtulit. Inde venit etiam nostrum *Brief*, et barbarum illud *brevia*, pro epistolis Pontificum Romanorum.

* Seneca *Epist.* 39. parum Latinam esse vocem contendit: *sed vide ne plus profectura sit oratio ordinaria quam haec, quae nunc vulgo breviarium dicitur. Olim cum latine eloqueremur* summarium *vocabatur.* Torrentius ad d. l. Suetonii putat melius dici *formulam.* De hoc vero breviario Augusti ita Tacitus *lib.* I. *Annal. c.* 2. *In hoc opes publicae continebantur, quantum civium sociorumque in armis, quae classes, regna, provinciae, tributa aut vectigalia, et necessitates, ac largitiones.* Et Dio Cassius de Augusto scribit, fuisse eum virum πολιτικώτατον. Vide de hoc Augusti breviario Gutherium *lib.* I. *de Offic. dom. Aug. c.* 2. Notandum pariter, breviarium illud quod hodie circumfertur et post Gronovii librum de *Pecunia vet.* reperitur, non esse authenticum, et forsan a Graeculis, qui omnia quorum auctorem ignorabant ad Augustum referebant, confictum. In transitu etiam notes Augustum, fuisse imitatum Cn. Pompejum, de quo Cic. *Orat. pro Balb. c.* 6. Idem Theodosius egit, cujus Notitiam imperii a Pancirolo notis illustratam Alciatus pariter breviarium vocat. Item & Constantinus Porphyrogenita in libro de *Admin. imper. ad filium,* Ex Novitiis Jacobus

ment. Prudentii, quam vocem quoque Alciatus restituit in Rubr. Cod. De Sent. *ex breviculo* (non periculo) *recitandis*. *

Bulla,

bus Rex Angl. in libro: *Donum regium ad filium* et Amurathus Turcarum Imperator, vide Leunclavium in *Amuratho*. In Jure Canonico breviarium notat librum ex quo missa praelegebatur, vel in quo ceremoniarum ritus, officiorum ordo et Psalmorum cantus κατάργυρα continebantur *c.* 1. X. *et c.* 3. *de Pignor.* ubi sacerdotis cujusdam, *medietatem breviarii* pro sua necessitate pignori obligantis, heredes breviarium restituere jubentur. Mirum posset videri dimidiatam breviarii partem oppignoratam fuisse, nisi constaret, libros sacro usui destinatos ornamentis tegumentisque aureis argenteisque vestitos variisque voluminibus fuisse distinctos, quod Innoc. Cironius *lib.* II. *Obs. Jur. Canon. c.* 12. jam observavit.

* Adde Alciatum I. *Dispunct.* 21. cui adstipulantur Haloander, Budaeus a Gothofredo in not. adducti. Junge his R. Corsi I. *Indagat. c.* 8. Cujac. V. *Observ.* 25 periculum, indicem seu libellum esse existimat, quod displicet Hotmano III. *Obs.* 20. et Salmasio de *Mod. usur. c.* 15. *p.* 66. quia sententiae recitatio non summatim in libellum brevem seu indicem conjicienda. Lepidi sunt, qui periculum dici putant, quia sententia non possit sine discrimine pronunciari, Praetorem quemdam Genuensem allegantes, qui cataphractus equo insidens sententiam olim tulit, damnati vindictam timens, Gothofr. d. l. Aliter Perrenonius II. *Animad.* 17. ex *breviculo*. Adduens. II. *Explic. p.* 575. *T.* II. *Thes.* Herald. *c.* 50. *Obs. & ad Jus Attic. lib.* II. *c.* 7. §. 4. legens ex *pariculo*. Et sic Grot. *Flor. spars. pag.* 38. ex periculo, quasi ex memoria explicat. Adde Cl. Ottonem in *Praefat. d. tomi pag.* 20. 21. cum Cujacio *periculum* retinentem. J. Langlaeus *lib.* V. *Semestr. c.* 50. notatus est ab Autumno; sed mox *p.* 244. vulgatam lectionem tuetur. Ego vero hic: ἔτι πάντα, ἔτι πάντοτε, ἔτι παρὰ πάντων. Sufficere inscriptionem in Cod. Theod. pari verborum structura formatam in C. Just. eamdemque *periculi* vocem in *L.* 2. *d. tit.* repetitam, dudum viderunt alii. Vix tamen video, cur adeo

tena-

Bulla, ſcriptura eſt in membrana, plumbo, auro, argento, vel aere funiculis pendente, jure inſignita. Rebuffus 1. part. prax. benefic. Sunt enim *Bullae* Latinis res tumidae, quales pueris de collo ſuſpendi ſolent * vocantur autem *Plumbatores*, qui plumbeas haſce bullas membranis appen-

 dunt.

tenaciter vocabulo *periculi* inhaereamus, cum obvia ſit in utroque Codice vocis breviculi auctoritas, neque idoneus facile ſponſor quisquam fuerit, librarium adcuratius ſcripſiſſe Codicem Theodoſianum, et ex mente Legislatoris poſuiſſe ex *periculo*. Si tamen conjecturis, ut ſolet in nugis illis, res agenda, nec ego parcam periturae chartae, exiſtimans a re militari, ut ſolebant frequenter, mutuatam et ad forum adplicatam fuiſſe hanc vocem: quemadmodum enim in bello *periculum* ſaepe pro ipſa acie et ejus eventu accipitur, ſic et ad ſententiae recitationem, quae anxios et ſuſpenſos tenet litigantes, pulchre vocabulum hoc videtur eſſe translatum. Sic ſaepe in Jure noſtro *pericula cauſarum*, et quae plura.

* De bulla hoc ſuperioribus addendum, quod amuletum quoddam intra ſe habuerit, maxime ea, qua ornati erant triumphantes. Quale id fuerit, conſtare puto nemini. Conjecto tamen de re magica. Uſitata enim talia veteribus fuere. Pueri profecto habuere, quod vocabant fascinum, Pignorius in *Menſa Iſiaca*: *Hinc Neuroſpaſta apud Lucianum, et remedium praebiave in collo pueris res turpicula, Faſcinus videlicet, quem infantium cuſtodem appellat Plinius.* Addit ibi ſpeciem ex lapide lazuli: Manus eſt, pollicem inter indicem digitum et medium protendens, atque ita praebens ſpeciem virilis membri. Adluſit ad id Cario apud Plauti militem, *Act.* v. Sc. 1. *Faciam*, inquit, *quaſi puero* IN COLLO *pendeant crepundia.* Figura bullae exhibetur in *Memoir. des literature Tom.* 2. *p.* 253. de bullis multa agenti merito occineres: cui non dictus eſt Hylas? vide interim Sponium *Miſc. Erud. Antiq. Sect.* IX. *p.* 299. Erunt tamen, quae et hic Auctori omnino addi debent, materiae noſtrae magis conſentanea. Bulla apud Romanos notabat pariter ta-

bellam

dunt. Vestrius Octavianus libro I. Introductio-
nis

bellam pensilem, dies fastos a nefastis indicantem et distinguentem, ad exemplum Kalendariorum nostrorum in aedibus propendentium, diesque sacros a profanis distinguentium, Petronius *c.* 30. ibique Lotichius *pag.* 221. Aetas barbara postea diplomatibus Principum inposuit nomen *bullae*, propter sigilla illis adpensa cerae inpressa capsulisque ex auro, argento, vel plumbo inclusa. Hinc *bullare* est sigillare et *Doctores bullati*, qui sine praevio legitimo examine nudis hisce bullis sigillatis superbiunt, de quibus integram scripsit Dissert. J. G. Simon Jenae 1670. Hinc etiam lex illa Germanorum fundamentalis Caroli IV. Imperatoris *Aurea Bulla* dicta est, quam Commentario praeclare illustravit Ill. P. a Ludewigius, Doctor meus. Bulla autem dicitur a Graeco βυλὴ duplicata liquida, quia in illis Imperatores aliquid consulerent aut decernerent. Et recte notat Christoph. Colerus *c.* IV. *Pareg.* Φιλαύτυς καὶ δοκησισόφυς illos, qui omni antiquitatis ratione insuper habita, aureas bullas auctoritatis et dignitatis caussa adpendi solitas fuisse conjectant. Ex solido vero fuisse auro ejusmodi integras seu patentes bullas compositas, conjicit Colerus, ex Themistii *Orat.* 6. in verb. Ἐγὼ μέντοι ὐκ ἐπ᾽ ἐκείνῃ τῇ δέλτῳ, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἄλλῃ μείζονι καὶ τελειοτέρᾳ ἤ καὶ τὰς δέλτυς ἐκείνας, ὕδε ἔχει ἐπ᾽ ἐξυσίας ἥν ὐκ ἐποίησαν ἐλεφαντυργοὶ ὐδὲ χρυσοχόοι, quod ita Latine reddere possis: *Ego tamen non in illa tabula sed in alia majori et perfectiori istos pugillares noveram habere super dignitate, sed non fecerant eburnei artifices neque auri fabri*, seu caelatores, ut Budaeus vocem explicat ad *Pand.* Inde vero non sequitur, artificem aureos fecisse pugillares, qui solum sigillum vel capsulam fecerat sine dubio. Nihil itaque exinde probari poterit, cum me judice figurate loquatur Themistius. Nusquam etiam, quantum scio, ex solido auro legimus tabulas vel pugillares fuisse confectos, bene tamen aureis literis veteres scriptitasse. Non est ergo quod Colerus fluctuet haereatque. Ad exemplum Constantinopolitanorum postea et Pontifices aureis bullis usi fuere, vide *Clement. c. unic. in fin. de Jurejur. cap. praesentium.* 2. §. *testes de Testibus*, quod mirum, cum in aliis raro Imperatorum ceremonias secuti fuerint, nisi nomine minimum muta-

nis in R. Aul. act. cap. III.

mutato. Et licet Innoc. Cironius *lib.* II. *Obs. Jur. can.* c. 15. ambitionem illam defendere videatur, frigida nihilominus manebit consequentia: *quia per eos loquitur Spiritus Sanctus*, recte ergo sunt vel dici debent aureae bullae. Idem Cironius I. *Obs. c.* 2. explicat bullam Pontificum dimidiatam, id est, sigilla Apostolorum Petri et Pauli vultibus ex una parte insculpta, ex altera sine aliqua caelatura et inpressione signi vel nominis. His utuntur noviter creati Pontifices, donec sollemnia consecrationis perfecta fuerint. His vero aureis bullis tam Imperatores quam Pontifices non aliter usi fuerunt, nisi in caussis publicis et ad Reges, Sultanos, toparchas; ad minores vero dominos, patriarchas et reliquos utebantur plumbeis, vide eleganter Du Fresne in *Glossario*, et Meursium in *Glossar.* in Κυροβύλλον Mabillon. de *Re diplom. lib.* II. *c.* 16. *p.* 141. ubi contra Du Fresne Carolum Magnum aureis jam sigillis ad exemplum Orientalium usum fuisse probat. Adde Thulemarium, qui in singulari tractatu de *Bullis* forsan omnium diligentiam superavit.

Cambium iterum praeteriit auctor, cum nihil sit hac scripturae specie notabilius. *Cambire* vel campso camsare Latinis est permutare, quod ἀπὸ τῦ κάμπτω, ἔκαμψα Graeco, esse videtur, Du Cange in *Gloss. Latin.* voce *cambire*. Priscianus *X. pag.* 906. I. *Feud.* 22 II. *Feud.* 25. Alciat. I. *Parergor. c.* 45. ubi et de deductione, quam pro permutatione faciebant argentarii, vulgo *Lagium*, quod ex Polluce in verb. ἀργυρίε ἀλλαγὴν deducit. Ejusmodi vero cambia, ut hodie habemus, veteribus prorsus incognita fuere, hodie tamen usitatissima sunt ad utilitatem commerciorum introducta. Est autem cambium proprie contractus consensualis de pecunia certo in loco prompte solvenda per scripturam declaratus: licet enim mutuo consensu et nuda promissione perfici possit, plerumque tamen literae cambiales de negotio peracto conficiuntur ad probationem et causam determinandam, seu processum promovendum, vide Zipfel *Dissert. de Tess. collyb. Sect.* 6. qui in Italia 1585. coepisse a Gibellinis, et in Gallia a Judaeis introducta fuisse cambia autumat. *d. l. in proem. pr.* Secundum stilum mercatorum quatuor in literis cambialibus obser-

Chirographum, cautio eſt propria manu ſignata et ſcripta. Unde proverbium natum Ciceroni: *Agere tabellis obſignatis*, hoc eſt, ex fide chirographi. *

Cautio

ſervanda ſunt. I. Epigraphe, quae nomen divinum, tempus, locum et ſummam continet II. Tenor, qui mandatum de ſolvendo, tempus, mentionem literarum cambialium, ſummam literis aut cifris expreſſam, confeſſionem valutae, relationem ad ſpeciale mandatum, vulgo aviſo, et votum continet. III. Subſcriptio, nomen Traſſantis i. e. qui ſolutionem alio loco faciendam repromittit, in parte ſiniſtra inferiori exhibens. IV. Inſcriptio, quae nomen futuri acceptantis et debitoris ſiſtit, vid. Zipfel d. l. *Sect.* 6. Vogt de *Camb. th.* 7. Franck. *vom Wechſel regt.* Singulare hoc adnotat Zipfel *Sect.* VII. §. 9. quod omiſſa mentione vocabuli *Wechſel-brief* literae cambiales non habeant privilegium cambiale, adeoque nec arreſtum perſonale, ſed proceſſum executivum tantum producant.

* Chirographum proprie eſt manu ſcriptum ſeu quaevis ſcriptura propria, quo ſenſu et Paulus ad Coloſſ. I. *vs.* 14. intelligendus eſt. Et Paulus JCtus in L. 30. *D. de Teſtam. Singulos teſtes qui teſtamento adhibentur, proprio chirographo adnotare convenit.* Origo debetur Graecis, ut late Salmaſ. de *Mod. uſur. c.* 10. Adcuratius tamen illi chirographum hac ſignificatione ἰδιόχειρον appellant, χειρόγραφον vero proprie ad contractus pertinet, Torrent. ad *Sueton. Veſpaſ. c.* 3. Synonyma apud Romanos erant: *Obligatio nominum*; *ſi certum petatur, condictio certi*: Juſtinianus vero omnem vocis chirographi memoriam ex Codice ſuo expunxit, ſubſtituens titulum in Inſtitutionibus de *Obligat. literar.* non obſtante, quod in Codice Theodoſ. *lib.* II. *tit.* 27. inſcriptionem invenerit hanc: *Si certum petatur de chirographis.* Definitur chirographum in ſenſu Juris: ſcriptura privata, ſubſcriptione et ſigillo debitoris confirmata, cauſa debiti ejusque ſumma expreſſa, adjecto plerumque tempore vel termino ſolutionis faciendae. Brevius; eſt debitoris manu ſignata cautio, συμβόλαιον γραμματεῖον auctore Heſychio.

Hoc

Cautio autem generatim est omnis scriptura quae seu ad liberandum seu ad obligandum datur pro chirographo. Brisson. lib. III. De verb. signif. *

Hoc producto, quod mirum videbitur, magis onerabatur creditor quam debitor: hic enim frustra scripsisse et spe futurae numerationis, creditor mutuum, quod non dederat repetere, credebatur. Verum haec perspicua sunt illis, qui vel primis labiis Jura degustarunt. Differentiam inter chirographum et syngrapham docuit Ascon. Cicer. *pag.* 94. et ex illo Corasius I. *Misc. Jur.* *c.* 18. *n.* 6. Adde Auctorem infra.

* Voce *cavere*. Inprimis huc facit L. 40. *D. de Reb. cred.* Et epistolam emissam cautionem adpellat Marcellus in L. 24. D. *de Pecun. constituta* juncta L. 27. et 82. §. *ult.* D. *de Furt.* Immo videtur phrasis propria JCtis: *cavere chirographo*, ceu patet ex adlatis Legibus apud Brissonium.

Codicem et *Codicillos* iterum praetermisit Auctor, quorum tamen cognitio haud injucunda erit juris Studiosis. Codex plurium tabularum contextus erat, in quibus scribebant olim Romani. Hinc Juvenalis *Codicem saevum* vocat testamentum inofficiosum, *Satyr.* X. *vs.* 236. Inde Codices *eborei*, *chartacei*, Ulpianus in *L.* 32. *D. de Legat.* 2. et integra illa Constitutionum Imperialium corpora *Codices* dicebantur. De differentia Codicum et Voluminum vide Salmasium de *Mod. Usur.* *c.* 10. *pag.* 405. Hinc diminutivum Codicilli seu tabulae minori forma compactae, quibus utebantur festinantes, in itinere, conviviis, et Senatu, Cl. Burman in *Praefat. ad Petron.* quare vox propria erat epistolis, et inprimis illis, quae ad praesentes mittebantur, Lipsius *Epist. Inst.* *c.* 2. Pariter et diplomata et constitutiones Principum, quibus honores deferebantur, codicilli audiebant, Sueton. *Claud.* *c.* 29. *Codicillos officiorum* et in *Tit.* *c.* 42. De Codicillis vacantibus et honorariis vide Jac. Gutherium *lib.* I. *de Offic. dom. Aug.* *c.* 14. Dicuntur etiam *literae* apud Amm. Marcell. XXVIII. *c.* I. ubi Valesius *pag. m.* 556. edit. Gronov. probat πινακίδας Graecis dici, apud Themistium *Orat.* XVII.

Commemoratorium, invenitur apud Auguſtinum contra Creſcon. lib. III. cap. XXIX. apud Optatum contra Parmen. lib. I. pro *Inventario* quo cenſa erant bona Eccleſiaſtica. Baron. Tom. II.

Commentarius et *Commentarium*, in quo rerum capita tantum ad iuuandam memoriam ſcribuntur. Budaeus. Ita *Diurni commentarii*, apud Suetonium in Auguſto cap. LXIV. *Pontificum commentarii* apud Ciceronem De claris Oratoribus. Barbari *Regiſtrum* vocant. Feſtus ait appellari ſolitos *Monitores*. Symmachus *Monitoria* *. Fuiſſe et *Commentarios* in

et a Gloſſis veter. *πινακίδας βασιλικὰς* et a Themiſtio *Orat. IV.* *σφηλάτους δέλτους* codicillos curatos. Iſidorus Peluſiota *lib.* II. *ep.* 5. *δέλτους ἐξ ἐλεφάντων* vocat. Cum codicillis autem mittebantur inſignia, unde inſignia pro codicillis ſumuntur apud Ammian. *lib.* XX. *p.* 302. et apud Graecos, vide Valeſ. d.l. ſymbola magiſtratuum nihil aliud fuere quam Imperatoris codicilli, diverſi tamen pro diverſitate magiſtratuum. Praefecturae enim dignitas aureis, reliquorum magiſtratutum eburneis codicillis deferebatur, ſecundum Valeſium. At ſine dubio de bullis aureis locus Themiſtii eſt intelligendus, vide ſupra *pag.* 372. in *not.* Apud JCtos vox Codicillorum eſt uſitatiſſima, et ab illis accipitur pro ultima voluntate minus ſollemni. Ejusmodi epiſtolas ſcribebant morituri ad heredes *pr. Inſt. de Codicill.* et forma illarum erat epiſtolaris : *Lucius Titius heredibus primis et ſecundis ſalutem*, *L.* 56. *D. de Fideicom. lib.* Unde etiam Epiſtola vocatur in *L.* 89. *pr. de Leg.* II. *L.* 7 *C. Qui teſt. fac. poſſ.* Ceterum labitur Cajus, codicillos in plurali ſemper proferri exiſtimans, uti pugillares, *L.* 148. *D. de Verb. Sign.* contrarium diſcimus ex *L.* 19. *D. de Jur. Codicill.* *L.* 38. *D. de Cond. et demonſtr.* *L.* 14. C. *de Teſtam.* vide Forner. II. *Select. c.* 9. Freher. II. *Parerg. c.* 25.

* Commentarius eſt quaſi memoriae promptuarium ſummas rerum domeſticarum continens, Gallis dicuntur *Memoires*,

in quibus notabantur *nomina captivorum* observat

Aa 5 Hotho-

moires. Ascon. in *Cicer. pag.* 86. *Moris fuit unumquemque domesticam rationem sibi totius vitae per dies singulos scribere.* Cicero passim pro historia compendiosa vocem accipit & II. ad *Attic.* 1. commentarios consulatus sui graece scripsisse tradit. Facit huc ambitiosa inscriptio apud Fabrettum c. II. *Inscr.* 165. Melioris Calculatoris, qui praecocibus ingeniis adnumerandus: *vixit* XIII. *ann. tantae. memoriae. et. scientiae. fuit. ut. ab. antiquorum. memoria. usque. in. diem. finis. suae. omnium. titulos. superaverit. singula. autem. quae. sciebat. volumine. potius quam. titulo. scribi. poterunt. nam.* COMMENTARIOS. ARTIS. SUAE. *quos. reliquit. primus. fecit. et. solus. posset. imitari.* Inde etiam Commentaria Principis, seu libelli in quibus Princeps nomina eorum omnium perscribebat, quibus reipublicae administratio aliqua data erat. His libellis qui praeerat Commentariensis audiebat, a Commentariis Pancirol. in *Not. Imp. c.* 13. *p. m.* 32. Jac. Guther. II. *de Offic. dom. Aug. c.* 13. *p.* 392. Ad classem horum commentariorum refer quoque *commentaria beneficiorum*, in quibus omnia concessa et data a Principe descripta erant. *L.* 32. *D. Ex quib. caus. major.* et Guther d. *l. lib.* 1. *c.* 37. ubi verba d. l. *qui ad aerarium delati aut in commentarium Principis delati sunt*, explicat. Verum P. Perrenon. II. *Var. lect. c.* 26. τὸ πρῶτον *deferre* explicat, mittere ad aerarium: alterum *deferre* pro *inscribere*, *referre* in commentarium. At ex hac explicatione incertior sum quam dudum. Quid enim inde concludes? deferre est mittere, ablegare; deferre est etiam inscribere, ut in L. 18. §. 12. *D. de Muner. et honor. qui mittuntur ad sacrarium Principis.* Debuisset enim docere, quid intersit inter deferre ad aerarium, et deferre in commentaria Principis. At quaenam ergo haec est differentia? εὕρηκα εὕρηκα! Notum est discrimen inter aerarium, quod Populi, et fiscum, qui Principis erat. Ad aerarium sunt referendi Proconsules et legati eorum; Praesides vero et comites eorum itemque Procuratores Caesaris ad commentarium fisci. Sic non indigemus explicatione Perrenonii nimis contorta, et *deferre* generaliter pro *inscribere* accipere possumus. Ratio vero, cur Modestinus ita distinguit in propatulo est,

ut

Hothomann. qui vero hos servabat, dicebatur Commentariensis, L. IV. Cod. De custod. reor. vide praeterea Budaeum et Brisson. lib. III. De signif. verb.

Condicta erant eadem quae programmata publice fixa. Ita vocata, inquit Festus, *quod in commune dicta ac decreta sint*. Spartianus in Hadriano*: *La-*

ut distingueret munera quae ad aerarii tabulas pertinebant, ab illis, qui ad fisci commentaria referebantur, item ne nimium annonarum ratio oneraretur & ut certus esset et definitus numerus personarum, quibus praestentur, vide *L.* 41. §. 1. D. *de Excusat. tut.* L. 2. *C. de Offic. praef. praetor. Afric.* et qui, haec dum scriberem, sententiam meam confirmat P. Burgius *Elect. c.* IX. *pag.* 326. *Tom.* I. *Thes. Jur.*

* *Hadr. c.* XI. Frequens est vox condicere JCtis, sed alio in significatu sc. pro denunciare: moris enim erat, ut prisci Quirites rus colentes per viatorem statuerent diem certum, quo in judicio lege vellent agere, Gellius XVI. *c.* 4. Torrent. ad *Sueton. Claud. c.* 21. J. F. Gronovius I. *Obs. c.* I. Tractu temporis vero triplex evasit condictionis significatus, sic ut vel pro actione quacunque, tam reali quam personali, acciperetur, quia olim, teste Ascon. *Verrin.* III. in utraque denunciatio opus erat: *Comperendinatio*, inquit, *est ab utriusque litigatoribus invicem sibi denunciatio in perendinum diem: namque cum in rem aliquam agerent litigatores.* etc. Deinde speciatim notat omnem actionem in personam, §. 15. *Inst. de Act. L.* 25. *D. de Obl. & Act.* et denique remedia quaedam Juris Gentium κατ' ἐξοχὴν condictiones dicta, quarum sedes est in Pandectis *lib.* XII. a *tit.* IV. ad *tit.* III. *lib.* XIII. E. Merill. III. *Obs.* 31. Plura de voce condictionis dabit Gronovius allegatus, Riccius *c.* 17. *Vindic. Jur. tom.* II. *Thes. Jur.* Cl. Duker de *Latinit. Veter. JCtor. p.* 307. *seqq.* Haec quoad vocis originem; verum quod rem ipsam attinet videant alii, quibus altior harum deliciarum cognitio, num auctor recte per *condicta* intelligat programmata adfixa. Festus allegatus hoc non tradit

Laborabat ut condicta militaria diligenter agnosceret.

Commonitorium legitur Leg. unic. Cod. De suffrag. Significat scripturam conventionis apud Cassiodorum lib. VII. Variarum.* Pro commentario ad

tradit, neque Spartianus in *Hadr. c.* XI. ubi Casaub. et Salmasius dudum adnotarunt, *condita militaria* legendum esse, i. e. annonariae species militibus erogandae, quaeque in limitaneis civitatibus adservabantur. *L.* 10. *C. Th. de Numer. actuar.* aliaeque ibi allegatae. Debuisset ergo auctor docere, condictiones seu condicta per scripturam pariter fuisse facta. Apud Graecos res extra dubium esse videtur, & probat Barthius *lib.* IV. *Adversar. c.* 15. ex Alciphron. *lib.* I. *Ep.* 17. et Rufino II. *Histor. c.* 24. *inscriptum* notare adcusatum. Idem tamen haud recte notat Plautum in *Aulul.* IV. 10. 30. et *in Penulo A.* III. *Sc.* 6. *vs.* 6. & Terentium in *Phorm. Act.* I. *Sc.* 2. *vs.* 75. Graecorum ritum pro Romanorum more non perperam confundentes: nam Athenis actas has comœdias constat, & mores Atheniensium tractant. At neque haec sufficere videntur, nam et apud Romanos pariter ac Graecos *inscriptio in crimina* erat in usu, quod probant tantum loca a Barthio adlata. Heraldus ad *Jus Attic. lib.* II. *c.* 10. §. XI. *&. tot. tit. D. et Cod. de Accusat. et inscription.* et plura infra, voce *subscriptio.* Sed in crimina: num vero in actionem civilem, quaestio est. Verum salva res est: nam et scripto seu libello fieri posse citationem, si absente citando, vel domesticis ejus in faciem fieri haud possit, constat ex *L. ult.* §. 2. *D. Quod vi aut clam. Auth. Offeratur Cod. de Litis contest.* praeter alia citationis requisita, ad *tit. D. de In jus vocand.* ab interpretibus explicata, quaeque hic repetere supervacuum erit. Hoc unum notes, quod ipse judex ejusmodi citationis libellum debeat subscribere vel sigillo suo confirmare, *Nov.* 53. *c.* 1. §. 1. Quae omnia, etsi satis vocem *condicta*, in sensu quo illam accepit Auctor, tueri possent, nihil me tamen movent, quin ab Auctore hic dissentiam, et sine veterum auctoritate significatum novum voci *condictionis* adfingere erubescam.

* *Commonitorium*, de quo hic auctor, erat libellus, cui

ad memoriam juvandam accipitur ab Auguſtino epiſt. CXXIX. et CLVIII. a Vincentio item Lyrinenſi lib. Contra profan. Nov. *

Dia-

cui veluti memoriali et monitorio negotium aliquod committebatur, cui implenda quaedam mandabantur, teſte Symmacho I. *ep.* 62. et *lib.* V. *ep.* 26. et Jureto in Symmach. *lib.* V. *ep.* 26. Amm. Marcell. *lib.* XXVIII. *Commonitorium repertum eſt manu ſcriptum Hymetii.* Mentio commonitorii hujus fit in *L.* 2. *C. Th. Si cert. pet. et* in L. *ult. in fin. Cod. de Accuſation.* ubi pro ſecretis mandatis accipiuntur. vide Jac. Gothofr. ad *d.* L. 2. *tom.* I. *pag.* 223. et J. N. Loenſis *lib.* IV. *Miſcell. c.* 6. *tom.* V. *Theſ. Critic.*

* *Corpus*, pro libro et volumine apud veteres paſſim accipi Auctor hic debuiſſet adnotare. Sic Cicero V. *ad Fam. Ep.* 12. *n.* 12. *modicum corpus* et II. *ad Attic. Ep.* I. *Hoc tuum σῶμα curabo.* Plinius II. *Ep.* 10. *n.* 3. et *lib.* VII. *ep.* 9. *n.* 6. Ovid. II. *Triſt.* II. *vs.* 535. Seneca de *Tranquill.* IX. *cur ignoſcas homini* corpora *conquirenti, aut ignotorum auctorum, aut damnatorum & inter eos millia* librorum *oſcitanti.* Pulcra translatio a corpore humano ad volumina: nam et *membra* ſaepius de librorum partibus, ſectionibus et capitibus dicere ſolemus, Plinius *d. l* VII. *ep.* 9. *n.* 6. *nova velut membra peracto corpori intexere.* Sic *corpus Homeri* in *L.* 52. §. 2. *D. de Legat.* II. *Corpus Ulpiani, inſcr. Fragm. Ulp.* et *corpus Juris,* Livius III. *c.* 34. *Vulgatur deinde rumor, duas deeſſe tabulas, quibus adjectis abſolvi poſſe* velut corpus omnis Romani juris. Et *L. unic. pr. C. de Rei uxor. act.* et σωματοποιΐα legum, *Nov. Leonis* I. Hinc ipſa lex quaſi anima corpori incluſa *animata* dicitur in *Nov.* 105. *c.* 2. *in fin.*

Decretum oblitus fuit Auctor, quorum notitia Juris ſtudioſis non ingrata erit. Theophilus de *Jur. Nat. et Gent. et Civ.* §. 6. decretum Principis vocat ἀπόφασιν, ſententiam ab illo prolatam, duas inter partes, quarum de cauſa ipſe cognoſcit et judicat: Διακριτόν ἐστιν ἀπόφασις βασιλέως μεταξὺ δύο μερῶν παρ' αὐτῶν δικαζομένων ἐκφερομένη. Haec decreta, ſeu cognitionales ſententiae, ut dicuntur in *Nov.*

Th.

Diarium (interpretamentum eſt Sempronii Aſellio-

Th. et Val. 6. legis habebant vigorem et in ſimili caſu obligabant L. *fin.* C. *de Leg.* et in hoc differebant a decretis magiſtratuum, quae cauſam tantum propoſitam et ne illam quidem ſemper, ſi nimirum appellatio intercederet, dirimebant, obſervante Theophilo *d. l.* Videntur demum decreta differre a cognitionibus Principalibus, patetque ex inſcriptione *L. fin. D. de Hered. inſtit.* alios fuiſſe Pauli Cognitionum imperialium libros, alios Decretorum. Et alia fuere decreta in auditorio prolata, alia in cognitionibus pro Tribunali, quae publice et palam in ſollemnibus actionibus et gravioribus e. g. in cauſis ſtatus, referebantur. Sic melius Cujacio *lib.* 11. *Obſ. c.* 26. rem definivit Jac. Gutherius *de Offic. Dom. Aug. lib.* 1. *c.* 21. *p.* 98. ubi et *c.* 20. *p.* 92. eleganter de differentia tribunalis et auditorii. Caute admodum judicabant Principes circa res litigioſas, ut patet ex eleganti *L.* 67. §. *fin. D. de* Legat. 11. Adhibebant etiam ad decreta illa Jurisperitos, adſeſſores, quod de Auguſto perhibet Suetonius *c.* 35. *in fin.* et de Tiberio Tacitus 1. *Annal. c.* 75. De Hadriano teſtatur Spartianus *c.* 18. *Quum judicaret in conſilio habuit non amicos ſuos aut comites ſolum, ſed Juriſconſultos.* Adde Jac. Gothoft. ad L. *ult.* C. *Th. de Offic. jud. omn.*

Deſideria. Hanc vocem omnino huc pertinentem pariter praeteriit Auctor, quae tamen frequenter occurrit apud Veteres, inprimis JCtos medii aevi. Notat autem libellum ſupplicem aut preces libello comprehenſas, vulgo *Requeſtas, L.* 4. §. 5. *L.* 9. §. 4. *D. de Offic. Proconſ.* Et *poſtulare* eſt *deſiderium* ſuum exponere, *L.* 1. §. 2. *D. de Poſtul. L.* 11. *D. de Offic. Praeſid.* pluresque aliae citatae apud Briſſonium voce *Deſiderium.* Imperator Theodoſius in *L.* 2. *C. Th. Si cert. pet. de Suffrag. qui*, ait, *deſideria ſua explicare cupientes*, ubi pulchre Jac. Gothofredus ad *d. l.* oſtendit etiam de iis uſurpari, qui extrema ſuffragia, id eſt baptiſmum vel euchariſtiam in extremo vitae termino poſcebant, hinc *deſiderata* pro ipſo ſacramento, quia diem illum τῆς κοινωνίας multis votis proſequebantur, *L.* 1. *Cod. Th. de Scenicis*, ibique J. Gothofred. Demum pro cauſa in judicio deducta vocem

ſellionis, ait Gellius libro v. cap. xviii.) idem quod ἐφήμερις. *

Digeſtum † nomen primum inventum a Salvio Juliano,

vocem hanc ſumi probat G. Pancirolus 1. *Var. lect. c.* 77. Tandem et pro poſtulatis Civitatum.

* Proprie diarium eſt dimenſum cibi pro uno die, Petron. *c.* 24. Martial. 11. *ep.* 109. Pignor. de *Serv. p.* 160. quo in ſignificatu et *diurnum* apud Senec. *ep.* 80. Tacit. xvi. *Ann.* 22. aliosque occurrit. Sic *diurnum* pro victu unius diei apud Scaevolam in *L.* 47. §. 1. *D. de Adm. et per.* invenies. Hinc apud JCtos *diarium* ſignificat victum diurnum, cibaria diurna, quorum legato neque habitatio neque veſtiarium neque calcearium debetur, quia tantum cibum teſtator ſenſiſſe videtur *L.* 21. *D. de Aliment. et cibar. legat.* Alibi notat erogationes, ut in *Nov.* 57. ſeu calendarium.

† Digerere eſt confuſa et inordinata juſto ordine connectere et in corpus ſeu ſyſtema aliquod redigere. Sic Cic. 1. *de Orat. c.* 14. nullos fuiſſe ſcribit, qui expoſitis primum a Flavio artificioſe illa *digeſta* generatim componerent. Ovid. 1. *Faſt.* v. 1. *Tempora cum cauſis Latium digeſta per annum.* vide Lexicographos. Graeci μεταχωρίζειν dicunt, Gloſſae διάστρωμα, διαλογός, διάκοσμος & μέγας διάκοσμος, digeſta magna, apud Diog. Laert. *lib.* ix. *n.* 46. Cl. Otto in *Alpheno Varo c.* 9. *tom.* v. *th. Jur. p.* 1682. Juſtinianus in *L.* 2. §. *Omnia igitur C. de Veter. Jur. enucl.* nomen Digeſtorum inpoſuit volumini, quod antiquorum JCtorum diſputationes legum, reſponſa et deciſiones continebat. *Nomen*, inquit, *libris quinquaginta impoſuimus Digeſtorum ſeu Pandectarum, qui omnes diſputationes et deciſiones in ſe habent legitimas, et quod fuit undique collectum, hoc in ſinus receperunt, in ſexaginta pene millia verſuum totum opus conſummantes.* Neque tamen primus hanc epigraphen invenit Juſtinianus, neque Salvius Julianus vocem hanc primus ad volumen Legum adplicavit, ut cum Alciato conjicit Auctor noſter; ſed Alfenus Varus opera ſua, ſeu libros

liano, qui Jus civile, cum olim confusim traditum esset, tamquam in quamdam artem illud digessit. Ita Alciatus Rubric. Cod. De edendo.

Diplomata sunt literae patentes, ut nunc loquimur, ait Budaeus in Pand. cujusmodi sunt Bullae Pontificum et Regum: ita dicta, quod sint chartae complicatae et lino trajectae. Tales erant et Codicilli, Principum signis notati; quibus visis hipparchi vehicula et equos cursorios praestabant iis qui utebantur cursu publico. Ita Lazius de Rep. Rom. et Bud. Annot. poster. in Pandect. *

Edi-

libros XL. responsorum et decisionum inscripsit primus *Digesta*, observante Cl. Ottone d. l. Ejus exemplo postea Jubentius Celsus libros XXXIX. Marcellus Ulpius XXXI. Servius Scaevola XL. modestiorem esse vocem Digestorum quam Pandectarum rati, conscripserunt. Minus etiam Digesta videntur continere quam Pandectae et sunt catenatim una serie connexa, Coler. *c.* 23. *Parerg.* Ad imitationem itaque illorum Justinianus omnia Jura antiqua in septem partes digessit: *In septem partes*, inquit, *eos digessimus, non perperam, nec sine ratione, sed in numerorum naturam, et artem respicientes, et consentaneam iis divisionem facientes.* Ubi per *numerorum naturam* notat perfectionem numeris septenarii, per *artem*, numerum aptum ad opus Pandectarum, quod instar septem tonorum antiquae musicae, legum quamdam harmoniam continet, auctore Pancirolo II. *Variar. lection. c.* 64.

* De Diplomatibus vidimus quantum satis est supra *pag.* 141. adde Pancirolum in *Notitia Imp. Orient. pag. m.* 22. *col.* 1. Tractu temporis ad chartas regales et ecclesiasticas vox est translata, quarum varia nomina recenset Mabillon *lib.* 1. *de Re Diplom. c.* 11. scil. ecclesiastica, quae erant praestariae et precariae; Regales dividi possunt in Praecepta, Placita, Indiculos, Tractatorias, Descriptiones, Panchartas. At, quod mireris, nihil Viro praeclaro de ipsa voce diplomatis,

et

Edictum, ut Halicarnaſſ. ſcribit lib. v. Romani appellabant τὴν τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων διαγραφήν. Nam ut ſcirent cives quod Jus de quaque re Magiſtratus dicturi eſſent, edicta proponebant. Ita Briſſon. v. De ſignif. verb. *

Elogium

et quo tempore illa coeperit publicis inſtrumentis inſcribi adferre lubuit. Plerumque Imperatorum et ducum privilegia *diplomata*; Epiſcoporum vero privilegia *chartae* vocabantur, licet hoc non conſtanter fuerit obſervatum, Joachim Vadianus de *Colleg. et monaſteriis pr. lib.* 11. et diploma et auctoritas in medio aevo unum idemque notare docuit A. Matthaeus ad *Annal. Egmondan. c.* 17.

* Edicere eſt jubere, Donatus in Terent. *Eunuch.* III. 5. 30. *Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat, et mihi, ne abſcedam, imperat.* videſis Petr. Scriverium in *Anecd. Philolog. p.* 4. In Jure noſtro varia edictorum genera occurrunt. Praecipue notandum eſt edictum Praetoris, quod propter ſummam aequitatem a populo confirmabatur, unde et *viva vox Juris civilis* dicitur a Marciano in *L.* 8. *D. de Juſt. & Jur.* Aliud eſt edictum Praetoris urbani, quod urbicum vocabatur *L.* 55. 56. *D. de Reg. Jur.* Cicer. II. *de Finib. c.* 22. Aliud edictum Praetoris peregrini: quod fruſtra negat Hotmanus et Roſinus VII. *Antiqu. c.* 11. contra quos recte diſputat Reinold. *Var. c.* 37. ex *L.* 9. §. 4. *D. de dolo malo.* cui jungit Cl. Otto ad §. 7. *Inſtit. de Jur. nat. Gent. & civ.* Ciceronis teſtimonium XIII. *famil.* 59. Peduceano Praetori peregrino, ſi Gronovio in Not. credamus, ita ſcribentis: *ſervabis, ut tua fides et dignitas poſtulat, edictum et inſtitutum tuum.* Alia vide apud Cl. Heinec. ad *tit. D. de Orig. Jur.* §. 41. Alia iterum ſunt edicta Proconſulum, quorum fit mentio in *L.* 19. *D. Quod met. cauſa* et ſolebant Proconſules et Praeſides edictum Praetoris urbani plerumque ad provinciales dirigere, Cic. ad *Attic.* v. *ep.* 21. et alibi. Alia erant edicta aedilium curulium in urbe de rebus venalibus, viis publicis etc. *L.* 63. D. *de Aedilit. edict. L.* 27. §. 23. D. *ad L. Aquil. L.* 37. §. 1. D. *de Evict.* Aliud demum eſt edictum cenſorium, de quo Sueton. *de Clar. Rhetor. c.* 1. Alia

de

Elogium subinde significat caussam datae vel negatae hereditatis, testamento expressam. Exem-
B b plum

de praetorum edictis et de origine eorum Fornerius habet *lib.* v. *Rer. quotid. c.* 9. de Jurisdictione Praetoris peregrini adeas Freher. II. *Verosimil. c.* 17. Non unum sed varium et diversum protulisse edictum Gu. Ranchin. I. *Var. lect.* 4. probavit. Inprimis ferebant edicta, de iis, de quibus in Jure civili nihil erat expressum L. 7. §. 1. D. de *Just. et Jur.* Jus civile tollendi facultatem non habebant, L. 12. §. 4. D. de *Publ. in rem act.* L. 12. §. 1. D. *de Bon. poss.* Emendandi, corrigendi, supplendi d. L. 7. §. 1. habebant, et per indirectum saepe permittebant, quod Jure civili non erat permissum, *pr. Inst. de Bon. poss.* §. 3. *Inst. de Exher. lib.* §. 9. *J. de Hered. quae ab Intest.* §. 3. *J. de Leg. agn.* Variationem vero eorum ambitiosam restrinxit C. Cornelius Trib. Pleb. temporibus Ciceronis: *ut praetores ex edictis suis perpetuis*, (id est, annuis) *jus dicerent*, *quae res tum gratiam ambitiosis Praetoribus*, *qui varie judicare assueverant*, *sustulit*, Ascon. Pedian. *in Orat. pro Corn.* Pancirol. I. *Lect.* 34. *et* II. *Lect.* 12. Tandem jussu Hadriani Salvius Julianus Ictus composuit edictum perpetuum, Cujac. VIII. *Obs.* 38. J. S. Brunquel in *Histor. Jur. Rom. c.* 8. Abolitis praetorum edictis praefectus praetorio proponebat edicta, quae et *formae* dicuntur in *L.* 2. *C. de Offic. praef. praetor.* sed legibus nihil contrarium continere debebant, erantque edicta tantum ad LL. Imperatorum publicandas, Valesius ad *Eusebii histor. eccles.* IX. *c.* 9. et Sirmondus II. *Propempt. c.* 2. quo pertinet edictum Cassiodori praefecti praetorio XII. *Var. c. ult.* Denique notanda veniunt Edicta principum, quae proprio motu plerumque solebant dare, eaque erant vel generalia, omnes obligantes, *L. unic. C. de Strator. L.* 4. §. 6. *D. de Legat.* vel specialia, quae urbem et provincias quasdam spectabant, vel breviter admonebant Praesides, tam urbanos quam Provinciales, Nov. Theod. et Valentin. Nov. 25. 40. 45. unde et *brevia* seu *monitoria*, et *evocatoria* dicebantur. *L.* 26. *D. de Lib. et Posthum. L. fin. D. Ne de Stat. def.* L. 8. D. *de Quaestion. L.* 15. *D. ad L. Cornel. de Fals.* L. 2. D. de *Custod. et exhib. reor. L.* 7. §. *ult. D. de Suspect. tut. L.* 72. *D. de Judic.* L. 13. D. *de Jur. fisci*

plum datae est apud Senecam II. Controv. *Reliquit heredem, et elogium adjecit; quia pudicam comperi.* Negatae, apud Ciceronem pro Cluent. *Elogium recitasti*, etc. *idcirco se exheredasse*, etc. apud Quinctilianum lib. VII. cap. IV. *Si exheredatum pater a se filium elogio fuerit testatus, propterea quod is*, etc. Subinde Elogia sumuntur pro notoriis, seu indiciis criminum, quae vulgus vocat *informationes.* Ita Tertullianus Apolog. cap. XLIV. *Tot a vobis nocentes, variis criminum elogiis recensentur.* Et Sueton. Calig. cap. XXVII. *Nullius inspecto elogio.* Ad quae verba Turnebus lib. XVIII. cap. V. *Multis nomen hoc suspecti sermonis est; in caussa est, quod extrita una litera* c, *pro Eclogio, Elogium dici animadverti: Eclogium autem ab Ecloge deducitur, hodieque* ἐκλογεῖον *apud Suidam reperitur, Alii quasi Ellogium interpretantur, derivantes ab* ἔλλογον *, *quod ti-*

fisci Pancirol. I. *Var. lect. c.* 34. Olim tempore Augusti à specialibus, durante adhuc imagine reipublicae, facile recedebatur. Exemplum est in L. 26. D. *de Lib. et posthum.* Jac. Gutherius de *Offic. dom. Aug.* I. *c.* 32. Neque valebant illa, si sine die et Consule scripta fuissent. L. I. C. *Th. de Const. Princ.* ibique J. Gothofr. quod Justinianus sustulit, omnia valere jubens, quae in Codicem essent relata in *Constit. de nov. Cod. fac. et Justin. confirm.* Burgius c. II. *Elect.* Ultimum et Pontifices Romani edicta proposuere, de quibus vide Guther. de *Jur. Pontif.*

* Et haec derivatio videtur verior: nam ἐκλόγιον apud Suidam notat locum in quae tributa conferre solebant, quod patet ex sequenti voce ἐκλογεῖς. Mediae vero significationis esse hanc vocem inque bonam et malam partem accipi, docuit Cl. J. Fr. Reitzius in *Ambig. med. et contr.* voce *elogium.* Saepius pro testamentis morientium sumi ostendit

titulus et testatio sit commemorans vitia et virtutes. Vide ibidem Torrentium.

Bb 2 *Ephe-*

dit Brisson. de *V. sign.* voce *elogium* Plaut. in *Merc.* II. 3. 74. *Impleantur fores elogiorum carbonibus*, et apud Spartianum in *Severo c.* 2. *Sub elogio praeconis fustibus caesus.* Lamprid. in *Sev. c.* 34. Adde Valesium ad *lib.* XIV. *Amm. pag.* 15. et Sc. Gentilem II. *Parerg. c.* 29. Pro titulis criminum et pro ipsis criminibus usurpavit Tertullianus I. *Adv. nation. c.* 2. ubi J. Gothofredus p. m. 70. Plurifariam vero in malam partem occurrit apud Petron. *Satyr. c.* 53. Cicer. *Pro Cluent. c.* 48. et frequentissime pro exheredatione, Augustin. de *Vita et mor. Cleric. Ambos exheredavit, illos cum laude, istos cum elogio.* Et sic etiam in L. 14. §. 2. L. 48. §. 1. *D. de Lib. et posth.* et L. 1. §. 9. *D. de Carbon. edict.* et Gothofr. ad L. 14. §. 2. *D. de Lib. et Posth.* quibus palam fiet liberos plerumque cum convitio et maledictione fuisse exheredatos, eoque pertinet inprimis L. 3. *pr. D. de Lib. et posthum. Non nominandus, non filius meus, latro.* Attamen opus non fuisse videtur Clar. Ottoni ad §. 5. *Inst. de Exheredat.* elogia addere testamentis, antequam Justinianus nominatim fieri hoc debere in *Nov.* 115. *c.* 3. *pr. et* §. 14. circa finem expresse injunxerit, quod bona ejus venia nondum satis liquere putem: etenim in *L.* 4. C. *Th. de Legitim. hered.* haec invenio verba: *Nisi forte avita elogia inurenda impiis nepotibus justa semotis ratione monstraverit.* En justam exheredationis causam: *monstrare debebat*, quod fieri sine probatione vix poterat. Clarius hoc ex d. l. 14. §. 2. *de Lib. et Posth. Si quis ita scripserit, ille quem scio ex me natum non esse, exheres esto, hanc exheredationem ita nullius momenti esse ait, si probetur ex eo natus.* Et mox: *probaturque patrem circa causam exheredationis errasse.* Videtur itaque dudum ante Justinianum Juris fuisse, ut elogia seu causae adderentur: quî enim filius rejicere illas potuisset et heres contra probare, justas esse? Adde quod in plerisque locis veterum, ubi exheredationis fit mentio, elogium seu causa exheredationis addatur. Magis itaque Justinianus in usum videtur revocasse, *ut hoc idem* (causam scil. ingratitudinis) *in suis elogiis conscripserint et revera hoc fuerit revelatum* L. 10. *C. de Secund. nupt.* Neque me mo-

vens

Ephemeris, Diarium seu Diurnum, ut Budaeus legit illud Juvenalis: *Relegit transacta diurni.* Gellius lib. v. cap. xviii. *Cum non per annos, sed per dies singulos res gestae scribuntur, ea historia Graeco vocabulo ἐφημερὶς dicitur*, etc. *Latine Diarium.* Ut supra. Propertius: *

Forte jacent duras inter Ephemeridas.

Eulogia erant breves chartulae eorum qui dabant mili-

vent argumenta D. Heraldi *c.* 28. *Obs.* qui sententiam illius mire juvare potuisset; Aliud autem est nominatim exheredare, aliud causam exheredationis adferre, quod ultimum hic intendo. Causam sane addidit cum ex Seja natum dixerit, et utroque in casu recte exheredatum fuisse scribit Ulpianus in *d. l.* 3. *pr.* quia olim nomen non erat addendum; sed mox pergit, *magis est, ut recte exheredatus sit*, cum scil. non filium etc. nominasset. Ejusdem commatis videntur reliqua Heraldi argumenta, quae non est hujus loci excutere. Ceterum vox elogium etiam in dubio significatu, institutioni tamen adjecta occurrit in L. 37. §. 2. D. de *Legat.* 3. Sed rectius ibi pro causa exheredationis ponitur, quia noluit portionem pervenire ad Mevium testator. Nec obstat quod Scaevola ei tribuat fideicommissum: hoc enim ideo factum fuisse putem, quod elogium expressum: *Mevio liberto meo de me nihil merito*, non videretur rationem exclusionis satis indicare. Hoc non videtur observasse Brisson. de *Verb. Sign.* voce *Elogium* d. l. aliter explicans.

* II. *Eleg.* 22. *vs.* 20. Origo ephemeridum à Graecis est repetenda, vide Casaubon. ad *Sueton. Aug. c.* 64. fueruntque privatorum et principum. Cicero hac voce utitur ut vulgari et dudum Latinitate donata, pro *Quintio* c. 28. *discedens*, ait, *in memoriam rediit Quintius, quo die in Galliam profectus sit; ad ephemeridem revertitur, invenitur dies profectionis.* In inscriptionibus passim occurrunt procuratores ab *Ephemeride Principis*, qui etiam à Commentariis Principum dicuntur.

militibus ſtellaturam, hoc eſt, teſſeram annonariam loco ſtipendii. Lazius lib. II. Reip. c. ult. *

Faſti et *Faſtus*, libri quibus feſtivitatum dies, et earum cauſſae explicantur, a Graecis ἡμερολόγιον vocantur, ut Scaliger in Feſto. De Faſtis Chriſtianorum Tertullianus lib. De corona milit. *Habes tuos cenſus; tuos faſtos, nihil tibi cum gaudiis ſaeculi.* Hoſce primus ſcripſit non Euſebius Caeſarienſis, ut contra Bed. Walfrid. et Molanum docet Caeſar Baronius Prolegom. Martyrologii ſui cap. VIII. ſed ignotus quiſpiam ante tempora D. Gregorii Magni. Romanorum Faſtos elegantiſſime complexus eſt Ovidius libris tribus: Eccleſiaſticos autem totidem quidam Novidius, ſed omnino ingratiis et averſis Muſis, ut memini olim arguto carmine luſiſſe Bernardum Bauhuſium, quod nondum adſpexit lucem. *Conſulares Faſtos* doctiſſime ſcripſerunt Michaël Beuterus Gallus, Onuphrius Panvinus, et Stephan. Pighius. Olim Verrius, qui eos prope ſtatuam ſuam fe-

 cit

* Late Du Cange in *Gloſſar. med. Lat.* voce *Eulogia* et *Eulogiae*. Erant panes ſeu cibi alii in menſa ab Epiſcopis, ſacerdotibus, benedictione conſecrati, mox diſtribuendi. Item quaevis munera non tam ex debito oblata, quam ex convenientia. Denique et in malam partem accipiebantur pro dono coacto et quavis penſitatione vel praeſtatione, Du Cange d. l. Eleganter de hoc ritu eulogias mittendi Hier. Bignon. ad *Marculphi formulas lib.* II. *c.* 42. *p.* 331-332. Videntur autem et ipſae literae ſalutatoriae poſtea inprimis elogiae dictae fuiſſe, quia cum elogiis mittebantur, vid. Marculph. et Caniſium *Tom.* V. *Antiqu. lect.* aliosque.

cit incidi; ut Sueton. lib. De claris Grammaticis *.

Imbreviatura apud Bald. ad Rubr. De fid. instrum. et Albericum ad Leg. Contract. De fid. instrum. idem est quod πρωτόκωλον.

Indigitamenta, ἱερατικὰ βιβλία. Gloss. nam quod in

* *Cap.* 17. *Statuam habet Praeneste, in inferiori fori parte contra hemicyclum, in quo fastos à se ordinatos, et marmoreo parieti incisos, publicarat.* Pigh. I. *Annal. pag.* 12. observat praenestinos fastos hic intelligi. Adnotabantur autem in marmoreis illis tabulis festi profestique dies in quibus reges, consules, magistratus, siderum signorumque ortus Isidor. IV. 8. et Servius *Æneid.* III. *vs.* 326. Notatu dignum est in Codice Theod. in L. 7. de *Tyron. fastibus publicis* dici, pro fastis publicis: et in L. 9. eod *de Infirm. his quae sub tyrann. victuris fascibus.* Jac. Gothofredus in Glossario nomico voce *fastibus* adducit Lucanum lib. 10. *vs.* 187. Columellam IX. 14. Horatium IV. *Carmin.* 14. 4. Priscianum VI. *de Desinentibus in Us.* Adde Cl. Drakenborgh ad *Sil. Ital.* II. vs. 10. et Du Cange voce *Fastus* in *Glossar.* Alii erant Fasti Consulares seu majores, consulum nomina et res gestas exhibentes; alii fasti Kalendares seu minores, et hi iterum rustici vel urbani, à quibus iterum differebant *Fasti* Pontificum, de quibus Livius VI. I. et eleganter Siccama in *Fastis Kalend. Rom. c.* I. Praeter illos autem, ab Auctore adlatos, de Fastis notandi sunt Fasti Idatiani à Phil. Labbeo primum editi et Tom. IX. Thes. Graevii inserti. Stephani Vinandi Pighii *Annales magistratuum et provinciarum*, Antwerp. 1615. fol. Caroli Sigonii *Fasti Consulares Venet.* 1656. *fol.* Onuphrii Panvini *Fasti et triumphi Romanorum* prodiere *Venet.* 1657. *fol.* Huberti Goltzii *Fasti Magistr. et triumph. Rom. Brugae* 1566. Henrici Norisii *Fasti consulares Lipsiae* 1696. 4to. Theod. Janson. Almelovenii *Fasti cons. Amstelaedami* 1708. 8. et Petri Relandi *Fasti consulares* quibus adhaeret Brencmanni epistola, *de Consulibus, quorum sit mentio in D.* 1715. 8. Pagi Diss. *hypatica* seu de *Consulibus Caesareis Lugduni* 1682. 4to.

in Festo legitur aliter, ex Paulo Diac. est, ait Scaliger *.

* *Inscriptio*, de qua paulo ante per transennam egimus. *pag.*379. commode hic erit retractanda. Integri de illa exstant tituli D. et utriusque Cod. Th. et Justin. de *Accusat. et inscript.* Inscriptio autem erat libellus accusatoris, quo is profitebatur se ex Lege publici alicujus criminis aliquem deferrre. Publice ergo per libellum fiebat accusatio, ideoque in crimen subscribere debebat accusator, ut metu talionis à temeraria accusatione abstineret *L.* 7. *pr. D. de Acc. et inscr.* ibique Gothofred. Prodit hoc eleganter Symmachus *lib.* x. *ep. ult. Quid habeat conditionis inscriptio ? nostis, primum est ne quis temere in alieni capitis poenam irrueret, ni se idem prius sponsione vinciret.* Et mox: *Superat ut crimine non probato in accusatorem formidata reis poena transiret.* Altera ratio elegans potest peti ex *L.* 5. *C. Th. de Acc. et inscript.* ut mora, ratione et consilio ad accusandum procedat: facilius enim lingua aliquid enunciatur, nec lubricum linguae subjicitur statim poenae; mora scribendi impedit multa, et poena scribenti statuitur haud immerito gravior: *ut sopita ira*, inquit Constantinus M. *et per haec spatia mentis tranquillitate recepta ad supremam actionem cum ratione veniant atque consilio.* Utilissima hinc erat inscriptio, in tanta inprimis vitilitigatorum apud Romanos copia, qui praemiis quoque ad accusationem provocabantur, Brisson. *lib.* III. *Antiqu. c.* 17. Alex. ab Alexandro, IV. *Genial. dier. c.* 22. Antiquissimum hunc fuisse morem et apud Graecos jam frequentatum supra d. p. vidimus. Adde Corn. Nep. in *vita Attici. c.* 6. Constitutione vero Gratiani *in L. ult. in fin. ad L. Cornel. de Falso* et rescripto divi Antonini introductum fuit, ut in crimine falsi sine inscriptione, poenae talionis subjiceretur mendax accusator, quod postea ita invaluit, ut sola professio et objectio criminis sufficeret, quare Constant. *d. L.* 5. *C. Th.* illum morem inscribendi *antiquum* revocaverit J. Gothofred. ad *d. l.* 5. et in *Paratit. d. tit.* Diu etiam apud Burgundiones aliosque populos obtinuit ille mos, adeo ut Caroli M. tempora attigerit, *Capitul. Carol. M. lib.* 7. *c.* 328. et allegati apud Du Fresne in *Glossar. med. lat.* voce *Inscriptio.* Hodie exulat nostris in foris

Inſtrumentum, omne ſcriptum quod ad inſtruendam cauſſam pertinet *. Spiegelius et Briſſonius, et Petrus Gregor. in Syntagm.

In-

ris poena talionis et praemia accuſationis. Horrent etiam noſtrates mores illos Romanorum et ſtrophas, et reipublicae intereſt ne accuſatores ſileant crimina, quae hoc pacto manerent inpunita. Satis denique proſpicitur adcuſatis per cautionem ad inpenſas refundendas et famae reſtitutionem, vel etiam deficiente cautione per incarcerationem, ſi ſiniſtre actionem inſtituerint, ceu latius Practici ad tit. D. de *Accuſ. et inſcript.* quae non ſunt hujus loci. Ultimum cum Du Cange adnotandum eſt, *inſcriptionem* pariter pro documentis, inſtrumentis donationum et tandem pro characteribus et phylacteriis magicis a medii aevi ſcriptoribus et Medicis uſurpari. Addi poſſet, quod inſcriptio etiam dicatur Epigraphe, ſive argumentum integri alicujus operis, vulgo titulus. Sic Rubricae Legum tituli ſeu inſcriptiones ſunt, vide de his ſupra. H. Brencman. de *LL. inſcription.* integram conſcripſit Diſſertationem. Alia de illis adnotavit C. Coſta 1. *Variar. ambig. c.* 11.

* Inſtrumentum proprie eſt omne id quod inſtruit patrem familias. Hinc recte notatus Papinianus ab Ulpiano in *L.* 12. §. 42. *D. de inſtr.* et *Inſtr. libros* non contineri domo inſtructa legata adſerens: *nam quidquid in domo fuit, ut inſtructior ibi eſſet paterfamilias continebitur*, Herald. 1. Ad *Jus Attic.* 16. *n.* 21. Et §. 34. *d. L. inſtructo fundo et bibliothecam et libros, qui illic erant ut quotiens veniſſet, uteretur, contineri conſtat.* Inde forſan vox translata eſt ad ſcripturam quamcumque probationi inſervientem, vide *tit. D. de Fide Inſtrum. et L.* 15. *C eod.* Sunt ergo inſtrumenta tabulae ſeu ſcripturae, quibus fides actorum noſtrorum probatur judici. Dividuntur inſtrumenta in publica et privata, originalia ſeu authentica et exempla ex originali diſcripta, L. 2. *D. de Fid. inſtrum.* Attamen ſi plura ejusdem rei inſtrumenta conficiantur, omnia quidem ſunt authentica, ut ſupra jam docui, relatione tamen facta, quatenus exemplarii

vicem

Inventarium, seu *Repertorium*. Leguntur in Leg. Tutor. * De adm. tut. P.

Kalendarium, liber pecuniae foenebris, solebant enim in Kalendas foenerari. Martial. lib. VIII.

Centum explicentur paginae Kalendarum.

Seneca in epistol. *Divitem illum putas, quia magnus*

vicem praestant et ex uno plura descripta sunt exempla, et exemplaria reliqua etiam dicuntur *L.* 47. §. 2. *D. de Legat.* II. *L.* 4. §. *ult. Fam. ercisc. L.* 24. *D. Qui test. fac. poss. L. ult. D. de His quae in test. del.* Et haec publica instrumenta iterum sunt stricte publica, ut Acta judiciorum *L.* 2. *C. de Edend. L. ult. C. de Re jud.* Apochae tributorum et vectigalium *tit. C. de Apoch. publ. L.* 6. *C. de Suscept.* Tabulae censuales *L.* 10. *de Probat. L.* 3. *C. Sine cens. reliqu.* et privata negotia in scripturam redacta, in judicio recognita et sigillo munita *L.* 19. *C. de Testam.* Privatorum denique instrumenta trium testium subscriptione munita, aeque ac illa quae à tabellionibus confecta sunt, vim probandi habent *L.* 11. *C. Qui pot. in ping. Nov.* 73. *c.* 3. Haec de instrumentis, de quibus plura interprett. d. t. In Gloss. Graec. Lat. instrumenta dicuntur γραμμάτια, ἀσφαλίσματα, adde Glossar. ad *Agrimens.* Pro libro passim usurpavit Tertullianus in *Apologetico* et *V. adv. Marcionem.*

* L. 7. *pr. D. de Administr. et peric. tut. Tutor qui repertorium non fecerit, quod vulgo inventarium appellatur.* Harmenop. II. §. 25. et in *Nov.* 94. in fin. vocatur ἀπογραφὴ quod descriptionem verterunt. Clarius Cl. Homberg reddidit inventarium, quam vocem non fuisse novam, ut putant alii, sed in ore vulgi, nondum tamen receptam ab Eruditis, qui utebantur voce repertorium, indicat JCtus. Vossius lib. III. de *Vitiis serm. c.* 16. substituit pro inventario, recognitio bonorum, regestum, index, aut simile quid. Postquam vero Justinianus beneficium inventarii in *L. ult.* §. 4. *et* 9. *C. de Jure deliberandi* introduxit, quo pinguiore beneficio intra tres menses confecto, praesente notario et creditoribus ultra vires hereditatis nemo tenebatur, abiit vocabulum in communem usum.

gnus ei Kalendarii liber volvitur. Ovid. II. de Rem. Am.

Qui puteal, Janumque timent, celeresque Kalendas,
*Torqueat hunc aeris mutua summa sui.**

Libelli sunt, quos vulgus vocat *Requestas*, seu *Libellos supplices*. Varia autem libellorum genera alia quaerenda apud Jureconsultos. †

La-

* De Kalendariis et Iduariis vide Gruter. Inscr. IX. p. 478. et Pithoeum II. *Adversar.* c. 4. aliosque apud Cl. Noodt. II. *de Foenor. et usur.* c. II. qui merito illos refellit, putantes factam quidem fuisse usurarum stipulationem in Kalendas, sed datam debitori dilationem usque ad Idus. Frequens autem mentio est Kalendarii in Jure nostro L. 34. *D. de Leg.* III. L. 64. *D. eod.* L. 41. *D. de Reb. cred.* ubi consulendi Cujac. Hotmanus, Donellus. Erant et Kalendaria civitatum L. 3. C. *de Compens.* L. 9. §. 7. *D. de Administr. rer. ad civ. pert. et tit. Cod. Theod. de Curat. Calend.* ibique Jac. Gothofr. Et de his curatoribus Kalendarii Norisius in *Cenotaph. Pisan. diss.* I. *c.* 3. Pancirolus de *Mag. munic. c.* 14. Singulis quinquenniis calendaria examini subjiciebant censores, Livius *lib.* IV. *c.* 8. Domesticorum calendariorum fides sublata est primum per Philippum in L. 5. C. *de Probat.* et deinde per Gallienum in L. 7. C. *eodem. Exemplo perniciosum est, ut scripturae credatur, qua unusquisque sibi adnotatione propria debitorem constituit.*

† Libellus dicitur, quod in pagellas et parvi libri formam complicabatur, Sueton. in *Caesar.* 56. Dicuntur etiam *postulationes* L. I. *D. de Postul.* Plin. *Ep.* VII. 33. *Desideria* vide supra *pag.* 381. In genere significat omnem scripturam L. I. *D. de Tab. exhib.* Pro diversitate vero objectorum varias nanciscitur formas et nomina. Sic pro tabella fideicommissaria accipitur in *d.* L. I. *et* L. 22. C. *de Fideic.* pro supplicatione principibus, praesidibus aut magistrati-

bus

Laterculum, liber erat continens totam officiorum ac dignitatum adminiſtrationumque civilium ac

bus oblata L. 15. *D. de in Jus voc.* rarius enim Principes reſpondebant, niſi per libellos rogati, quem morem introduxit Jul. Caeſar. Plutarch. *Caeſar. p.* 716. et reliqui fere omnes imitati ſunt Imperatores, vide Allegat. apud Pitiſcum in *Lexico Antiqu.* voce *libellus*, Sueton. in *Neron. c.* 15. *In jurisdictione poſtulationibus niſi ſequenti die ac* PER LIBELLOS *non temere reſpondit.* Pro ſcripto divortii cauſa miſſo L. 7. *D. de Divort. et repud.* ſcriptura famoſa in L. *unic.* C. *de Fam. libell.* ſcripto judicis recuſandi cauſa, *l.* 16. C. *de Jud.* ſcriptura rei inventae reddendae adfixa, L. 43. *D. de Furt.* Hinc illae variae libellorum ſpecies. Accuſatorii, L. 17. D. *ad* L. *Jul. de Adult.* Cujac. I. *Obſ. c.* 20. Dimiſſorii ſeu Apoſtoli, ab eo, à quo appellatum poſt appellationem dati, ad eum qui de appellatione cogniturus eſt, L. *unic.* L. 106. *de Verb. ſignif.* Cujacius XXIV. *Obſ. c.* 29. quem ſupra notavi, et quae eleganter Cl. Duker *de Latinit Vet. Ictor. p.* 445. obſervavit: Libelli famoſi *d. l. unic.* C. *de Fam. Lib.* Sc. Gentil. II. *Parerg. c.* 30. Libelli ſupplices Sueton. *Aug. c.* 53. Guther. I. 34. et III. *c.* 5. et de libellis didaſcalicis idem Guther. I. *c.* 29. *et* II. *c.* 3. *de Offic. dom. Aug.* Supplicibus libellis lites de plano, non contendente adverſario, ſine cauſae cognitione expediebantur, L. 9. §. I. C. *de Offic. Proc.* L. 71. L. 105. *D. de Reg. Jur.* L. 6. C. *de Praed. et al. reb. min.* Cl. Noodt. *de Jurisd. c.* 10. Sic tutoris excuſatio non poterat fieri per libellum, etſi cauſam, cur illam proponere haud poſſet tutor, per libellum proponere liceret, L. 13. §. 7. *et* 10. D. *de Excuſ. tut.* quod cum non intelligeret Pitiſcus in *Lex. Antiqu.* per L. 13. §. 10. D. *de Excuſ. tut.* mire hallucinatur, excuſationem de plano per libellum expediri poſſe judicans, quod in prima Juris elementa inpingit: Verba d. §. 10. *poteſt aut et libellos dare* explicavit jam Gothofr. in *not.* L. vero 5. §. 2. D. *de Immun.* plane huc non pertinet. Tandem libelli munerarii ſeu gladiatorum, quibus dies futuri muneris, nomina et paria gladiatorum exprimebantur, Cicero *Philipp.* II. *c.* 38. et ad *Famil.* II. *ep.* 8. Libelli vadimonii, nomina adverſariorum in jus vocandorum

ac militarium rationem, inquit Briffonius lib. x. Βιβλίον ἐφήμερον τῶ ἀριθμοῦ παρόντες, inquit Appianus. *Majus laterculum* apud Principem, *minus* apud Quaestorem erat. Sic vero dicitur quod in eo lateant arcana; ut Lazius de Repub. Vide de eodem Notas Cafauboni ad hiftoriam Auguftam.* *Man-*

rum exhibentes, Plaut. *Curc.* I. 3. 5. et *Aulul.* II. 4. 37. Alia de libello ad Jus noftrum pertinentia vide apud Huberum ad *tit.* D. *de Edendo.* Et Eumdem ad *tit.* D. *de Re judicata*, ubi de libellis fupplicibus. De libellis alternativis eleg. fcripfit difputationem J. H. Böehmer Halae 1714.

* Locum invenire non poffum. Majus laterculum fub cura primicerii Notariorum erat, de quo fuo loco; minus vero fub cura et difpofitione Quaeftoris L. 1. *et* 2. C. *de Quaeftor.* Majus laterculum erat inftar breviarii imperii, in cujus locum fucceffit, Pancirol in *Not. Imp. praef. p.* 2. *col.* 2. continebatque omnes dignitates, civiles et militares, mandatorum principis, promotionum et confuetudinum notitiam. Hinc Gutherius haud incuriofe conjicit, quatuor majoris laterculi fcrinia ita divifa fuiffe, ut I. dignitates civiles II. militares III. mandata et promotiones IV. confuetudines complecteretur. Divifis provinciis auctisque magiftratibus et copiis militum, cum laterculum unum non poffet omnes capere, praefecturae et tribunatus caftrorumque praepofiturae limites imperii tuentes in alium codicem, qui laterculum minus nuncupabatur, funt translatae. Erant ergo codices in facro fcrinio memoriae pofiti L. 3. *in fin. C. de Agent. in reb.* fimiles figurae Mathematicorum quadratae, ad aliquam latitudinem inftar lateris furgenti, quam ipfi πλινθίον appellant. Unde laterculum noftrum derivat Cedrenus, *Qui* dicens, *later coctus eft, feu* πλινθίον *Graecis, laterculum à Romanis dicitur. Eft autem hic later publicus in quo Senatorum et legionum nomina fcribebantur.* Aliter Pithoeus in *Gloffar. Obfcur. verb. Juliani* voce Laterculum, quod fic forte dicitur ut Cyclus Pafchalis, Laterculus can. IV. Syn. Toletan. can. I. Aurelian. Ifidor.

Mandata libera; erant chartae signatae, quibus vices alicui mandabantur rerum cum auctoritate gerendarum. Livius * lib. VIII. Decad. IV. *Legati*

Isidor. VII. *Etymol.* XXIII. Cyclus autem vocatus est, quod in orbem digestus sit et quasi in circulum dispositum ordinem complectatur annorum, etc. Hinc et laterculus dictus quod ordinem habeat statum annorum. Hieronym. laterculum et abacum appellari posse scribit, in cujus pulvere solent geometrae gromas, id est, lineas radiosque describere *Ezechiel.* c. IV. Singularem vocis *laterculus* significatum profert Muretus *lib.* XIX. *Observ. c.* 15. placentulas esse, à figura sic vocatas apud Plautum. Tempore Antoninorum vocem jam fuisse frequentatam docet Tertullianus *Advers. Valent. c.* 29. Idem est autem laterculus, quod Commentarius Principis, de quo abunde supra. Figuram ejus depingi curavit Guid. Pancirolus in *Not. Imp. c.* 92. *pag.* 144. ubi pelle involutum hunc librum fuisse ostendit *p.* 143. Adde eumdem *c.* 140. *pag.* 206. ubi de Laterculo minore, videsis etiam Bulenger. de *Vectig. c.* 95. De Laterculensibus in capite de scribis dicendi locus erit.

* Est *lib.* XXXVIII. *c.* 8. Notanda sunt pariter mandata Principum, inprimis cum non valerent, nisi literis relata essent, *L.* I. *C. de Mand. Princ.* quae hac in re differunt à mandatis privatorum. Sunt illa monita seu praecepta provinciarum Rectoribus data, quibus ea, quae ad jurisdictionis formam vel provinciarum curam pertinent, continentur. De mandatis ad proconsules datis vide *L.* 6. §. *fin. de Offic. Proc. L.* 8. *D. de Extraord. crimin.* De mandatis ad praefectum praetorium *L.* 9. C. *de Offic. ejus qui vic. alic. jud. obt.* Alia horum erant ordinaria, quae *commonitoria* dicebantur, *L.* 9. *D. de Offic. Praef. L.* I. *C. de Colleg. et corpor. Nov.* 8. *et* 17. quaeque per Referendarios spectabiles mittebantur. Alia extraordinaria seu *Secreta*, hae vero per Tribunos seu Notarios aut comites mittebantur. Tacit. III. Annal. c. II. *occulta*, Sueton. in *Tib. c.* 23. *secreta* vocat, ubi nihil mutandum esse monet Gutherius *d. l.* Magna exstat horum mandatorum seges in Dig. Cod. et Novell. de quibus *tot. tit. C. de Mand. Princ.*

gati ab Aetolis, cum mandatis liberis ad Consulem venerunt.

Matrices et *Matriculae*, quarum mentio in poster. lib. Cod., libelli in quibus nomina militum, et eorum qui fisco pendunt. Rhenanus in Notis Tertulliani. *

Notitia, libellus in quo descriptio status, et totius administrationis vocatur ab Imperatoribus junioribus, inquit Brissonius. †

Nota-

Princ. et late Jac. Guther. *lib.* 1. *de Offic. dom. Aug. c.* 33. Strauchius in *dissert. de Constit. Princ.* §. 15. et integro libello Car. Eman. Vizzanus de *Mandat. Princ. Amstelaedami* 1657. *in* 4to. Ab Augusto illa inventa fuisse tradit Dio LIII. quique sex capitibus Graece et Latine explicata laterculo inferi jussit, inde descriptus liber praefectis tradebatur, ut officium suum circa administrationem rerum exinde addiscerent. Justinianus in Nov. 26. §. 2. *Visum est nobis non solum illis tradere symbola*; id est, *insignia magistratus, in codicillis, sed etiam praescribere, quomodo magistratus deberent administrare: haec anteriores legum latores mandata Principis appellabant.* Pancirol. *Not. Imper. Orient. c.* 23.

* Sic et matrices libelli, in quibus Caesareo fisco pensitantes descripti continebantur, Budaeus ad *L.* 1. *D. de Edendo.* Matriculae vox notissima est JCtis. Hinc matriculae militares, Advocatorum *L. penult.* C. *de Commeat. L.* 13. C. *de Advocat. divers. jud.* Matriculae cohortalium *L.* 10. C. *de Cohortal.* Vossius de *Vit. serm.* III. *p.* 497. Du Fresne in *Glossar.* Notatu dignum est in l. 5. C. Theod. de *Domest. et protect.* illas vocari *Patriculam*; sed vitium librarii hoc esse, etsi Cujacius constanter in sua editione ita legerit, monstravit jam J. Gothofredus in *Not. critic.* ad d. l. De Matricula Imperii Rom. Germ. scripsit Sing. Opusculum Eric. Mauritius, quod quartum est in Collectione a J. N. Hertio 1692. primum edita et mox Argentorati 1724. in 4to.

† Non immerito illam vocat Alciatus Breviarium imperii,

Notorium, pro indicio criminis sumit Lex VI. * §. Nuntiatores. ff. ad S. C. Turpil. Leg. VII. Cod. De

perii, de quo supra *pag.* 183. Suetonius in *Aug. c.* 28. rationarium et breviarium totius imperii vocat, quod Augustum de resignando imperio cogitantem magistratibus et senatoribus domum accitis tradidisse refert. Opus illud praeclarum retinuerunt Imperatores successores, sed nomine *notitiae* varia illi addiderunt, subtraxerunt, quamque sub finem principatus Theodosii junioris scriptam, eruditissimis notis illustravit Gu. Pancirolus in *Fol. Genevae* 1623. et Graevius Thesauro VII. Antiqu. Rom. inseruit. Simile opus Constantinus Imp. filio et successori reliquit, quod apud se in Bibliotheca tanquam thesaurum servatum fuisse scribit Egnatius in *Constantino*, attamen, teste Pancirolo, nusquam potuit inveniri *pag.* 2. *praef. in Notit.* Ceterum placuit multis hic titulus *notitiae*, adeo ut ad exemplum illius integros libros de imperiis et rebus publicis emiserint. Sic habemus Boecleri *Notitiam Imp. Germ.* Syrmondi *Notitiam Galliae*, The Wood *Notitiam Angliae*, Hertii *Notitiam regni Francici*, aliorumque, vide et de aliis pluribus Notitiis Fabricium in *Biblioth. Graeca lib.* IV. *c.* 2. *p.* 85.

* Est *L.* 6. §. 3. Locus Trebell. Pollionis est in *Claud. c.* 17. ubi *notoriae* pro epistolis scripturave, quibus crimina deferuntur. Estque vocabulum mediae Latinitatis, secundum Casaubonum et Salmas. ad locum Pollionis et ad *Vopisci Aurel. c.* 36. vide Cl. C. A. Dukerum de *Latinit. Veter. Ictor. pag.* 424. ibique alleg. Cujacium aliosque. Huc etiam pertinet *L.* 6. *D. de Custod. et exhib. reor.* ubi videsis D. Gothofredum et L. 1. C. *de Curios. L.* 31. C. *Th. de Episc. ecles. et Cler.* Non tamen cum hac voce confundendum est *τὸ notorium* Juris Canonici *c.* 13. *et* 14. *X. de Appellat.* et *c.* 8. *X. de Cohab. cler. et mulier.* et passim, ubi pariter pro substantivo accipitur, sed longe alio in sensu, scil. pro eo, quod notum est, publice omnibus vel pluribus et majori parti hominum in republica, ut nulla tergiversatione celari possit, ceu describitur in *c. fin. X. de Cohab. cler. et mul.* Errat itaque omnino Vossius de *Vitiis*

De accuſ. Auguſtinus epiſt. CLX. ad Aprignium vocat *Notariam*. Quemadmodum et Apulejus libro VII. de Aſin. et Trebell. in Claudio, quamquam Baronius Tom. II. obſervat ab Auguſtino epiſtola CL. ad Marcellinum, non *Notariam*, ſed *Notoriam* dici.

Pandectae, Comprehenſorius liber, quaſi omnia continens, inquit Spiegel. Unde Juſtinianus Digeſtum vocat Pandectas, quod in eo omnes fere Leges. *

Po-

tiis ſerm. lib. III. *c.* 29. Paulum JCtum, dicens, in eodem ſenſu voce hac fuiſſe uſum in *d. l. 6. §. 2. ad SC. Turp.* cum certo certius ſit, Paulum de indiciis notoriis agere, non de Notorio in ultimo hoc ſenſu, qui non ex Jure Civili, ſed ex J. Canon. eſt repetendus. Et hanc materiam ex Jur. Canonico et praxi abunde illuſtrarunt Jo. Strauch. *Diſſ. de Notorio* et Jo. Samuel Stryck in *diſſ. Examen doctrinae de Notorio Halae* 1706. Debuiſſet autem Auctor obſervare quod in circulo hoc, ſic enim ſaepe dicebatur, Cujac. VI. *Obſ.* 6. quindecim annorum ſinguli anni, ſingulae indictiones dictae fuerint uſque ad decimam quintam. Inde rurſus prima indictio quae idem eſt ac primus indictionis annus. Gentil. de *Temp. apell. c.* 2. Et inſtar omnium ſit nobis textus Juris Canonici *c.* 6. X. pr. *de Fid. Inſtr.* in verb. *ubi potuiſſet falſitas facilius deprehendi videlicet in* ANNOTATIONE INDICTIONIS. Sed rectius forſan per Schedia intelliges eene kladde / ein Entwurff / ſive *project*, quam ſcripturam in foris Germanorum vocare ſolemus eine *Punctation*, prima delinentio, vide Cl. Aug. Leyſer *Medit. ad Pand. ſpec.* 273. *de Punctationibus.*

* Ἐκ τοῦ τὸ πᾶν εἰς ἓν ἀθροισθὲν ὑποδέξασθαι inquit Imperator in §. 1. *Conſtit. Tanta* et *L.* 2. §. 1. C. *de Vet. Jur. enucl.* et Digeſta et Pandectas differre docuit jam Colerus *Parerg. c.* 23. Sic autem veteres jam libros ſuos ambitioſo Pandectarum nomine ſolebant inſignire. De liberti Cicero-

nis

Poliptici, non ſunt chirographa vel apochae (ut male Alciatus *) inquit Cujacius lib. IV. Obſervat.

nis Pandectis conſule Gellium XIII. 9. et Coelii Apicii *lib.* IV. de Re culinaria πανδέκτης inſcriptus eſt, vide Pancirolum II. *Var. lect. c.* 184. Joſeph. Nerium I. *Analect.* 38. et Carol. Selvaghium de *Orig. etymo et praeſtant. Pand.* in *theſ. Jur. tom.* I. De genere Pandectarum, an virilis ſint, utrum feminini, anxia eſt interpretum diſputatio. Plena manu hac de re egit Ampl. H. Brencmannus *lib.* III. *Hiſtor. Pand. c.* 6. A. Auguſtinum eumque ſequutos virili generi adſerere tradens, alios feminino. Alii iterum in ſingulari Pandecten Florentinum dicunt; alii in utroque genere; alii Pandecta Florentinorum, ne Priſciano colaphum impingere videantur. Mallem ego in genere maſculino proferre, non, quod multitudo ſic ſentiat, ſed quia Graeca vox eſt, quaeque generis eſt maſculini. Neque tamen adeo moroſum me quis putet, ut de ſalute Graeciae actum eſſe putarem, ſi quis in feminino genere Pandectarum voce uti mallet, quia ἡ βίβλος intelligi poſſit, ſi adjective accipiatur. λῆροι! Facile etiam largior aliis, qui eruditis JCtorum nugis ejusmodi diſputationes adnumerant. Sed de his alibi plura.

* Alciatum III. *Par.* citat Cujac. Sed non invenio locum, vide L. 2. C. *Th. de Diſc.* et L. 2. C. *Juſt. eod.* L. 13. C. *Th. de Ind. deb.* Poliptichi ſunt ſcribendi ſecundum Cujacium, quod eae chartae publicae πολλὰς ἀποκλείσεις οἷον πτύχας habeant, qua forma et diptycha dicuntur in L. 1. C. *Th. de Exp. jud.* *L.* 7. C. *de Summa Trinit.* Sunt ergo libri in quos tum tributi exigendi modus, tum tributi ſoluti ratio continebatur, Veget. II. *de Re mil. c.* 19. Caſſiodor. V. 14. *et* V. *c.* 39. J. Gothofr. *ad L.* 2. C. *Th. de Diſcuſſ.* ubi in fine etiam pro chartis cenſualibus ratiociniorum publicorum, quae et *vaſaria* dicuntur, accipi docet, L. 12. C. *Th. de Cenſitor.* De origine vero vocis δίπτυχον, quae venit à verbo πτύσσω, unde πτὺξ plica et δίπτυξ duplica et δίπτυχα quaſi dupliciter complicata, τρίπτυχα, πεντάπτυχα, notandum, fuiſſe pugillares à praetoribus, aedilibus et conſulibus in vulgus ſparſos ad conciliandum populi favorem. Deinde à quae-

cap. XXVII. ſed rationes publicae, ut conſtat ex Veget. lib. XI. et Caſſiod. lib. V. Variar.

Programma edictale apud Caſſiodorum lib. I. in epiſt. * Theodorici ad Pop. Rom. item libro II. epiſt. ad Senat. Rom. libro autem V. epiſt. II. ad Sta-

quaeſtoribus Principibus offerebantur, Symmach. *Ep.* 7. in *Auctar. lib.* II. *Ep.* 21. *lib.* V. *ep.* 56. *lib.* IX. *ep.* 109. Claudianus à Stilicone Conſule in populum eboreas tabellas ſparſas fuiſſe canit. III. *de Laud. Stil. circa fin.*

Tum virides pardos et cetera colligit Auſtri.
Prodigia immaneſque ſimul Latonia dentes,
Qui ſecti ferro in tabulas auroque micantes,
Inſcripti rutilum caelato conſule nomen
Per Proceres et vulgus eunt. Stupor omnibus Indis
Plurimus; ereptis elephas inglorius errat
Dentibus.

Videtur autem veroſimile, quaeſtores, quia frequenter utebantur pugillaribus, conſuetudinem illam diptycha et pugillares eburneos offerendi excogitaſſe, quod obſervavit Lud. Cario II. *Emend. c.* 6. Plura de his dabit Jac. Gothofr. ad L. *unic.* C. *de Expenſ. lud.* in *fin.* et Cl. Chr. Salig de *Diptychis Veter. c.* I.

* Et *lib.* VII. *ep.* 42. Sumitur ergo vox Programma pro edicto L. 3. C. *de Leg. Nam ſatis eſt edicti eas nuncupatione cenſeri, vel per omnes populos judicum programmatibus divulgari.* Adde *L.* 6. *C. Commin. epiſt. programm. ſubſcript.* L. *ult. C. de Reis requ.* Sic *programma criminale* in *L.* 29. *C. Th. de Petition. et ultro dat. et delator.* Et Vulcatius in *Avid. Caſſio c.* 6. *Nam ſtatim ad ſigna edici juſſit et programma in parietibus fixit.* Proponebantur autem ad tempus tantum neque columnis inſcripta erant, ſed adfixa. Unde differunt ab *epigrammatibus* quae ad perpetuam rei alicujus memoriam, utplurimum pilis et lapidibus inſigebantur §. 5. *Inſt. de Publ. Jud. Admonent nos epigrammata in Xerolopho urbis fauſtiſſimae ſcripta.* Priſcianus *lib.* VI. Etſi non negem

Stabul. vocat *Titulum.* pro eo quod nos dicimus *Edictum valvis affixum.*

Rationarium, ait Caelius lib. XII. cap. XXI. invenias pro libro in quo vel contractuum vel gestarum rerum rationes comprehenduntur. Unde *Rationarius apparitor* * Marcellino; *Ratiocinator* Co-

 lu-

negem pro carmine et quavis scriptura hanc vocem deinde fuisse acceptam, Paul. V. *Sent.* 4. et L. 5. §. 10. *D. de Injur.*

* Hinc *rationarius Codex* in quo rationes rerum gestarum continentur, vulgo Registrum. Et *rationarii* substantive, Modestinus in L. 15. §. 5. *D. de Excus. tut.* Alias Calculatores dicebantur *d. L.* 15. de quibus vide Perrenon. *lib.* 1. *Animad. c.* 27. Fuisse vero vocem rationarii tempore Modestini in ore vulgi adeoque valde usitatam, prodit ille his verbis, *quos vulgo rationarios dicimus.* Unde videtur, patere, vocem hanc quidem satis latinam fuisse, sed vulgi usu obtinuisse, forte ad abbreviandam vocem *ratiocinarium.* Melius autem dicuntur *Rationales* et *à Rationibus* in antiquis lapidibus. Apud Suetonium in *Augusto c.* 18. Cod. Copes. observante Cl. Burmanno legit: *ratiocinarium*; verum satis purum erit vocabulum, tot veterum auctoritatibus munitum et confirmatum. Apud eumdem Suet. in *Calig. c.* 16. simpliciter, *rationes imperii* dicuntur et sic frequentius.

Regesta Auctor praeteriit. Notat vox illa, relata in gesta publica. Hinc *regesta diversorum officiorum*, *Nov.* 1. *de Theod. Cod. Auctor.* Notat pariter subscriptionem, cum constitutio, quae ad speciale alicujus judicis officium pertinebat, inque ejus judicis gesta seu acta referebatur, regerebatur. Sic et Imper. Just. in L. *unic. de C. Just. conf. sed et si qua regesta in Tui culminis judicio*; &c. Et regesta scribarum apud Vopiscum in *Probo c.*2. in conscribenda Probi vita usum se fuisse *regestis scribarum* profitentem. Sunt ergo regesta monumenta publica actaque diversorum officiorum et judicum;

lumellae, qui praeest rationibus: *Rationales* vocantur Lampridio. *Rationarium imperii* Suetonius nominat Augusti cap. XXVIII. *Rationes imperii*, in Caligul. cap. XVI. *Rationes libitinae*, in quas peste mortui referebantur, in Nerone. Quas Scaliger in Eusebii Notis vocat *Ephemeridem libitinariam*.

Rescriptum, ait Spiegelius, videtur significare id genus quo Imperatores aut Pontifices summi consulentibus eos respondent. Cujusmodi sunt, quas vocant *Literas decretales*. Idem fere Brisson.*

Sa-

dicum, quibus propria est vox *regerere*, unde etiam *regerendarii* dicti, de quibus plura in capite sequenti *de Scribis*. vide interim Jac. Gothofredum ad L. 14. *in fin. Cod.* Theod. de *Indulgent. debitor.*

* Rescripta sunt epistolae Principis ad relationem magistratus de re quapiam dubia emissa. Sic Theophilus §. 6. *Institut. de Jure Nat. Gent. et civ.* ἐπιστολή ἐστιν ἀντιγραφὴ βασιλέως πρὸς ἄρχοντος ἀναφορὰν περί τινος ἀμφιβόλου πράγματος γενομένη. Verum Gutherius *lib.* I. *de Offic. dom. Aug. c.* 23. *p. m.* 199. jam observavit, hoc non esse perpetuum, cum et epistolae sint Principis literae, sine libello supplici aut relatione magistratus. Ut plurimum tamen instar legum habebantur, inprimis cum vox *emissa*, de qua ibidem, epistolis subjecta legatur, quae indicio est, legis vim obtinere illas, quemadmodum voces *lecta* et *subscripta*, de quibus Pancirolus in *Notit. dign. pag.* 110. et vox *regesta*, de qua in nota antecedenti, legibus plenissimam vim tribuere videbantur. Dicebantur Sacra oracula, divini, augusti et sacri affatus, Jac. Gothofr. in *Parat. ad* C. *Th. de Rescr.* Sacrae apices Pancirol. I. *c.* 77. *thes. Var. lect.* Origo eorum ex eo repetenda erit, quod Principes, non nisi libello adiri volebant, qua de re supra, adde Brisson. III. *Antiqu. c.* 7. Erant autem rescripta vel generalia vel specialia, generalia leges ex aequitate supplebant, dissensiones tolle-

bant,

Sacrae literae ſunt, quae et Codicilli dicebantur; et inclinante Imperio, *Indictiones*; nunc vero *Literae credentiae*. Meminit earum Symmachus lib. 11. Epiſtolar. * Sidonius epiſtola ad Papianillam

 vocat

bant, Merill. 1. *Obſ. c.* 5. Unde non immerito contra Macrinum tollenda illa cogitantem, teſte Capitol. in *ejus vita c.* 13. ſolide diſputavit Cl. Schulting. pro *Reſcript. Princ.* §. 12, *ſeqq.* Generalia plerumque Jus certum et perpetuum generale conſtituebant, vide L. 2. §. 3. *D. de Legit. tutel.* Specialia ad certas provincias, ſeu petitiones privatorum in caſibus ſingularibus non faciebant jus, niſi confirmata Sćto, L. 2. *D. In quib. cauſ. pign.* vel uſu recepta eſſent L. 18. *D. de His quib. ut indign.* Hinc ſaepius à JCtis ſunt neglecta et ſilentio praeterita, immo nonnumquam reprehenſa, L. 21. *D. de Comp.* L. 1. §. 14. *D. ad L. Falcid.* vide late Jac. Gutherium *d. l. c.* 36. 37. Cujac. VII. *Obſ.* 19. Ampl. Bynkershoek 1. *Obſ. c.* 5. Frequenter etiam JCtorum integra reſponſa illis ſunt immixta L. 4. C. *de Contr. ſtipul.* ubi Alexander: *ſecundum reſponſum*, inquit, *amici mei*, etc. Petr. Perrenon. 1. *Var. lect. c.* 16. et hinc forſan *reſponſa* dicta ſunt in L. 2. C. *de Bon. pet. ſubl.* L. 15. C. *de Tranſact.* Adde Burgium *Elect.* VI. Rad. Forner. 1. *Rer. quot. c.* 17. et mox citatos. De honore reſcriptorum, et quod Principum, et Pontificum reſcripta oſculo excepta fuerint propter ſubſcriptionem et iconem in ſigillis, relligionis et reverentiae oſtentandae cauſa, vide eleganter Innoc. Cyronium *lib.* 1. *Obſ. Jur. Canon. c.* 14.

* Rarum & inuſitatum vocis *indictionis* ſignificatum indicavit hic Auctor; verum cum indictionem nusquam hoc in ſenſu invenerim, divortium hic à ſententia ejus facere cogor. Equidem apud Caſſiodorum V. *Variar. Ep.* 40. *Sume igitur*, inquit Theodoricus, *per indictionem tertiam Sacrarum largitionum dignitatem.* Num vero hoc ſignificet, ſume per literas, tertia vice ad Te ſcriptas, tertio dignitatem delatam, dubium eſt. Non enim in d. ep. repetitae vel geſtae illius dignitatis meminit, quod

dubio

vocat *Codicillos:* Cassiodorus lib. v. in epist. Theodorici ad Cyprianum, *Indictiones.*

Sche-

dubio procul fecisset Theodoricus, virtutes ejus omnes in prioribus muneribus enumerans, ea si olim jam fuisset gavisus. Immo ex sequentibus expresse contrarium liquet: *Meruisti hactenus, ut honorum fastigia crederemus; age nunc, ut tibi gratiae nostrae* CELSIORA *nihilominus conferamus.* Hoc interim patere hoc ex loco Cassiodori videtur, temporariam fuisse hanc dignitatem et per *indictionem* seu computum annorum tantum concessam, quod nec illi negabunt, quibus cum Auctore nostro locum explicare placeat: quid enim novis literis, dignitatis testibus, alias fuisset opus, si concedamus quod pro literis ipsis indictionis vox sit accipienda? Nihil hac de re, quod miror, observarunt duumviri clarissimi, dignitatum apud veteres interpretes optimi, Gutherius de *Offic. dom. Aug.* et Pancirol. in *Notitia.* Neque alii symbolam suam hic contulerunt, leviter nimis illustrem hanc dignitatem tractantes, cui in singulari specimine, Deo volente, aliquid temporis impertiemus. Simili in sensu vox *indictio* accipienda apud Ennod. in *Vit. Epiphanii* apud Sirmondum *tom.* I. *oper. pag.* 1022. *Duas tamen praesentis indictionis fiscalis calculi cedemus.* Et Ennod *lib.* VII. *ep.* I. *de reliqua llius indictionis emisso chirographo fuerat confessus.* Anno enim aerae Christianae addito chirographis, ex more illorum temporum et indictionem adjecisse extra dubium est, numerum enim quindecim annorum, quem indictio continebat, ad *cavendum errorem*, qui de temporibus oboriri poterat, institutum fuisse testatur Beda de *Rat. temp. c.* 48. Unde et in ipsis LL. subscriptionibus in *Cod. Th.* passim exprimitur, immo et in marmoribus, quale propter exeuntis indictionis notam memorabile adtulit Sirmondus ad Ennod. *Lib.* VIII. *ep.* I. ubi de Parvulo quodam legitur: *Depositus est. Sub D.* III. *id. Augustar. Symmacho et Boetio VV. CC. Cons.* IN FINE IND. XV. Hinc manifestum est, et in reliquis contractibus et actibus publicis, initium, medium et finem indictionum veteres adjecisse, ut adeo commode Auctoris explicatione carere possimus. Ceterum vox *Credentia* medii est aevi, significans

Schedae et *Schedia*, tabellae quibus ſupputatores utuntur ad ſcribendos numeros; ut mox deletili ſpongia detergi poſſint.*

cans id quod fidem facit ac demonſtrat; ſed melius cum Voſſio de *Vitiis ſermon. pag.* 418. *literas adſertorias* pro *literas credentias* dixeris: nam et Cicero *adſertionis* voce hoc fere in ſenſu utitur. Dantur autem literae credentiae Legatis, ut productis illis et exhibitis ad quem mittuntur, fidem faciant legitimae legationis ſtatimque ad audientiam admittantur.

* Schedion cum aſpiratione genere neutro ſignificat id quod ſubito et improviſo dictum, ſcriptum factumve fuerit, Suidas *ἀπὸ τοῦ χεδιάζω.* Hinc *Schedicus ſermo* apud Apulejum in *Deo Socratis*, eſt intemporalis et inconditus ſermo. Jo. Baptiſta tamen in ſuis *Comm. epiſt. Sidon. Apoll. lib.* VIII. *ad Leonem ep.* 3. negat, Schedia poemata mala appellari, ejusmodi volumina Schedia eſſe tradens, quae primo rudatu et opificio ſint deformata, nondum laevigata, aequata, expolita et ad unguem caelata. Attamen mala poemata Feſtus *Scedia* vocari tradit. Ab his differt Scedia in genere feminino, quod navigii certum erat genus, de quo iterum Feſtus, et *L.* 1. §. 6. *D. de Exerc. act.* Suidas, ubi temere nonnullae editiones retinent ſynedriam, obſervante Budaeo. Martial. *lib.* IV. *Epigr.* 90. pro pagina utitur voce Scheda:

Nec ſumma potes in Scheda teneri.

Invento enim papyri uſu Scheda notabat allinitionem, ſive glutinamentum illud, quo ſtamen et ſubtegmen chartae conglutinabantur, dictum à Graeco σκεδάζω ſpargo, ſive fundo, quod infunderetur et alliniretur tabula papyri cum texebatur. Plin. *lib.* XIII. de Papyro ſcribens: *Texuntur*, inquit, *omnes tabulae madentes. Nili aquae turbidus liquor vim glutini praebet, cum primo ſupina tabula* SCEDA *allinitur longitudine papyri, quae potuit eſſe ſegminibus utrinque amputatis, transverſa poſtea crates peragitur, praemun-*

Signatura; Scriptum summi Pontificis papyraceum, fine figillo. Hoc enim differt a Bulla quae membranacea: Pet. Gregorius* lib. XVII. cap. XV. et a Diplomate, quod in charta fignatum. ibidem.

Summarium. Auctor eſt Seneca in Epiſtolis antea vocatum fuiſſe *Breviarium.*†

Syngrapha Latine ſonat *Conſcriptionem*, quod utriusque manu conſcripta utrisque partibus tradi ſoleat. Ita Spiegelius. Freiſius vero in Verrin. I. *Syngrapha*, inquit, *tabella eſt in qua perſcribitur pactio, utriusque paciſcentis manu obſignata.* Syngraphae autem tantum in Graecia fiebant; nam Romae

muntur deinde praelis et ſiccantur ſole atque inter ſe plagulae junguntur. Et mox: *Sed ratio deprehendit vitium, unius Scedae revulſione plures infeſtante plagulas.* Idem Plinius Schedam hanc vocat corium, cum Claudium Caeſarem primatum, ob nimiam anguſtam tenuitatem tolerandis calamis non ſufficientem et literas transmittentem adeoque literae metum adverſis literis adferentem, mutaſſe ſcriberet: *In decoro viſu pertranslucida igitur*, ait, *et* SECUNDO CORIO *ſtamina facta ſunt e primo ſubtegmine, auxit et latitudinem, pedalis erat menſura et cubitalis matrocolis.* Et hoc jam contra Merulam obſervavit Corn. Witellius *Annotat. c.* 3. in *Theſ. Critic. tom.* I. *p.* 594. In *L.* 17. *C. de Fid. inſtrum.* ſcheda notat primam ſcripturam contractus negligenter et currente calamo ſcriptam, quae mox in mundum redigenda erat. Vulgo vocatur minuta originalis. In medio aevo ſcribebatur Scida, ſeu Sceda, quod merito inprobat Schurtzfleiſchius de *Ortographia.*

* In libro de *Reſcriptis.* Significatus ille prorſus eſt ſingularis, nec trahendus hic locus Suetonii in *Nerone c.* 17. ubi τὸ *ſignaturis* ſine dubio ſubſignatores vel teſtes ſignificat.

† Vide ſupra *pag.* 369. hodie argumenta librorum et ſingulorum capitum vulgo vocantur ſummaria.

mae pactiones hujusmodi referebantur in Cod. accepti et expensi. Hoc porro discrimen est inter Syngraphas et Chirographum, ait Asconius Verrin. III. * quod in Chirographis tantum quae gesta

* Ascon. in Cicer. *Verr. de Praet. urb.* I. 36. *Inter syngraphas et cetera chirographa hoc interest, quod in ceteris tantum, quae gesta sunt scribi solent; in syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit et non numerata quoque pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria voluntate hominum scribi solet, more institutoque Graecorum: Et ceterae tabulae ab una parte servari solent: Syngraphae signatae utriusque manu, utrique parti servandae traduntur*, vide Hotman. ad *d. l.* Huc refer elegans illud syngraphum apud Plautum in *Asinar.* inter adolescentem, amicam et lenam, *Act.* I. *Sc.* 3. *v.* 77. Idem et pro diplomate quo belli tempore tuto proficisci licebat *syngrapho* utitur, *Capt.* II. 3. *Syngraphum, quem hinc ferat secum ad legionem: hinc ire hinc ut liceat domum.* Primaria ergo differentia chirographum inter et syngraphum est, quod illud manu propria sit scriptum; hoc à pluribus subscriptum; dein quod in illo gesta tantum, hic vero et pactiones continerentur. Hae syngraphae tandem obsignabantur et obsignatæ fidei alicujus, de quo convenerant, quique utrique illas servaret, tradebantur. Nonnumquam et antigrapha et exempla ejus quilibet sumebat penes se servanda, unde caute hac in re testamenta à syngrapha differre Demosthenes tradit contra *Stephanum Orat.* II. Verum vix ullum discrimen haec inter vocabula esse, observavit jam Marius Nizolius *p.* 1982. *edit Hervag. Basil.* variis exemplis ex Cicerone prolatis contrarium manifeste demonstrans, idem et interpretes ad Sueton. *Caesar. c.* 24. adnotarunt. Quod et verum apud Latinos scriptores; secus vero apud Graecos. Alia de syngraphis et diversis eorum generibus apud Graecos et Latinos dabit Salmasius de *Usuris c.* 10. 11. 12. 14. et quae contra illum disputat Desid. Herald. in *Observ. ad Jus Attic. lib.* II. *c.* 2. et alibi. An in masculino vel feminino genere vox syngraphi sit proferenda vide Celeber. Burman. ad *d. l. Caesaris.*

Sub-

ita sunt, scribi soleant, in Syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, et non numerata pe-

Subscriptio. Et hanc vocem frequenter apud veteres, inprimis JCtos occurrentem explicare debuisset Auctor. Obscurius justo ὁ μακαρίτης Clariss. Corn. van Eck, praeceptor quondam noster in *Comp. Digestor. tit. de Accus. et inscr. p.* 479. hanc vocem definivit: subscriptio est, qua is, qui libellum accusationis porrexit, testari debet, se professum esse, quaque se obligat ad talionis poenam, si victus fuerit, cavetque se perseveraturum in crimine usque ad sententiam, *L.* 3. §. 2. *L.* 7. *pr. et* §. 1. *D. L. ult. C. de Acc. et inscr.* Verum cum in definitione inscriptionis jam idem fere iisdem dixerit verbis: *eumque reum à se peractum iri*, poena pariter talionis, et inscriptionis et subscriptionis libellum comitaretur, *L.* 2. *C. de Exh. et transm. reis d. L.* 3. §. 2. et L. 7. *pr. et* §. 1. *D. de Accus.* rem non satis clare explicasse videtur. Observavit etiam Ant. Matthaeus ad *d. t. D.* §. 3. esse differentiam inter inscriptionis et subscriptionis libellum, ἀλλότρια varia de subscriptoribus, qui se accusatoribus jungebant vel juvandi vel observandi gratia litigantibus aderant, ex Cicerone aliisque adferens; sed scrupulum non tollit, etsi clarius et distinctius rem explicare tentet, subscriptionem, dicens esse inscriptionis partem; promiscue tamen passim usurpari mox adserit, quod vel sola L. 7. *de Accus.* docet, sic multa agendo certe nihil egisse videtur. Neque P. Perrenon. 11. *Var. lect. c.* 2. rem explicat, alia de loco subscriptionis et reo inscripto adferens: Quid autem opus erat bis κατὰ τῦ αὐτῦ idem profiteri, et semel institutam in inscriptione professionem in subscriptione iterare? Manifeste interim Paulus in *d. L.* 3. §. 2. *subscribere debebit is qui dat libellos, se professum esse.* Adjicit tamen mox hanc differentiam: *vel alius pro eo, si scribere nesciat.* Videtur ergo subscriptio quasi confirmatio esse inscriptionis. Forsitan tutissime inter tempora erit distinguendum dicendumque tempore Pauli et Ulpiani inscriptionem et subscriptionem fuisse conjunctam in accusatore; ante vero haec tempora illum tantum inscriptionem fecisse, qui accusaret, nomenque deferret; alium vero, seu socium seu Advocatum adcusatoris, subscripsisse. Et sic dubium jam

pecunia, aut non integre numerata pro temporaria voluntate hominum ſcribi ſolent, more inſti- tu-

jam removere tentavit Scip. Gentilis in Apologiam *Apuleji not.* 17. *pag.* 14. Confirmant me hac in ſententia loca veterum. Cornel. Nepos in *Attico c. 6. Neminem neque* SUO NOMINE, neque SUBSCRIBENS *accuſavit.* Gellius *lib.* II. *c.* 4. *Cum de conſtituendo accuſatore quaeritur judiciumque ſuper ea re redditum, cuinam potiſſimum ex duobus pluribusve* ACCUSATIO, SUBSCRIPTIOVE *in reum permittatur, ea res atque judicum cognitio divinatio appellatur.* Aſconius in Orat. pro *Cornel. Cornelium reum duo fratres Cominii lege Cornelia de majeſtate fecerunt*, detulit *nomen Publius*, ſubſcripſit *Cajus.* Et in *Scaurianam. M. Scaurus à P. Valerio poſtulatus eſt, apud M. Catonem praetorem repetundarum. Subſcripſerunt Triario in Scaurum L. Marius et Pacuvii Fratres.* Nihil ſane videtur clarius. At et ipſum audiamus Ciceronem in *Q. Caecilium cap.* 15. ſignanter nomen rei deferentem ſeu inſcriptionem à ſubſcriptione diſtinguentem: *Ei qui iſtius quaeſtor fuiſſet, non modo deferendi nominis, ſed* NE SUBSCRIBENDI QUIDEM, *cum id poſtularet, fecerunt poteſtatem.* Et mox: *quartum ſubſcriptorem quem ſit habiturus non video, niſi quem forte ex illo grege oratorum, qui* SUBSCRIPTIONEM *ſibi poſtularunt, cuicunque vos delationem dediſſetis.* Comprobat hoc Tacit. I. *Annal.* 74. et Caelius ad Cic. *lib.* VIII. *ad Familiar. ep.* 8. quae duo loca Graevius ad *lib.* II. *Cic. ad Attic. ep.* 24. *pag.* 280. adduxit. Vix ergo haec dubitare nos ſinunt, aliter fuiſſe antiquitus circa ſubſcriptionem obſervatum, nec ſine ratione ſubſcriptorem dici actorem ſecundum, factum prioris et principalis adcuſatoris adprobantem. Ceterum multa hic de ſubſcriptione et ſubſcriptionibus dici poſſent; ſed cum de his hoc loco agendi non ſit inſtitutum noſtrum, notemus tantum Heraldum ad Jus Attic. *lib.* VII. *c.* 7. 9. 10. 14. Mabillon. *lib.* II. de *Re diplomatic. c.* 10. 20. *ſequ.* et Jo. Alb. Locher in *Diſſ. de Subſcriptionibus*, Link de *Manu propria.* De ſubſcriptionibus principum et JCtorum egimus alio loco. De rationum expunctione et ſubſcriptionibus à dominis factis vide Scip. Gentilem in *Apol. Apuleji not.* 857.-58. *pag.* 415. De ſubſcriptione librorum ſymbolicorum in eccleſia anti-

tutoque Gaaecorum. Male igitur Spiegelius et Alexand. Neapolitanus cum Budaeo faciunt ſyngrapham uno ex latere ſcriptam; ut bene Tiraquellus. Qui addit ſyngraphas tantae fuiſſe auctoritatis, ut eas abnegare, ſummae haberetur perfidiae. Inde tamen natum illud in falſarios dictum apud Suidam: *Non eſt idem ſcriptura et Leucippus.*

Συνθέματα ἐπιςολιμαῖα, ait Budaeus in Comment. eſſe notas quasdam epiſtolares, indices et commendatrices eorum qui eas reddebant: item diplomata quae iis dabantur, qui curſu publico utebantur. *

Tituli, programmata, ut ſupra ex Caſſiodoro: dicta non a tutando, ut Varro; ſed παρὰ τὸ τίειν καὶ τὴν τιμὴν, inquit Scaliger lib. I. Poëtic. cap. IX. et lib. III. cap. ultimo. Differt ab Elencho, quod hic non ſit unus titulus, ſed multi. †

Tran-

antiqua et moderna et quid Juris circa errores poſt ſubſcriptionem enatos, vide Cl. Aug. Leyſer. *Medit. ad D. Sp.* 566. *medit.* 4. 5. 6.

* Gregorius Nazianzen. contra Julianum per συνθήματα ἐπιςολιμαῖα literas formatas intelligit. Alias notant *evectiones* quae erant diplomata, codicilli, libelli, quibus curſu publico utendi facultas dabatur, Du Cange in *Gloſſar. Graec.* voce συνθῆμα, et Med. latin. voce *Evectio.* Diploma à eſt Graeco διπλῶ quod chartae duplicatae eſſent. Hinc in medio aevo diploma etiam *duplicata* dicebatur, Du Freſne voce *Duplicata.* Duploma vero an diploma ſcribas, perinde erit. Alia de hac voce ſupra *pag.* 141. adduxi.

† Non placet Scaligeri illa derivatio, quam Voſſius à τιτίω per reduplicationem à τίω et Dacierius ad Feſtum voce *tituli milites* ſuam fecerunt. Non videntur καλῶς εἰκάζειν. Quid opus enim eſt Feſto contradicamus in re dubia illique melius nota

quam

Translatitia edicta sunt, quae Praetores ex alio-
rum

quam nobis. Neque adsentior Hier. Magio *lib.* 1. *Miscell. c.* 14. *à tutulo*, librorum inscriptiones titulos fuisse dictos aestimanti, scilicet, *flaminicarum capitis ornamento, quod fiebat vitta purpurea, innexa crinibus et exstructum in altitudinem.* Etsi enim lubens concedam, librorum inscriptiones rubro colore aliisque ornamentis insignitos fuisse, vix tamen video, quaenam comparatio titulum inter Flaminicarum et librorum inscriptiones fieri possit. Rectius forsan ab *intuendo* vel *tuendo* vocem titulus derivemus, cum quasi primo obtutu materiam nobis totius libri sistat et auctorem vel saltem imaginem ejus intueri permittat. Notum est enim veteres imagines suas plerumque titulis librorum subjecisse, Martial. *XIV. epigr.* 156.

Quam brevis immensum cepit membrana Varronem,
Ipsius vultus prima tabella gerit.

Et *lib.* 1. *Epigr.* 54.

Una est in nostris tua, Fidentine, libellis
Pagina, sed certe domini signata figura.

Non est itaque quod Alciatum ad *L.* 1. *D. de Reb. credit. si cert. pet.* legum titulos ex eo dictos fuisse existimantem, quod factum nomen et memoriam auctorum tueantur, rejiciat Magius, cum proprius ad rem accedere videatur Alciati sententia. Satis de vocis etymologia. Ad significatum ex variis, à Lexicographis jam excussis, notemus praecipue quae ad rem nostram faciunt et ab aliis praetermissa vel obiter tantum tractata sunt. Primum antiquos jam pro inscriptione libri, minimum pro partibus librorum voce illa fuisse usos observo. Sic edictum perpetuum in titulos fuisse divisum ex *L.* 1. §. 11. *D. de Postulando* et *L.* 1. *D. de Reb. cred.* discimus. Hujus ad exemplum commentaria sua ad edictum in titulos diviserunt JCti, vide Fragmenta in Collat. *LL. Mosaic. et Rom. c.* 11. *Papinianus libro* 11. *Definit. sub titulo de Judicatis. c.* 4. *Papinianus lib.* XV. *Responsorum sub titulo ad L. Juliam de Adulteriis.* Sic et Ulpianus libros
suos

rum edictis vel integra, vel partem transferebant in sua edicta nova. Asconius Verrin. 1.*

CA-

suos in titulos divisit, Cl. Schulting. ad Ulpiani titulos *pag.* 560. *Jurispr. antejustin. col.* 2. pariter et Paulus JCtus, vide Eumd. ad *Pauli Sententias. pag.* 213. *col.* 1. Miror itaque Anton. Schorum in *Phrasib. linguae Lat. Colon.* 1557. vocem tituli hoc sensu, ut minus latinam, Romana civitate eliminasse. Etsi enim fatear veteres dixisse, *inscribere librum, et inscriptio libri, hae literae inscriptae*, quod in medio aevo *indorsare* vocabant, Du Fresne in *Glossar. d. voce*; inde tamen haud sequitur, minus latinam esse τὸ titulus in eodem significatu, cum contrarium aperte doceat edictum perpetuum. Num vero vox illa hoc in sensu tempore Hadriani coeperit usurpari, non definio. Verosimile videtur veteres modum libros dividendi in titulos ab argentariis didicisse, qui compendii causa, nomina debita et debitores in certas classes et titulos dividebant, Ascon. Pedian. in *Verrem p.* 77. *Tituli debitorum nomina dicuntur, praesertim in iis debitis, in quibus hominum nomina scripta sunt, quibus pecuniae commodatae sunt.* Hoc addo, veteres in titulis librorum suorum non fuisse adeo liberales ut nostrates, nam quo brevior olim inscriptio eo elegantior, vide Scaliger. *de Arte Poet. lib.* II. *c.* 7. Notandum denique librarios saepe titulos librorum integros praeteriisse vel pro lubitu suo alios novos finxisse, cujus rei causam hanc fuisse putem, quod plures librarii plerumque libros describerent aliique titulos rubro colore pingerent, hinc illa errorum seges in titulis librorum male locatis, spuriis et suppostitiis, Cujac. ad *Jul. Paul. Sent. lib.* V. *tit.* 20. *pr.* qua de re, ni fallor supra jam egimus. Apud JCtos titulum significare causam possessionis tralatitium est. *L.* 3. *D. Pro soluto L.* 3. *D. de Acquir. poss.* vel etiam causam dominii transferendi, vide Brisson. de *Verb. signif.* Alia dabit Du Cange in *Glossario* voce *titulus*. A superdictione differre titulum observavit, Mornacius ex verbis *L.* 13. §. *ult. D. de Jurejur. Imperator rescripsit Justibus eum castigatum dimitti, et ita superdici* προπετῶς μὴ ὄμνυε, haec enim fiebat voce praeconis; titulus vero erat quasi inscriptio poenae in tabella. Adde Alciat. IV. *Dispunct. c.* 2.

* De Edictis praetorum quantum satis est vidimus *pag.* 370.

CAPUT XXXII.

De Scribis, et variis eorum generibus. *

SCRIBAE *nunc dicuntur*, ait Festus, *Librarii, qui rationes publicas scribunt in tabulis.* Eorum munus vocatur *Scribatus.* Leg. Si adscribat. C. de appellat.

370. translatitia suo loco breviter explicanda reliquentes. Erat autem in successoris praetoris arbitrio positum, num antecessorum edicta vel repetere et tranferre vel plane nova constituere vellet, unde et praetori intercedere poterat praetor, ne quid contra jus et edictum suum decerneret, Cic. in *Verrem.* I. *c.* 46. *Itaque L. Piso multos codices implevit earum rerum, in quibus ita intercessit, quod iste aliter ut edixerat, decrevisset.* Ranchin. I. *Variar. quaest. c.* 9. Signanter vero Cicero I. *in Verrem. c.* 44. translatitium à novo edicto distinguit, *Posteaquam*, dicit, *Jus praetorium constitutum est, semper hoc jure usi sumus: si tabulae testamenti non proferrentur, tum, uti proximum quemque potissimum heredem esse oporteret, si is intestato mortuus esset, ita secundum eum possessio daretur. Quare hoc sit aequissimum, facile est docere: sed in re tam usitata satis est ostendere, omneis antea jus ita dixisse, et hoc*, VETUS EDICTUM TRANSLATITIUMQUE *esse. Cognoscite aliud hominis in vetere edictum novum. et c.* 45. *hoc translatitium est.* Huic contrarium erat *peculiare edictum.* Idem Cic. *lib.* III. in *Verr. c.* XIV. de voce translatitium pro eo quod fit vulgariter et adsuetum vide Forner. in *Cassiodor. pag.* 321.

* Cum bona venia Lectoris, licebit hic à methodo Auctoris paululum decedere et ad exemplum praecedentis capitis ordine alphabetico memoriae juvandae causa varia scribarum nomina recensere, ut commodior sit ipsa explicatio notarum, quas ob materiae amoeniorem tractum paulo uberiores huic capiti adjicere lubuit. Superest enim spicilegium in tanta antiquitatis messe, nec pro materiae gravitate digne scribarum munera pertractarunt

pellat. Exercitium, *facere scriptum.* Livius lib. IX. et Gellius lib. VI. cap. IX. *Ordo*, olim vilis apud Graecos juxta ac Romanos, inquit in Syntag. Petrus Tolosanus lib. XLVII. cap. XLI. et *Mercenarius*, ut appellat eum Aemilius Probus in Vita Eumenis; sed mox coepit honestus haberi, ut liquet ex Cicer. Verrin. V. et Justinian. Novel. XV. et LXXXII. Tandem etiam adeo excrevit, ut fuerit in decurias descriptus; teste Sigonio libro II. De jure Roman. cap. IX. A variis autem Magistratibus quibus apparebant, vocati Quaestorii, Praetorii, Aedilitii; imo et a rationibus suis, Aerarii, Portorii, Navales, ajunt Franciscus Polletus libro V. De foro Roman. cap. XII. et Turnebus lib. XXX. cap. XXIV.

Scri-

runt interpretes. Equidem singulares dissertatiunculas de scribis veterum conscripserunt Andreas Christianus Eschenbachius et Caspar. Barthius in *Adversariis*, *lib. L. cap.* I. pariter et Jo. Schilterus in Commentario ad Pandectas, seu *Praxi Jur. Rom.* de Secretariis, Rever. Jo. Andreas Schmidius in *Dissert.* de *Notariis ecclesiae tum orientalis tum occidentalis Helmstadii* 1715. et forsan alii quorum me fugiunt nomina; nondum tamen cum pulvisculo omnia exhausta esse sequens docebit tractatio. Hunc itaque servabo ordinem, ut primum compendiosam historiam scribarum ex moribus et institutis variarum gentium collectam exhibeam, deinde speciatim ad Romanorum librarios eorumque munia singularia, duce Auctore nostro, me conferam; ultimum quae in Juris nostri latifundiis scribarum officium et dignitates respiciunt, quanta fieri possit brevitate excutiam, vitia et virtutes eorum quasi per indicem indicaturus. Illis autem qui hac in materia vires suas periclitarunt hancque tractationem meliorem doctioremque reddiderunt, suo loco sua laus et gloria cedet. Ἀγαθῇ τύχῃ.

Scribae vero Hebraeorum, ut paſſim vertunt

Inter-

§. 1. Scribas habuiſſe veteres Hebraeos negabit nemo: nondum enim inventa typographia memoria rerum ad poſteros transferri niſi per ſcribas haud poterat. Qui potuiſſet liber *bellorum domini*, de quo *Numer.* XXI. *vs.* 14. ante ingreſſum Canaan ſcriptus, et *liber Juſtorum*, de quo *Joſuae* X. *vs.* 13. II *Samuel.* I. *vs.* 18. et Cl. Abicht in *diſput. de Libro recti Lipſiae* 1714. per tot temporum ſpiramenta ad poſteros propagari, niſi à ſcribis vel publicis vel privatis iterum iterumque fuiſſent deſcripti. Moſen majorum genealogias resque geſtas ſine dubio ex antiquis monumentis ſcriptisque majorum hauſiſſe Clericus ad *Geneſ.* XXXVI *vs.* 21. jam docuit. Neque obſtat, quod breviter et ſtrictim res antiquas recenſuerit, cum prompta ſit reſponſio, ſic placuiſſe illi per indicem antiqua recenſere, ut latior eſſet tractus recentiorum. Et qui potuiſſet illa per manum Iſraëlitarum omnia accipere, qui ſub jugo Aegyptiorum gementes, ſingularia illa omnia memoriae mandare et retinere haud potis erant. Probabilius itaque videtur quemlibet patrem familias tunc temporis res domeſticas privato ſtudio adnotaſſe, vel per ſcribas adnotari curaſſe. Ultimum civitatem Kiriath Sepher, de qua ſupra *pag.* 305. urbem librariam et Bibliothecam Judaeorum fuiſſe conſtat. Equidem ſcio, Cl. Buddeum in *Hiſtor. Vet. teſtam. Tom.* 1. *p.* 942. dubitaſſe, urbem illam à ſcribis et re libraria ita fuiſſe dictam, cum forſan à conditore Sepher denominatio ſit derivanda. Sed hoc probandum Viro Cl. incumbit, neque enim hoc ſiluiſſet textus ſacer, ſollicite paſſim conditorum nomina referens. Non ergo video cur a verbis S. ſcripturae ſit recedendum, imprimis cum ex familia Caleb, qui urbem Kiriath Sepher, olim Debir dictam, occupavit, Sopherim illi, ſeu ſcribae Judaeorum ſint deducendi, vide 1. *Chronic.* II. *vs.* 55. Adde quod paſſim civitates apud antiquos haud raro à ſtudiis, negotiis, opificiis, et quae plura in illis exercebantur, nomina ſortirentur. Sic civitas Abela commune ſapientiae emporium dicitur II. *Samuel. vs.* 19. unde proverbium enatum eſt: *adi Abelam*, ſeu conſule civitatem literarum, vide C. Sanctium in *Commentar. ad d. l.*

Urbem

Interpretes noſtri , non fuere proprie Scribae, ſed

Urbem Romam *Legum parentem* dictam fuiſſe probat Illuſtr. E. Spanhem. ad *Julian. Imp. pag.* 35. 47. Sic urbem Aſcalonem κρομμιων ſecundum Heſychium , de cepis Aſcalonicis denominatam fuiſſe docuit idem Ill. Ez. Spanhem. ad *Ariſtoph. Plut. vs.* 167. citans de aliis pluribus Addenda ſua ad *Tom.* 1. *Diſſ. de Nummis antiquis pag.* 723. Corinthum ob laſciviam mulierum vere Veneris eſſe urbem εἶναι σαφῶς Ἀφροδίτης τὴν πόλιν, ait Ariſtides in *Iſthmum pag.* 42. Hæc profecto dubitare nos non ſinunt et ejuſmodi civitates à ſtudiis apud Hebraeos ita fuiſſe denominatas. Patebit vero ex ſequentibus ſcribas fuiſſe in pretio et honore apud Judaeos.

§. II. In Theocratia Judaica et in candida illa gentium ſimplicitate haud opus erat multis ſcribis, multo minus diſtinctione ſcribarum. Pentateucho, ab ipſo Moſe vel Aarone deſcripto, uſum fuiſſe in longa illa peregrinatione, populum Judaicum, veroſimile videtur. Diviſis vero tribubus, et patrimonio cuilibet aſſignato, ſcribae munere functus fuiſſe videtur ſummus Pontifex. Fidem aſſerti facit ipſe Moſes *Numer.* V. *vs.* 23. exſecrationes in ſchedulam conjicere ſacerdotem jubens. Saltem inde patebit, nondum fuiſſe tunc temporis tractu ſeparatum Scribae munus in ſacris, ſed cum ſacerdotis officio conjunctum. Tempore vero Regum Judaicorum, alia erat regiminis facies et imperii forma, coepitque eo tempore ſingulare munus ſcribae in ſacris. Primus, quantum conjectura quidem licet adſequi, tempore Regis Davidis functus eſt hoc munere Seraja qui II. *Samuel.* VIII. *vs.* 17. Scriba fuiſſe dicitur Sacerdotum, quibus ſtatim hoc loco et II *Sam.* XX. *vs.* 25. et 1. *Chron.* XVIII. *vs.* 16. ſubjicitur, et qui ſignanter diſtinguitur à ſcriba regio Joſaphat, de quo *ibid. vs.* 16. Tempore Salomonis Elithoreth et Achija videntur fuiſſe ſcribae in ſacris, Joſaphat vero ſcriro ſcriba regius 1. *Reg.* II. *vs.* 3. Joſephus *VII. Antiqu. Judaic. c.* 5. ϛρατηγὸν δ' ἁπάσης εἶχε τῆς ϛρατιᾶς τὸν Ἰώαβον. ἐπὶ δὲ τῶν ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ Ἰωσάφατον ὑιὸν Ἀχίλου κατέϛησεν· ἀπέδειξε δ' ἐκ τῆς Φινεέσου οἰκίας τὸν Σάδωκον ἀρχιερέα μετ' Ἀβιαθάρου, φι-

λ..

ſed Lectoies et Doctores Legis, ut clare demon-

λος γὰρ ἦν αὐτῷ· ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ δὲ Σεισὰν ἐποίησε. *Totius vero exercitus ducem habuit Joabum: à Commentariis autem fecit Joſaphatum Achili filium: at Sadocum è domo Phineeſi Pontificem creavit cum Abiathro: amicus enim ei erat: ſcribam autem Siſam conſtituit.* Sic *ibid.* VII. *c.* XI. *in fine.* Sabathes et Achilaus ὑπομνηματογράφοι à Commentariis fuiſſe dicuntur, Suſa vero γραμματεὺς ἱεροῦ. Unde videtur patere, tempore Davidis et forſan ſubſequentium regum, ſcribas Pontificis ab ipſo rege fuiſſe electos, ſicuti et ipſe Pontifex. Ejusmodi ſcribam ſacerdotalem etiam tempore Ezechiae fuiſſe putem Sohnam, de quo II *Reg.* XVIII. *vs.* 18. *Jeſaiae* XXXVI. *vs.* 3. *et* XXXVII. *vs.* 2. quia cum Sacerdote iterum conjungitur *ibid.* XIX. *vs.* 2. etſi Dan. Feſſelius *lib.* I. *Adverſ. Sacr. c.* I. *pag.* 7. Scribas hos ſub Cancellario regio, adeoque revera regios fuiſſe conjiciat: vix enim videtur veroſimile, tunc temporis tractu ejusmodi Cancellariatus munus, quale hodie noſtris in aulis regnat, fuiſſe notum. Notanter etiam in Bibliis, ſcribae Sacerdotales diſtinguuntur ab illo, qui cancellarius vertitur, et indiſtincte LXX. interpretes γραμματεῖς repoſuerunt. Neque dubium moveri poterit ex II. *Reg. c.* XII. *vs.* 10. quod regius ſcriba expreſſe cum Pontifice maxumo jungatur: is enim ad pecuniam auferendam et numerandam, adeoque ad actum hunc ſingularem, ne fraus fieret, ut olim fecerant ſacerdotes, in pecunia ad templum inſtaurandum in ciſtam conjecta. Immo neque per ipſum Pontificem, ſed per ſcribam, forte ſummi Pontificis, vel delegatum quemdam, ſimul cum ſcriba regio eamdem evacuatam fuiſſe legimus II. *Chron.* XXIV. *vs.* II. Talis vero ſcriba ſacerdotalis fuit Semaja, qui ex tribu Levi fuiſſe dicitur I. *Chron.* XXIV. *vs.* 6. et filius Saphan de quo *Jeremiae* XXXVI. *vs.* 10. Ceterum munus ſcribae ſacerdotalis videtur olim proprium fuiſſe tribui Levi, vide I. *Chron.* XXIV. *et* II. *Chron.* XXXIV. *vs.* 13. Ex his ſine dubio duo ſcribae ad Synedrium magnum delegati ſunt, quorum unus ad dextram, alter ad ſiniſtram, abſolventium et condemnantium ſuffragia ſcripto conſignabat. Duplex itaque ſcribarum genus tempore regum Judaicorum

ſtrant Serrarius noſter et Sigonius in Repub. He-
braeo-

rum fuit, regii ſcilicet et ſacerdotales. Ejusmodi vero Regius ſcriba fuit procul dubio Eliſama, de quo *Jerem.* XXXVI. *vs.* 12. 20. 21. qui tamen alios videtur adhuc ſub poteſtate ſua habuiſſe Scribas. Et forſan talis fuit Jehudi, de quo *d. l. vs.* 21. qui volumina coram Rege dicitur legiſſe et mox ſcalpello conſcidiſſe. In tranſitu vero hic erit notandum, omnia Rege praeſente in Annales debuiſſe conferre regios hos ſcribas, vide 1. *Chron.* XXIV. *vs.* 6. *et Eſther* II. *vs. ult.* His denique addendi ſunt ſcribae caſtrorum, qui exercitus numerum inibant inque rationes referebant tirones, immo hi duces militum erant ſumma poteſtate inſtructi. Talis erat Rege Judaeorum Uzzia regnante, Jeiel, II. *Chron.* XXVI. *vs.* 11. et de ejusmodi ſcriba, ducis munere fungente, loquitur Jeremias *c.* LII. *vs.* 25. *Jeſaias* XXXIII. *vs.* 18. adde II. *Reg.* XXV. 19. *Judic.* V. *vs.* 14. *et* 1. *Machab.* V. *vs.* 42. *Act.* XIX. *vs.* 13. Concludere hinc facile eſt, quanta auctoritate fuerint ſcribae apud Hebraeos. Atque haec de ſcribis eorum publicis ſub ſtatu monarchico.

§. 3. Praeter hos notandi veniunt ſcribae privatorum qui contractus et inſtrumenta, libros eruditorum, librum legis et genealogias Judaeorum deſcribebant. Huic rei operam navabant Kinaei, Jethronis poſteri, qui nullam hereditatem cum tribubus ſortiti 1. *Paral.* II. *vs.* 55. *Jerem.* XXXII. *vs.* 11. in certas familias diſtributi erant, vide Andr. Murray *diſput. de Kinaeis Jenae* 1711. Etiam privati ſuos habuere amanuenſes et ſcribas domeſticos, qualis fuiſſe videtur Baruch, *Jerem.* XXXVI. *vs.* 4. *et* 6. Poſt captivitatem vero Babylonicam diſtinctio εἰς γραμματεῖς τοῦ νόμου et εἰς γραμματεῖς τοῦ λαοῦ obtinuiſſe videtur. Illi libris ſacris deſcribendis, corrigendis et exemplis conferendis literisque numerandis operam dabant. Talis ſcriba fuit Eſdra, qui *Eſdr.* VII. *vs.* 6. et 12. γραμματεὺς τοῦ νόμου סו פר מהיר בתורה. Et hinc in קידושים fol. 30. 1. dicuntur סופרים qui literas et voces S. Codicis numerant, et Laniando in *Comment. ad Jeſ.* XXXIII. dicit איה ספר etc. *qui numerat literas legis.* Ejusmodi vero Eſdrae ἀντίγραφον S. Codicis poſſidere ſe gloriantur apud
Bo-

bracorum. Fuere autem praeterea multa Scriba-
Dd 3 rum

Bononienſes Dominicani, quod cimelium duplici clave obſeratum tenent, altera clave penes Magiſtratum, altera penes monachos exiſtente. Deſcripſit hunc Codicem Cl. Montfaucon in *Diar. Ital. pag.* 399. *Ingens eſt volumen, ſeu convolutus liber, pellis vituli ſubacta et tractabilis, in qua non Eſdrae liber, ut multorum ſermone fertur, ſed pentateuchus habetur, more Bibliorum quae etiam num apud Aebreos in Synagogis aſſervantur, pauculas recentiore manu marginales notas obſervavi. Literae vix quidquam nigredinis amiſerunt, quod pelli tribuitur atramenti retinentiſſimae. Codex à Judaeis huic monaſterio dono oblatus fuit, quo tempore Aymericus praefectus et magiſter ordinis erat, anno ſcilicet decimi quarti ſeculi ab annis quadringentis*, etc. Recte inde concludit celeb. Montfaucon, errare illos, qui Hebraica Biblia nulla occurrere ab annis plus quadringentis exarata exiſtimant, quia ex inſcriptione Bibliis illis tempore Aymerici 1308. adjecta patet, perantiquum jam fuiſſe habitum illum Codicem, etſi ipſo Montfauconio teſtante, fabula ſit, Eſdrae manu illum fuiſſe exaratum. Ceterum hi γραμματεῖς τοῦ νόμου non ex vulgo homines, ſed dignitate conſpicui et in LLbus divinis explicandis peritiſſimi fuerunt. His committebant Sacram paginam deſcribendam Judaei, in deſcriptione illius religioſiſſimi, inprimis qua utuntur in Synagogis. Cum operi ſe accingeret Scriba voce clara teſtari debebat: *Se ſcripturum legem Iſraëlis, rem ſanctiſſimam.* Quodſi vel unicum Dei nomen praeteritum vel unica litera haud ſeorſim poſita, et cum antecedentibus et conſequentibus confuſa, vel plane omiſſa ſit, vel abundet, ita ut ab infante, qui nondum ſapit nec plane infans eſt, diſtincte legi non poſſit, et quae plura Maimonid. XX. memorat, totus Codex vitioſus et illigitimus habetur, vide Maimon. in הלכות תפילין de *Phylacteriis c.* x. §. 1. et liber MStus עצהחיים a Wagenſeilio citatus ad *Sota pag.* 22. *ſequ. et* 367. et Vitringa de Synagoga *lib.* 1. *Part.* 11. *c.* 10. quorum locorum, cum ſermo hac de materia inter

rum nomina quae recenſet Lazius libro II. cap. IV. De Republica.

Epi-

inter amicos, me admonuit harum literarum peritiſſimus, G. F. Kirchoff, conterraneus et amicus meus aeſtumatiſſimus. In Biblotheca Lipſienſi Paulina reperitur ejusmodi Codex accuratiſſime deſcriptus ex Bibliothea Meyeri eo translatus, de quo vide Wallichii *Mayeriſche Synagoge* §. 8. *p.* 6. 7. Tenzel in Menſtruis Anni 1692. menſe *Octobr. pag.* 849. ubi late de Bibliis MStis Erfurtenſibus Anno Chriſti 1343. deſcriptis. De pretio demum immani quantum libri legis, vid Mayeriſche Synagoge d. l. ubi ſolum Thorah vix pro 100. Imperialibus deſcribi poſſe docetur. At γραμματεῖς τοῦ λαοῦ Scribae populi, de quorum munere adeas Feſſelium *d. l. pag.* 13. *libellarii* dicebantur, nomine à ſcribis aulae Regiae Perſarum petito, ubi ſcribae illi, qui mandata Judaeos ſpectantia ſcribebant, *regii* audiebant, et *Laſtarim* לבלרין *Eſther* III. 12. *et* VIII. 9. Apud Judaeos ſcribebant libellos divortii, Gittin *fol.* 9. 1. et inter viros Principes numerabantur, Sanhedrin *fol.* 17. 2. Hoc demum verbo monendum erit, in conſignandis contractibus aliisque inſtrumentis, teſtium ſubſcriptione, de quibus *Jeremiae* XXXII. 10. *ſequ.* conſtituendis magiſtratibus, et rebus Politicis etc. annum civilem, qui incipiebat à menſe Tiſri, addidiſſe ſcribas τοῦ λαοῦ, ad diſtinctionem anni Sacri, cujus principium menſe Niſan conſtituerat Moſes *Exod.* XII. 1. 2. *et* XIII. 4. ad feſta, inde numeranda.

§. 4. Manſit haec ſcribarum conditio poſt captivitatem Judaeorum Babylonicam nihilque peregrini moris patriis Ebraeorum ritibus hoc in paſſu adhaeſiſſe videtur. Neque hic confundenda eſt dignitas ſcribarum apud Reges Perſarum, qui tamen proxime accedunt ſcribis Hebraeorum: nam apud Perſarum Reges ſummus ſcriba regius, quem Cancellarium poſſes vocare, ſecundus à Rege erat, eamque dignitatem apud Ahasverum obtinuit Haman *Eſther* III. *vs.* 10. cui, cum regio annulo abuteretur et mandatis nomine Regis ſcriptis et ſubſignatis interitum Judaeorum accelerabet, ademit Rex annulum et poena patibuli adfici

ſici curavit, unde illud feſtum Judaeorum, de quo videſis tr. meum de *Memoria propagata c.* I. §. 7. *pag.* 53. Eandem vero dignitatem ac poteſtatem in Mardochaeum tranſtulit, *Eſther.* VIII. *vs.* 8. Hujus vero ſub imperio alii inferioris ordinis ſcribae fuiſſe videntur, iidem *regii* dicti, de quibus *d. c.* III. *vs.* 12. et *c.* VIII. *vs.* 9. Ejusmodi Cancellarios et ſcribas etiam in provinciis, imperio ſuo ſubjectis, habuiſſe Reges Perſarum conjicio ex *Eſdra* IV. *vs.* 8. 9. 17. Adde Joſeph. *lib.* XI. *Antiqu. c.* 6. Denique et ſcribae, pariter ut apud Judaeos, caſtris intererant et duces militum erant. Sic Amenides ſcriba qui Darii fuit, Arachoſios ſubegit Curtius VII. *c.* 3. Mullinus ſcriba Regis leviter armatis dux datus eſt, Idem VIII. *c.* XI. et de ſcriba equitum ejusque officio Idem VII. *c.* I. Hinc adparet, latius patuiſſe eorum officum, nec ſolummodo deſcribendis pugnis vacaſſe illos, ut putat Barn. Briſſon. *lib.* I. *de Regno Perſar. p.* 139. ex Herodoto *lib.* III. cum Jo. Tzetze *Hiſtor. Chil.* I. 980,

> χρυσῷ θρόνῳ καθήμενος, ὥρα τὴν ναυμαχίαν.
> Καὶ γραμμαλεῖς πάρισανλο, μέλλοντες ταύτην γράφειν.

> *Aurea ſede ſedens, ſpectabat pugnam nauticam*
> *Et ſcribae adſtabant hanc deſcripturi.*

Retinuerunt itaque Hebraei τοὺς γραμματεῖς τοῦ νομοῦ et τοὺς γραμματεῖς τοῦ λαȣ̃. Quod diſcrimen tamen non conſtanter obſervatum fuiſſe adnotat Cl. Wolfius in *Cur. Crit.* ad *Matth.* II. *vs.* 4. cui nomen τȣ̃ λαȣ̃ ideo additum videtur, ut γραμματέας illos privatae conditionis homines nec publico muneri admotos fuiſſe conſtaret. Valeſium autem in Notis *ad Euſebium pag.* 46. Scaligerum, Capellum et L. de Dieu ibi allegatos ideo erraſſe, quod praecipuum ſcribarum munus fuiſſe dixerint, Pontificibus et ſenioribus in Synedrio aſſidere et proinde nomen fuiſſe magiſtratus, non video. Quantum enim ex S. S. et ſcriptis Judaeorum adparet, videtur omnino vera horum ſententia, niſi vox *magiſtratus* offenderet. Prioris generis aliquis Nahum occurit in Talmude, Maſſechet Peah *fol.* 4. I. qui membrum Synedrii fuiſſe, et ad quaeſtiones propoſitas populo reſpondiſſe dicitur, paulo ante tempora Chriſti nati, Relandus in *Notis ad Othonis hiſtoriam doctorum Miſchnicorum*

 pag.

pag. 90. Et his adnumerandi videntur omnes illi, qui in novo foedere Νομικοὶ legis periti, ſcribae, doctores, et ſecundum verſionem B. Lutheri Schrifftgelertten audiunt, *Matth.* II. *vs.* 4. et alibi. Sic qui *Matth.* XXII. *vs.* 35. et paſſim apud *Lucam* VII. *vs.* 30. X. 25. XI. *vs.* 46. et *Tit.* III. 13. νομικοὶ dicuntur, apud reliquos Evangeliſtas ſimpliciter γραμματεῖς audiunt. Hi locum tenebant in Synedrio magno Hieroſolymitano et omnium adcuratiſſime legem divinam deſcribere et explicare valebant, quare et prudens et laudandum erat hoc Judaeorum inſtitutum, peritiſſimos et dignitate pollentes huic negotio qui adhibuerunt. Hos interim ut Karaeorum, qui rejectis traditionibus, ſolam ſcripturam venerantur, vel alii ſectae adſcribam cum Cl. Wolffio in *Curis Critic. ad Matth.* II. 4. et *c.* XXIII. *vs.* 4. Triglando de *Karaeis pag.* 63. et Urſino *Scholaſtic. antiqu. c.* IX. inpetrare à me non poſſum. Potius eſt dicamus, γραμματεῖς καὶ νομικοὶ, ſeu νομοδιδάσκαλοι, fuiſſe nomina diverſorum munerum et dignitatis: horum enim aliqui Phariſaeorum ſectae fuerunt addicti *Matth.* II. *vs.* 35. nonnulli Sadducaeorum. Et *Actor.* V. *vs.* 17. et XXIII. *vs.* 6. tam Phariſaei quam Sadducaei quos Servator noſter *Matth.* IV. 2. γεννήματα ἐχιδνῶν vocat, lepide vertente Luthero ihr Ottergezuchte/ in collegio Pontificum et ſeniorum fuiſſe dicuntur. Chriſtus *Luc.* II. *vs.* 45. Scribas et Phariſaeos à legisperitis ſeu νομικοῖς ſignanter diſtinxit, vide L. de Dieu in *Critic. Sacra ad Matth.* XX. Ligtfoot ad *Luc.* X. *vs.* 25. Vorſtius *P.* 1. *Philolog. Sacr. pag.* 68. *ſequ.* et qui forſan plenius hanc materiam tractavit Jo. Henric Syrbius in *peculiari Diſſertatione:* Περὶ γραμματέων *Wittenbergae* 1670. cujus meminere Nova litteraria *maris Baltici de Anno* 1650. Ceterum haud incongrua mihi videtur ſententia Ant. Binaei in *Chriſto crucifixo c.* 11. ſcribas hos, quorum in Novo foedere fit mentio, fuiſſe ex tribu Levi, ceu olim in Veter. teſt. ſcribae ſacerdotales fuerunt.

§. 5. Reſtat adhuc aliud genus ſcribarum, quos Joſephus *lib.* XI. *Antiqu. Jud. c.* 5. *pr.* γραμματέας τοῦ ἱεροῦ, ſeu ſcribas templi vocat. Num vero hi fuerint iidem, qui γραμματεῖς τοῦ νόμου dicebantur, cum ignariſſimis ignoro. Iidem tamen fuiſſe videntur, qui apud Eundem Joſephum *lib.* VII. ni fallor, *de Bello Judaic.* ἱερογραμματεῖς vocantur, qui-

quique forsan praefectis templi sunt adscribendi, ejusdem rationes, reditus, et expensas procul dubio curantes. Catalogum librariorum Ebraeorum dedit Cl. Wolffius *Biblioth. Hebr. tom.* II. *lib.* III. *c.* 3. §. 2. Bellarii loco quaestio hic enodari posset, num ergo sine vitiis Biblia à librariis olim fuerint descripta, quam vexatam quaestionem Theologis decidendam relinquere praestaret. Paucis tamen monendi erunt humaniorum literarum studiosi, caute ut in hoc argumento procedant, ne vel temeritatis accusentur, neque tamen à modesta crisi, ubi manifestos deprehenderint librariorum errores, plane deterreantur. Verum equidem est, Judaeorum scribas fuisse eruditos et peritissimos, immo adeo eleganter et emendate scripsisse, ut ipsi fere typographicae arti videantur eorum Manuscripta praeferenda; distinguendum nihilominus est inter librum legis, quem summa cura et diligentia descripserunt, inprimis quo in Synagoga utebantur, qua de re supra; et illum, quo ipsi privati domi utebantur. Iterum libri legis, quos privati possidebant, diligentius erant descripti, quam reliquae Bibliorum partes. Belle hoc observasse videtur P. Simon in *Supplement aux Ceremonies des Juifs*, *pag.* 106. et in *Histor. Critic. c.* VII. *Comme la loix*, dicit Simon, *est le principal livre des Juifs, aussi l'ont ils conservé dans les Rouleaux ou Volumes beaucoup plus exactement que la reste de la Bible.* Et mox: *A l'égard des autres livres, bien qu'ils les estiment Saints et inspirés de Dieu, ils ne les ont pourtant pas en un égale vénération; et si on les examine avec application, on les trouvera moin exacts que le Pentateuque: a quoi l'on peut ajouter, que plusieurs Juifs apprenant par cœur presque tout le Pentateuque, il a été beaucoup difficile de l'alterer en le decrivant.* Justum hoc videtur Simonis judicium, quod si conferatur cum illis, quae supra de diligentia et peritia scribarum diximus, nullum videtur dubium, quin librum legis habeamus adhuc hodie omnium adcuratissimum. His certe non leve pondus accedit ex iis, quae *pag.* 315. de Phylacteriis Judaeorum et de superstitiosa scribendi ratione ibi disseruimus, ex Lakemachero, cui jam jungendus W. Goeree *Mozaïze Historie der Hebreeuwse Kerke Tom. III. pag.* 315. Eleganter scribit Augustinus *lib.* II. *contra Faustum Manich. c.* 2. *Quae auctoritas literarum aperiri, quis sacer liber evolvi, quod documentum cujuslibet scripturae ad convincendos errores exseri potest, si*

haec vox admittatur, scripturas esse corruptas. Sane statim ab initio lex Mosis variis exemplis fuit descripta singulisque tribubus Israëliticis custodienda tradita *Deuter.* XXXI. 24. 25. *Jos.* I. *vs.* 8. Quid? quod diserte Maimonides *Hil. Tephil. c.* 7. quemlibet patremfamilias jussu regis, exemplum legis describere debuisse perhibet: *Quilibet sibi exemplar legis exscribere tenetur, etiamsi parentes ipsi exemplar reliquerint, et si propria manu exscripserit, perinde est, ac si de ipso monte Sinai accepisset. Sin literas nesciat, ab aliis pro se scribi curabit.* Idem confirmat Maimonides, ipsos reges antiquitus exemplum legis propria manu descripsisse indicans *c.* 3. *de Regibus.* Neque demum Christus et Apostoli illam scribarum incuriam et corruptionem textus sacri siluissent, vel minima, quae in opprobrium scribarum adferri poterant, eis objicientes. Stat ergo conclusio, in minimis sive in historicis, sive genealogicis, chronologicis etc. varias inveniri lectiones dubiaque. Confer 1 *Paral.* I. 17. cum *Genes.* X. 23. *Esdr.* VII. 3. cum 1. *Paral.* 6. *item* 1. *Paral.* I. 36. cum *Genes.* XXXVI. 12. *Zachariae* XII. 10. et ad hunc locum Huetium, qui in *Demonstrat. Euangel. Propos.* IX. *pag.* 727. *et* 913. Judaeorum malitiam in textibus sacris corrumpendis erudite prodit, et alibi. Aliud exemplum, quoad historica, adfert Cl. Perizonius in *Praef. ad Ælianum circa fin.* ex II. *Reg. et* II. *Paralip.* XXII. 2. Adde Cl. Clericum in *Art Crit. P.* III. *Sect.* I. *c.* 5. 6. item ad textus illos allegatos. Neque sane Capello aliisque, ejusmodi naevos demonstrantibus, satisfecisse videtur Buxtorfius *P.* II. *c.* 2. *reliqu. vindiciarum.* Optandum tamen foret, ne tanto cum livore inter se digladiarentur dissentientes, nec omnem fabam in librarios cuderent, haud reputantes, et typothetarum manus textum sacrum saepe depravasse, vide Cleric. *P.* III. *Art. critic. Sect.* I. *c.* 12. Dextre judicat Cl. Perizonius, magis consultum iri auctoritati Cod. Sacri, si leviora haec candide fateamur, atque hoc pacto os durum et inpudens adversarii obtundamus. Et hercle quantum detrahitur Judaeorum ostentationi et gloriae in adcurata descriptione S. Codicis, si ipsis objiciamus frequentes ad Idololatriam defectiones, et neglectum scripturae sacrae ab ipsis Rabbinis et magistris temere illis inculcatum: hi enim Misnam seu textum Talmudis et Gemaram suam, seu explicationes et traditiones

Misch-

Mischnae, quibus partibus constat Talmud, nimium quantum praeferunt Bibliorum lectioni, adeo ut non erubuerint maledictos nominare, qui absque lectione illarum ad ipsa Biblia accederent, uti late et erudite docuit Jo. Andr. Eisenmenger in libro: *Entdektes Judenthum P.* 1. *c.* 8. *pag.* 330. *sequ.* Age, potissimum argumentum judaicae oscitantiae petamus ex ipsis Bibliis, quae clarissime evincunt, in ipso florente Judaeorum statu, librum legis in templo servatum et septimo quoque anno praelegi solitum diu latuisse, tandemque inventum, cum admiratione à pio Rege Josia lectum fuisse II. *Paralip.* XXXIV. *vs.* 15. Nec obstat, quod Basnage in *Histoire des Juifs lib.* II. *c.* 3. *p.* 343. *tom.* I. hoc restringat ad regis solius inscitiam: textum enim inspicienti constabit facile, latuisse plane, et cum cura denique investigatum, fuisse inventum. Unde liquet, regum ad exemplum et Levitarum sacrum ordinem compositum fuisse. Ipsi tandem Judaei fassi sunt in captivitate Babylonica libros sacros intercidisse et per Esdram inventos fuisse restitutosque, nec satis se emendatos propter incuriam librariorum jam habere codices, qua in re et Patres ecclesiae habent adsentientes, Clericus *d. l. cap.* 2. Neque iterum hic audiendus erit laudatus Basnagius, vix fieri potuisse conjiciens, *d. l. p.* 340. ut textus sacer ita corrumperetur vel plane ex commercio hominum removeretur. Pulchre ratiocinatur vir Cl. si in ratiocinio consisteret veritas historica; verum oblitus fuit probare, quae facta sunt, nec respexit tot veterum testimonia, ipsaque rerum argumenta, contrarium manifeste suadentia. At si ex usu Bibliorum apud Judaeos et quotidiana lectione, item descriptione eorum, quae et Regibus ipsis injungebatur, teste Maimonide, quem supra allegavimus, res decidenda; miror pium Josiam, quem tamen causae suae patronum adducit, Biblia non descripsisse; etiam miror virum doctissimum non cogitasse captivitatem Babylonicam, idololatriam Judaeorum, doctrinam Talmudis, et quae plura. Friget pariter comparatio Mahumedanos inter et Judaeos: illorum enim rempublicam numquam penitus deletam vel sub jugum redactam fuisse, fugit neminem. Immo si ex usu quotidiano argumentum duraturae memoriae depromi posset; miror tot numerosa veterum monumenta millies descripta totque artes hominumque in-

ingeniosa inventa usuque trita, Basnagii aetatem haud attigisse. Sane si ullus liber usu hominum conservatus fuisset, debuisset profecto Juris nostri Volumen per tot latifundia divulgatum inque omnibus Orientis et Occidentis cancellis forisque receptum, aetatem ferre, integrumque et illibatum ire in secula. At quis adeo infrunitus, ut ipsum autographum corporis nostri hodie extare adsereret? Taceo plura, quae Basnagium, nimium ratiocinio suo blandientem, docere potuissent, veritates historicas niti probationibus testimoniisque scriptorum fide dignissimorum. Verum ipse sibi videtur contrarius Basnagius *d. pag.* liberaliter concedens nugas esse, quae doctiss. Ludolfo retulerant Samaritani, Pentateuchum authenticum in Synagogis suis, manu Mosis, vel saltem illius jussu descriptum, et inter XII. tribus distributum unice praelegi. Aliud exemplum ex Mabillonio supra adduxi, cui omnino addas Tenzelium in *Menstruiis de Anno* 1692. *mense Octobr. pag.* 850. *sequ.* ubi de Mss. Bibl. Erfurtanis. Sic lectori abunde satisfecisse videor, dum naevis scripturae haud carere textum sacrum ostendo. Caveat tamen haec ad dogmata et fidei nostrae principia extendere satagat, quae pura et illibata ad nos pervenisse, tot clarorum Virorum testimonio et solidis rationibus fuit comprobatum, quodque latius probare à scopo nostro alienum et dudum ab aliis evictum fuit.

CAP. II.

De conditione scribarum apud Graecos.

§. I.

Missis Hebraeorum scribis ad conditionem Scribarum, variaque eorum fata apud Graecos fiat transitus.

Omnium luculentissime Cornelius Nepos in *Eumene c.* I. *n.* 5. Scribarum apud Graecos honorificum munus et conditionem descripsit, *itaque*, dicens, *eum habuit* (Philippus Amyntae filius) *ad manum scribae loco, quod multo apud Grajos honorificentius est, quam apud Romanos. Nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii scribae existimantur: at*

at apud illos contrario nemo ad id officium admittitur nisi honesto loco et fide et industria cognita, quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem. Et paulo post *num.* 6. de eodem Eumene pergit Nepos: *Illo interfecto,* scil. Philippo *eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim.* Requisita ergo scribae apud Graecos secundum Nepotem sunt, 1. familiae honestas 2. fides et 3. spectata industria. Munus ipsum honorificum fuisse tradit, quod consiliis regiis semper adfuerit, consiliorum quasi arbiter. Verum haec de Secretario regio sunt accipienda. Alia scribarum erat apud Athenienses conditio, quam J. Pollux *lib.* VIII. *c.* 9. *segm.* 98. ita describit Γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν κληρωθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς, ἐπὶ τῷ γράμματα φυλάττειν, καὶ τὰ ψηφίσματα Καὶ ἕτερος ἐπὶ τοὺς νόμους ὑπὸ τῆς βουλῆς χειροτονούμενος. ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου αἱρεθεὶς γραμματεὺς, ἀναγινώσκει τῷ τε δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ. *Scriba qui juxta prytaneam à senatu sorte eligitur ad tabulas servandas et decreta. Secundus delectus ad Senatus leges. Sed qui propter aerarium eligitur Scriba, et Populo et Senatui praelegit. Propter aerarium* vertit interpres Latinus; sed nihil causae video cur ita: sic enim ἐπὶ τὸν δῆμον sive πρὸς τὸν δῆμον debuisset legi; sive autem legas τοῦ δήμου, sive τοῦ δημοσίου, perinde notat *à populo* seu *publico*, inprimis cum nimis sit audax sine exemplis sub voce δημόσιος intelligere δοῦλον servum, ut forsan contrariantes contendent. Addit his Pollux *Segm.* 12. τοὺς ἀντιγραφεῖς seu contrarotulatores. Ἀντιγραφεὺς, πρότερον μὲν αἱρετὸς αὖθις δὲ κληρωτὸς ἦν· καὶ πάντα ἀντεγράφετο παρακαθήμενος τῇ βουλῇ. *Contrarotulator primum quidem electus erat, postea sorte creabatur omniaque transscribebat apud Senatum deponens.* Tres ergo scribas Atheniensium fecit Pollux, quorum duo magistratui tantum ministrabant; tertius vero ὑπὸ τοῦ δήμου seu ὑπὸ τοῦ δημοσίου αἱρεθεὶς *à populo electus* populo et senatui aderat et praelegebat coram populo epistolas à ducibus missas, teste Thucydide *lib.* VII. Num vero hic idem sit quem Thucydid. *lib.* VII. *p.* 491. γραμματέα τῆς πόλεως *scribam civitatis* nominat, vix dubium esse videtur, maxime, si distincta cujuslibet munera attente respiciamus. Apud Aeschinem *contra Ctesiphontem pag.* 77. vocatur etiam γραμματεὺς τοῦ δικαστηρίου *scriba judicii.* Omnes vero hi scribae honore conspicui et viri clari in republica fuisse videntur. Quis enim credat ex servis publicis ad tabulas publicas servandas et τὰ ψηφίσματα *decreta* item ἐπὶ τοὺς νόμους τῆς βουλῆς, *ad leges Senatus,* homines peregrinae conditionis et infimae sortis fuisse

fuiſſe electos? Concedamus liberaliter, fuiſſe inter illos claræ originis et prudentiæ ſingularis viros, quos triſtiſſima captivitatis ſors in viliſſimum ſtatum redegerat. Largiamur ex his civitate fuiſſe donatos quosdam, qui ſenſim, ut fieri ſolet in ſtatu democratico, ad honoris faſtigia aſcenderint, et propter memoriam priſtinæ conditionis, viliſſimi ab auctoribus dicti fuerint; ſane inde tamen non ſequitur ſcribarum conditionem fuiſſe in univerſum apud Græcos viliſſimam, prout contendit Sam. Petitus ad *LL. Attic. pag.* 257. qui jejune hanc materiam tractat cum reliquis antiquariis omnibus, neque diſtinguit, inter ſcribas publicos et privatos, quod miror in Viro Græcarum literarum peritiſſimo. Immo qui veterum licentiam et ſcommata quæ in concionem Athenienſium paſſim evomuerunt oratores, reputant, facile teſtimonia illa de conditione ſcribarum ſervili ad laborioſum et moleſtum illud munus, quod forſan ob laboris tædium ſervile dictum fuit, referent. Ex fullonibus, zonariis, ſutoribus ſimilisque farraginis hominibus concionem populi Athenienſis fuiſſe conflatam conſtat ex Æliano *lib.* II. *Var. hiſt. c.* I. ὁ δῆμος Ἀθηναίων ἐκ τούτων ἤθροισαι, *ex his conflatus eſt populus Athenienſis*, ait ibi Socrates, Alcibiadi plus æquo populum timenti, animum faciens. Audiamus tandem elegans ut videtur Harpocrationis teſtimonium in *Lexico voce* γραμματεὺς: ὁ γραμματεὺς inquit, πῶς τε καθίσατο καὶ τί ἔπραττεν, ὡς τῶν γραμμάτων τέ ἐστι κύριος καὶ τὰ ψηφίσματα τὰ γενόμενα φυλάττει, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀντιγράφεται, παρακάθηται τῇ βουλῇ, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. *De ſcribæ electione ac officio, quod tabularum penes eum poteſtas et decretorum factorum cuſtodia fuerit ceteraque omnia contraſcripſerit ac ſenatui aſſederit, Ariſtoteles docuit in republ. Athenienſium.* Videtur autem Harpocration ſingula munera ſingulis ſcribis propria hic confundere, omniaque ad unam perſonam vel officium referre, cum ſecundum Pollucem ſingula hic enumerata, ſingularem perſonam deſideraverint. Polluci adſtipulatur Suidas: ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς· κληρωτοὶ δὲ ἦσαν τὸν ἀριθμὸν τρεῖς γράφοντες τὰ δημόσια· οὐδενὸς δὲ ἦσαν κύριοι ἀλλ' ἢ τοῦ γράφειν καὶ ἀναγνῶναι. Adde Æſchin. ſupra cit. Ut ut eſt, ſufficit nobis Harpocrationem dicere: παρακάθηται τῇ βουλῇ *ſenatui aſſedit*, unde liquet haud levem fuiſſe honoris gradum, ſenatui intereſſe ac aſſidere, quod nemini niſi membro Senatus competiit, ut conſtat rerum antiquarum ſtudioſis.

§. 2.

§. 2.

Age vero videamus loca à S. Petito *d. l.* adlata, quibus vile ſcribatus munus apud Athenienſes fuiſſe probare ſatagit. Primum argumentum ex Ulpiano *ad Leptineam* adducit, ubi: ἔιτα ἐυξάρας τὴν τῶν Συρακουσίων ἰχὺν, τὸν κεκρατηκότα λίαν ἠλάττωσε, γραμματέα καὶ ὑπηρέτην προσειπὼν, ὀνόματα παρ' Ἀθηναίοις ἀπεῤῥιμμένα. Non placuit Petito latina addere, quae in gratiam eorum, qui Graeca ignorant, hic exhibebo. *Deinde extollens Syracuſanorum potentiam, eum qui auctoritate valuit valde deminuit; nam ſcribam miniſtrum adloquens, nomina apud Athenienſes vilia.* Mox ſubjnngit Ulpianus: ἔιρεται ὑπό τινος ὡς οἱ παρὰ Συρακουσίοις γραμματεῖς σεμνόι τε ἐισὶ καὶ ἔνδοξοι, καὶ ὀυχ ὡς οἱ παρ' Ἀθηναίοις. *Dictum eſt a quodam, quomodo apud Syracuſanos ſcribae honeſti ſint et glorioſi*, (nobiles) *at non uti illi* (qui) *apud Athenienſes.* Alterum argumentum repetiit ex Libanio in *Argum. Orat. Demoſthenicae* περὶ παραπρεσβείας, *de male geſta legatione.* Καὶ γραμματεὺς τῆς πόλεως ἥτις ἦν ἐυτελὴς ὑπηρεσία: *Et ſcriba urbis, quod erat vile miniſterum.* Tertium ex Lyſiae oratione XXIX. in *Nicomachum cap.* 2. adſcripſit: καὶ ἐις τοῦτο ὕβρεως ἥκεις ὥςε σαυτοῦ νομίζεις ἔιναι τὰ τῆς πόλεως, ἀυτὸς δημόσιος ὢν: *Et ad hanc contumeliam proceſſiſti ut tu ipſe reputes omnia civitatis eſſe tua, ipſe publicus*, vel quod potius videtur, *de populo exiſtens.* Addit denique Petitus δημόσιοι ſunt ſervi publici, Ulpian. in II. *Olynthiacam:* δούλους ἔιχον δημοσίους οἱ Ἀθηναῖοι ἀιχμαλώτων ποιήσαντες, καὶ ἐδίδασκον τούτους γραμματα: *Servos habuerunt publicos Athenienſes, ex captivis* (eos) *facientes et docuerunt hos literas.* His argumentis innixus concludit Petitus, ſcribas omnes indiſtincte fuiſſe ſervos publicos, errore, quod pace Viri eruditiſſimi dictum ſit, maxumo. Non enim munera ſcribatus publica cum Polluce, cujus verba ipſe adduxit, bene diſtinxit, neque ponderavit ſatis formam judiciorum publicam, quam alioquin habebat familiariſſimam. Immo ipſius Lyſiae oratio, quam in partes ſuas trahit, palam illi adverſatur, leviter graviſſimam hanc materiam tractanti. Ad primum quod attinet locum, Syracuſanorum potentia forſan ſuperbientem, *miniſtrum* vocat Ulpianus non immerito, intuitu populi vel Senatus: quod vero vilia apud Athenienſes fuerint Scribarum nomina, oratorium magis eſt, quam verum, et ſupra jam docuimus ex parte contrarium, plura mox hanc in rem dicturi. Neque ſolida dictorum

rum à Petito probatio in ſequentibus Ulpiani verbis latet: adparet enim hoc tantum ex illis, quod apud Syracuſanos fuerint altioris dignitatis et majoris potentiae, apud Athenienſes vero non ita, quod indicat Suidas, loco ſupra adſcripto: οὐδενὸς δὲ ἦσαν κύριοι ἀλλ' ἢ τοῦ γράφειν καὶ ἀναγνῶναι. Nihil etiam difficultatis eſt in Libanio: qui iterum ſcribatus munus vile miniſterium vocat, intuitu laboris et moleſti officii, vel quod nihil potentia valuerint. Neque movet nos alter Lyſiae locus ex *Orat. in Nicomach.* cum verba: αὐτὸς δημόσιος ὤν, *ipſe publicus exiſtens*, de perſona publica, populo obſtricta, ſint accipienda. Haec enim videtur mens fuiſſe Lyſiae in d. orat. ut oſtenderet ſcribam pendere ex nutu populi neque poteſtatem habere leges figendi refigendique multo minus tradere illas recuſandi. Locus denique Ulpiani minime omnium nos ferit: Non enim ſequitur, quia Athenienſes captivos docuerunt literas, ergo ſcribas publicos eos fecerunt. Deinde vocem δοῦλος expreſſe jungit voci δημόσιος, unde non poterit concludi, voce δημόσιος ſimpliciter poſita, intelligi ſub ea δοῦλος, quod erat probandum, ſaltem hoc non fecit Petitus, etſi facile fuiſſet. Juvare enim poſſent ejusdem Lyſiae *d. l. c.* I. ubi de Patre Nicomachi ὁ πατὴρ ὁ Νικομάχου δημόσιος ἦν, *pater Nicomachi publicus erat*. Quae verba omnino de ſervo ſunt intelligenda, propter ipſius Lyſiae clariſſimum teſtimonium *d. l. c.* IX. προσήκει διὰ δὲ τοὺς προγόνους, πεπρᾶσθαι. *Convenit ſecundum parentum conditionem, vendi*. Et mox καὶ τοι ἀντὶ μὲν δούλου πολίτης γεγέννηται· ἀντὶ δὲ πτωχοῦ πλούσιος ἀντὶ δὲ ὑπογραμματέως, νομοθέτης. *Qui ex ſervo civis eſt factus, ex paupere dives, ex amanuenſi legiſlator*. Verum neque haec tangunt evertuntque ſententiam meam. Vides enim clariſſime ab acerba et vehementi oratore fuiſſe haec profecta, qui nec erubuit publice ipſum ſenatum temeritatis et oſcitantiae in ſequ. adcuſare, omnia congerens, et ex induſtria ſibi non conſtans, ut noceret miſero: in capite enim I. dicit eum juvenem in tribus εἰς τοὺς φράτορας, fuiſſe receptum, unde concludo, ſaltem fuiſſe Nicomachum libertinum, patrem vero jam libertum. Ultimum tribuit Lyſias ubivis potentiam Nicomacho, qua etſi per fas nefas uteretur ſcriba, minimum tamen inde elucet, tunc temporis fuiſſe in honore ſcribatum, ut potentia abuti potuerit. Noti ſunt oratorum floſculi, et unicum Tertulli exemplum Apoſtolum

Pau-

Paulum adcusantis *Actor.* XXIV. satis evincere potest fluxam ac fragilem fuisse oratorum fidem, verbis frigidisque mendaciis innixam.

§. III.

Non est cur illustri Spanhemio de *Praestant. et usu numism. Diss.* IX. *p.* 705. adsurgamus, omnem scribatus honorem apud Syracusanos in dubium vocanti, propter verba Ulpiani *advers. Leptin. p.* 313. ὑφ' ἑνὸς γραμματέως, ΩΣ ΥΠΗΡΕΤΗΣ ΗΝ, ὥς φασι, τυραννηθῆσθαι, *qui tamen unius scribae, qui erat, ut dicunt, adparitor, tyrannidi subjacere coacti sunt.* Subdit mox Ulpianus comparatione instituta inter scribas Syracusanorum et Atheniensium, de prioribus ὅθεν τὸ ΥΠΗΡΕΤΗΣ συνέζευ, ἵνα εἰς ἔννοιαν τῦ παρ' αὐτοῖς ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ἀφίκωνται, *unde vocem adparitor conjunxit, ut inde qualis apud ipsos haberetur scriba continuo adverterent.* Ad Dionysium vero Syracusarum tyrannum oculum advertisse oratorem palam esse videtur, cum adductis Demosth. verbis, comentarii loco utatur *p.* 383. Διονύσιος μὲν οὖν ΕΚ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ καὶ τοῦ τυχόντος ἰδιώτου, τῆς μεγίστης πόλεως τῶν Ελληνίδων ἐγινήθη τύραννος, *Ita Dionysius e scriba et infimae conditionis homine, urbis inter Graecas civitatis maximae tyrannus evasit.* Inde deducit Spanhem. apud Syracusanos pariter non fuisse scribae munus honorificum, propter conjunctionem vocabulorum: γραμματέως καὶ ὑπηρέτυ *scribae et adparitoris.* Ipse Demosthenes adversario suo Æschini inter alia haec objicit, quod adlectus inter populares suscepisset.: ὑπογραμματέυειν καὶ ὑπηρετεῖν τοῖς ἀρχιδίοισι, *scribae fungi munere et adparere archivariis,* de *Corona pag.* 183. *ed. Paris.* Ibidem *p.* 184. Æschinis ignobilitatem præ se ostensurus: ἐχόρευς, ἐγὼ δὲ ἐχορήγυν' ἐγραμμάτευες, ἐγὼ δὲ ἐκκλησίαζον, *in choro saltabas, ego autem choragum agebam; Scribam agebas ego vero in cœtu Atheniensium concionabar.* Idem Aeschines per contemtum ab eodem Oratore vocatur γραμματεὺς *ib. p.* 213. & Libanius *ad Orat. de Falsa legat. p.* 220. Καὶ θεοῖς ἐχθρὸς καὶ γραμματεὺς, *et Diis inimicus et scriba.* Addit postremum Platonis testimonium, de praeconum nempe, et qui περὶ γράμματα sapiunt, inservientes publico, conditione minus honorifica, eos nempe habendos esse, ὥσπερ εἶπες νῦν, ΥΠΗΡΗΤΑΣ, ἀλλ' οὐκ αὐτοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντας, *prout jam dixisti* APPARITORES *nempe, non vero urbium præsides.* Haec Spanhemius pleraque ex Meursii *Lectionibus Attic. lib. VI. c.* 25. quorum tamen argumenta, ne alienis plumis superbire videar, hic adscribere placuit, ad singula adtentius paulo aliquid repositurus. Urgere inprimis vide-

tur Vir illustris vocem ὑπηρέτης, *adparitor:* comparatur enim scriba adparitori, qui minister publicus erat, inde concludit, vilissimam eorum fuisse conditionem. Minime. Etsi enim non inter supremos magistratus fuerint numerata hæc officia, constat tamen ex antecedentibus & constabit ex sequentibus, neutiquam fuisse viles personas. Immo ab inimicis petere argumenta veritatis, parum feliciter procedit: nam comparavit scribam adparitori, quod minister esset publicus, quales revera magistratus omnes in statu Democratico erant. Audiamus quaeso Aristotelem *lib. III. Politic. c.* XI. ὀυ γὰρ ὁ δικαστὴς, ὀυδὲ ὁ βουλευτὴς, ὀυδ' ὁ ἐκκλησιαστὴς, ἄρχων ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ δικαστήριον, καὶ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος· τῶν δὲ ρηθέντων ἕκαστος, μόριόν ἐστι τούτων. *Neque enim judex neque consultor, neque is qui in concione existit, dominantur, sed judicium et Senatus et Populus, dictorum vero unusquisque est particula istorum.* Et paulo ante in eodem capite prudenter examinans causas cur conducibilius sit in statu Democratico quemcunque ex plebe ad Magistratus, vel ad consultandum et suffragia danda admittere, ita pergit: ὅσοι ἐισὶν μήτε πλούσιοι, μήτε ἀξίωμα ἔχουσιν ἀρετῆς μηδὲν, *quales sunt, qui neque divites, neque existimationem habent virtutis.* Addit statim legem Solonis: διόπερ καὶ Σόλων καὶ τῶν ἄλλων τινὲς νομοθετῶν τάττουσιν ἐπί τε τὰς ἀρχαιρεσίας. καὶ τὰς ἐυθύνας τῶν ἀρχόντων· ἄρχειν δὲ κατὰ μόνας ὀυκ ἐῶσι, *Quapropter & Solon & alii quidam legislatores ad repetendas gestorum rationes et ad suffragia electionesque magistratuum admittunt; solis vero magistratus inire non sinunt.* Vides neutiquam viles fuisse ἰδιώτας neque à magistratu plane exclusos, sed ob ignorantiam periculumque perversae administrationis solis non fuisse concessum munera magistratus obire. Denique nec apodictice loquitur Demosthenes; sed formula utitur: ὡς φασί, qua utebantur, qui dubitabant de re aliqua & relata referebant, vide Perizon. in *Ind. Æliani voce* φημί· Pone, nominasset illum revera adparitorem, neque hoc officium vile fuisse contendo: nam comparavit tantum adparitori. Et quis choragum, quo munere ipse Plato et Demosthenes summique viri functi fuere, item et praeconem inter vilissima ministeria fuisse connumerata adfirmaret? Hos tamen Aristoteles *lib.* IV. *Politic. c.* 15. conjungit, et cum sacerdotibus à civilibus magistratibus pariter separatis, pari in gradu fere collocat, ὅυτε inquit, τοὺς κληροτοὺς ἄρχοντας θετέον ὅι τοὺς ἱερεῖς πρῶτον· τῦτο γὰρ ἕτερον τε παρὰ τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς θετέον ἔτι δὲ, καὶ ΧΩΡΗΓΟΙ καὶ ΚΗΡΥΚΕΣ

αἱρουντας

αἱροῦνται δὲ καὶ ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙ, *neque forte electi sunt magistratus ponendi, ut primum sacerdotes, hoc enim aliud quiddam ponendum est à civilibus magistratibus. Et qui Pompas ducunt et Pracones et Legati qui eliguntur.* Plura de honore Praeconum in singulari tractatu, Deo volente, dicendi locus erit. Altioris vero dignitatis fuisse scribas, inprimis primarii, infra docebimus. Immo et ipsi lictores et adparitores cari gratique erant magistratibus et lautiori fortuna subinde fruebantur, Sallust. *Jugurth. c.* 12. *Sed Hiempsal in oppido Thumida forte ejus domo utebatur qui proximus lictor Jugurtha, carus acceptusque semper fuerat.* Denique nec ipsum Demosthenem fuisse adcuratum in hac parte antiquitatis, et confudisse ἀντιγραφέα cum γραμματεῦσι observavit jam Kuhnius ad *Polluc. lib.* VIII. *c.* 9. *segm.* 98. His junge ipsius Ulpiani ad *Leptineam* testimonium εἶτα αὐξάρας τὴν Συρακουσίων ἰσχὺν, ΤΟΝ ΜΕΚΡΑΚΗΚΟΤΑ ΛΙΑΝ ΕΛΑΤΤΩΣΕ, *deinde extollens Syracusanorum potentiam, eum qui auctoritate valuit, valde diminuit.* Sed ut filum sequamur argumentorum adlatorum, notandum, quod Ulpianus ipse dubitanter dixerit: εἴρηται δὲ τινῶν, *dictum vero fuit à quibusdam*; verba autem: ὅθεν τὸ ὑπηρέτης συνέζευξεν ἵνα ἐς ἔννοιαν τῦ παρ' αὐτοῖς γραμματέως ἀφίκωνται, *unde vocem adparitor conjunxit, ut inde qualis apud ipsos haberetur, scriba, continuo adverterent*, lectorem mire turbare possent. Si enim ad priora et ad Syracusanorum scribas illa referas, opponi posset Ulpiano, quod haud adcurate Demosthenem interpretatus fuerit, et dubium sermonem, pro apodictica veritate minus recte acceperit; sin vero ad Athenienfium scribas illa referas, evidenter falsa Ulpiani adserta esse videntur, cum apud hos scribae, magistratui adnumerentur, prout infra ex Lysia & Aristotele aliisque probabo, minimumque distinguere debuisset inter scribas publicos & privatos, quod discrimen neque eruditiss. Spanhemius observavit. At morabitur nos Diodorus? ἐκ γραμματέως dicens καὶ τοῦ τυχόντος ἰδιώτε *e scriba et infimae conditionis homine*, ut vertit Spanhem. tyrannum evasisse scribens. Verum, ἰδιώτης non constanter notat infimae sortis hominem, sed privatum, hocque nomine insigniuntur viri summi; immo qui ipsi reges evasere, ante adeptam potentiam ἰδιῶται dicuntur à Graecis, Aelian. *lib.* I. *Var. hist. c.* 29. & *lib.* IV. *c.* 15. Ἱέρωνά φασι τὸν Σικελίας τύραννον τὰ πρῶτα ἰδιώτην εἶναι, *Hieron Siciliae tyrannus primum privatus fuisse dicitur.* Ibid. *c.* 5. Δαρεῖος.

ριῶ ἔτι ἰδιώτης ὤν. Et generaliter cuivis opponitur vox illa publico munere fungenti immo et eruditis, idem *lib.* XII. *c.* 50. Non ergo hoc loco infimae conditionis homo, sed privatus intelligendus. Quod denique Demosthenes Aeschini exprobravit, quod saltaverit in choro et scribam egerit, scommata esse oratoribus antiquis communia, quis non videt? Satis hoc adparet ex ejusdem Demosthenis inpotenti dicterio: Καὶ θεοῖς ἐχθρὸς καὶ γραμματεύς, *et ille Diis inimicus, et scriba.* Item quod per contemptum simpliciter illum γραμματεὺς dixerit. Nihil frequentius est Oratoribus et scriptoribus antiquis, honoratioribus viris plus aequo invidentibus. Eumenes honoratus dicitur et maxime amatus apud Plutarch. in *Eumene princ.* τιμῆς δὲ ὥσπερ οἱ μάλιστα φίλοι καὶ συνήθεις, ἐτύγχανεν, *honoratus vero nec prudentia nec fide ulli secundus:* et paulo post sequitur scomma in hunc et Neoptolemum, qui fuit ἀρχιυπασπιστὴς ὡς αὐτὸς μὲν ἀσπίδα καὶ λογχὴν, Εὐμενὴς δὲ γραφεῖον ἔχων καὶ πινακίδιον ἠκολούθει, κατεγέλων οἱ Μακεδόνες, *quomodo quidem ipse clypeum et hastam, Eumenes vero stylum et tabulam habens sequeretur, deriserunt* (eum) *Macedones.* Inde vero conditionem alicujus metiri, justo audacius est. Platonis denique locus nihil sententiae meae obest. Verum enim est, intuitu totius populi fuisse ministrum omnino scribam, & hoc innuit ipse Plato per opposita antedictis verba: ἀλλ᾽ οὐκ αὐτοὺς ἐν πόλεσιν ἄρχοντας *non vero praesides ipsos in civitatibus.* Oportet itaque magna illorum fuerit potentia ut à praesidibus illos separaverit, qui summus fuit apud Athenienses magistratus: quid enim quaeso opus fuisset distinctione in re omnibus notissima & dubio omni vacante?

§. IV.

Meo quidem judicio distinguendum est inter Scribas publicos privatosque. Illi iterum primarii vel secundarii fuere. Primarios fuisse conjicio γραμματέας illos tres, quorum meminit Pollux *lib.* VIII. *c.* 9. *Segm.* 98. Primus ἐπὶ τὰ γράμματα φυλάττειν καὶ τὰ ψηφίσματα, *ad tabulas servandas & decreta.* Alter ἐπὶ τοὺς νόμους, *ad Leges*, sine dubio describendas. Tertius ὑπὸ τοῦ δήμου αἱρεθεὶς ἀναγινώσκει τῷ τε δήμῳ, καὶ τῇ βουλῇ, *à populo electus qui praelegit et Populo et Senatui.* De his vidimus jam supra. Et sic distinctius illustri Spanhemio d. l. pag. 705. scribas cum Polluce disponemus. Falso enim Spanhe-

Spanhemius ſingularem ſcribam juxta Prytaneam ſtatuit, cum Pollux dicat, juxta Prytaneam electum fuiſſe ſcribam à Senatu, ipſe addens officium ejus ſcil. ad tabulas ſervandas; conjungenda enim ſunt verba; Γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν κληρωθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς. Et qui potuiſſet Pollux mox dicere καὶ ἕτερος *ſecundus*, ſeu et *alius*, cum de duobus ſermonem feciſſet. Immo cujuslibet ſcribae officium deſcripturus, debuiſſet ſingula duorum officia recenſere; at contra illius, juxta Prytaneam ſc. electi, munus tantum deſcripſit. De horum electione et ratione illius rei vide Kuhnium ad d. l. Polluc. His tribus jungendus ἀντιγραφεὺς *Contrarotulator*, reſcriptor, Germanis, *ein Gegenſchreiber*. De his iterum Pollux d. l. καὶ πάντα ἀντεγράφετο παρακαθήμενος τῇ βουλῇ, *omniaque transſcribebat*, potius, viciſſim ſcribebat, *ad Senatum deponens*. Unius meminit ἀντιγραφέως, hoc loco tantum Pollux, ſecundum vero Harpocrationem duo fuere. At res ſalva eſſe videtur. Quatuor ſcribae recenſiti videntur publici fuiſſe et ſerenioris dignitatis. Illi vero, quos Harpocration vocavit ἀντιγραφεῖς, propriȩ fuere λογισαὶ, de quibus ita Pollux *d. l. ſegm.* 99. Δύο δὲ ἦσαν, ὁ μὲν ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ, ὁ δὲ ΤΗΣ ΔΙΟΙΚΗΣΕΩΣ, λογισαί. Καὶ τούτους ἡ βουλὴ κληροῖ κατ' ἀρχὴν, ὡς παρακολουθεῖν τοῖς διοικοῦσι, *Duo erant*, *hic quidem Senatus*, *alter jurisdictionis Cenſores* (melius forſan, tabularii) *et hos Senatus ſorte diligit*, *ut jus dicentibus adſint*. Clarius hos Harpocration contrarotulatores ἀντιγραφέας quos noſter forſan diſtinctionis cauſa λογισὰς vocavit: fuiſſe autem ambos hos ab utroque auctore memoratos officii ejusdem, adparebit ex collatione Polluc. cum Harpocr. in ἀντιγραφεὺς. διττοὶ δὲ ἦσαν ἀντιγραφεῖς· ὁ μὲν ΤΗΣ ΔΙΟΙΚΗΣΕΩΣ, ὥς φησι Φιλόχορος, ὁ δὲ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ, ὡς Αρισοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Hunc Ariſtoteles librum deperditum, de politia Athenienſium ſi haberemus, elegantiora dubio procul de Athenienſium et totius forſan Graecciae ſcribis tradere poſſemus, jam vero ex particulis antiquitatum Graecarum operoſius eſt indubitata omnique exceptione majora proferre teſtimonia. Hoc interim liquebit λογισὰς hos minoris conditionis fuiſſe, quam ſupra memoratos quatuor ſcribas. Adcuratius enim Pollux Harpocratione, officium eorum deſcripſit, nimirum, ὡς παρακολουθεῖν τοῖς διοικοῦσι, *ut jus dicentibus adſint*. Hinc etiam videre licet, duo ſeparata judicia fuiſſe τῆς βουλῆς Senatus, et τῆς διοικήσεως, dioecaeſeos, κατ' ἐξοχὴν ita forſan dictae: genera-

generaliter enim dicit τοῖς διοικοῦσι jus dicentibus. Inde conjicere dabitur τὴν διοίκησιν ſeparatum à magiſtratu fuiſſe collegium. Differunt denique ab his λογισαῖς decem illi λογισαὶ quorum meminit idem Pollux *lib. VIII. c. 6. Segm.* 45. καὶ λογισὰς οἳ δ' ἦσαν δέκα *Cenſores* ſeu tabularios, *qui decem erant*, jungitque illos cum εὐθύνοις, *rectoribus*, quibus forſan præſto fuerunt. Harpocration pariter decem fuiſſe ſcribit in λογισαὶ Εἰσὶ δὲ τὸν ἀριθμὸν δέκα *erant vero decem numero*, vid. Jung. *ad Polluc. lib.* VIII. *c.* 9. *ſegm.* 98. ubi de diſcrimine illorum λογισῶν et εὐθυνῶν, nihil vero de logiſtis noſtris. Prioris generis λογισὰς Imperator Gordianus In *L.* 3. *C. de Modo multar. Curatores Reipublicæ* vocat. Poſtelli vero ſententia, putantis duos illos logiſtas apud Pollucem ex numero decem illorum fuiſſe & quaſi Praeſides reliquorum, frigere videtur: nam perſpicue ſatis ſcribit Pollux: ὡς παρακολουθεῖν τοῖς διοικοῦσι, *ut jus dicentibus adſint*, illi vero decem ſeparatum quoddam collegium conſtituebant, judicabantque de rationibus et vita anteacta abdicantium magiſtratuum, ceu late docuit S. Petitus *ad LL. Attic. p.* 224. Secundum ergo Scribarum Athenienſium genus conſtituere licebit λογισὰς hos duos, cui denique tertium jungere poſſemus, nempe ληξιάρχους ſi cum interprete latino pro librariis illos accipere lubet. Sed audiamus quae de his memoriae reliquit Pollux *lib.* VIII. *c.* 9. *ſegm.* 104. Ληξίαρχοι ἓξ καθίσαντο τῶν πολιτῶν ἐγγεγραμμένων ἐν λευκώματι, καὶ τριάκοντα ἄνδρῶν αὐτοῖς προσαιρεθέντων, τοὺς μὴ ἐκκλησιάζοντας ἐζημίουν, καὶ τοὺς ἐκκλησιάζοντας ἐξήταζον· Κα σχοινίον μιλτώσαντες διὰ τῶν τοξοτῶν συνήλαυνον τοὺς ἐκ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν· ὁ δὲ εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφεὶς, ἤδη τὰ πατρῷα παρελάμβανεν· ἡ δὲ πατρῷα οὐσία καὶ λῆξις ἐκαλεῖτο. *Librarii ſex conſtituebantur civium albo inſcriptorum et triginta alii hiſce adnumerabantur. Mulctabant eos, qui ad concionem non accederent; et eos qui concionibus intererant, ſcrutabantur. Atque funiculum minio tingentes per lictores eos, qui in foro erant, ad concionem pellebant. Sed qui in librum Lexiarchicum jam inſcriptus erat, patrimonium occupabat. Patrimonium autem et* λῆξις *appellatur.* Hos ſi ad ſcribas referre liceret, facile famam omnium reliquorum tueri daretur; verum hoc probatu difficile erit. Ipſe Pollux vocem λῆξις patrimonium notare docet, ἄρχος vero eſt Princeps, ληξίαρχος ergo ſignificat patrimonii principem, qui curam habet patrimoniorum. Hinc non video cur ληξίαρχος vertatur librarius, inprimis cum jus mulctae dicen-

cendae et concionem per lictores convocandi illis tribuerit Pollux, adeoque revera magistratibus adnumeraverit. Nec est quod dicas, Graecos haud raro scribas pro ipso magistratu habere, ut supra ex Lysia vidimus, vel hos saltem potentia sua fuisse abusos; vix enim in lexiarchis hoc videtur verosimile, qui publice ad haec munera obeunda constituti erant. Rectius itaque tres Scribarum publicorum classes apud Athenienses constituere nobis erit integrum, primam eorum qui κατ' ἐξοχὴν dicebantur γραμματεῖς, alteram qui λογισταὶ, et tertiam, qui ἀντιγραφεῖς de quibus satis superque in antecedentibus. Hoc autem superioribus addendum, cum faciat praecipue ad honorem scribarum decretis Senatus scribae nomen fuisse adscriptum, Aristoph. *Θεσμοφορ. vs.* 379.

Ἔδοξε τῇ βουλῇ τάδε
Τῇ τῶν γυναικῶν· Τιμόκλει' πεστάτει·
Λύσιλλ' ἐγγραμμάτευεν·
Placuerunt haec Senatui
Mulierum: Timoclea praeses erat:
Lysilla scribae munere fungebatur.

Et Andocides *de Mysteriis* 13. in legibus nomen scribae populi additum fuisse testatur. Adde Marmora Oxoniensia num. 129. p. 264. et Append. p. 294. seqq. Immo in formula Legibus praemittenda omnino exprimendum hoc erat, Thucyd. *lib. IV. c.* 119. Φαίνιππος ΕΓΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕ, Νικιάδης ἐπεστάτει. ΛΑΧΗΣ ΕΙΠΕ, *Phaenippus scriba erat* (Prytanei) *Niciades praefectus, Laches pronunciavit.* Phaenippus ergo scriba Prytanei apud quem foedera custodiebantur; Laches vero videtur populi scriba fuisse, qui decretum pronunciavit. Sic apud Andocidem *Orat. de Mysteriis pag.* 220. ΚΛΕΟΓΕΝΗΣ ΕΓΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕ βοηθὸς ἐπεστάτει. Et apud Lucianum in *Deor. Concil. pag.* 715. ed. Amst. recitato Deorum decreto additur: ἐπεστάτει Ἀπόλλων, ΕΓΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕ Μῶμος τῆς νυκτὸς ΚΑΙ Ο ΥΠΝΟΣ ΤΗΝ ΓΝΩΜΗΝ ΕΙΠΕ, *Praefectus Apollo Momus scribebat et Hypnos sententiam pronunciabat*, ubi iterum Momus ut scriba primarius, Hypnos pro scriba urbis adscribitur. Et sic passim apud Graecos scriptores. Cavendum tamen ne vox γραφ. seu ὁ γράφων in inscriptionibus offendat, quae *latorem legis* denotat, vide amicissimi Reitzii nostri *Ambigua*

med. et contr. pag. 73. qui languentes et fugientes Graecas literas (ut solent JCti, parum sibi prodesse has amoenitates sinistre jactantes) olim in me resuscitavit, meque, ut est candidus et rectus, fidelissime et amice docuit. Sic γράφειν pro legem ferre simpliciter passim apud Atticos occurrit, ut plurimum tamen τὸ νόμος additur, vide exempla apud Cl. Elsner in *Marc. c.* XII. *vs.* 19. Scriba vero populi, qui et urbis scriba dicebatur, vide supra, leges, epistolas aliaque omnia populum spectantia praelegere debebat, Scholiast. Thucyd. Γραμματέα λέγει τὸν εἰωθότα ἐν τῷ κοινῷ τὰ τοῦ δήμου γράμματα ἀναγινώσκειν. *Scribam dicit eum, qui solitus erat in communi coetu literas populi legere.* Sic et Aeschili, Sophoclis, et Euripidis Tragoedias urbis scriba publice praelegebat, cum olim ab histrionibus publice non liceret illas agere, Plutarchus in *Lycurgo.* Εἰσήνεγκε δὲ καὶ τὸν νόμον, ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν, Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐρυπίδου, καὶ τὰς τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραψαμένους φυλάττειν, ΚΑΙ ΤΟΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΠΑΡΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ. τοῖς ὑποκρινομένοις αὐτὰς ἐξεῖναι γὰρ ἀποκρίνεσθαι. *Legem etiam ferebat ut Aeneas statuas ponerent Poëtarum Aeschili, Sophoclis et Euripidis et eorum tragoedias in communi scriptas custodirent, et ut scriba urbis illas publice legeret: Histriones eas ne agunto.* Petitus ad *LL. Attic. p.* 68. Sed Plut. in Lycur. falso allegat, et nihil de scribis memorabile hic adtulit Petitus. Illis vero quae Petitus de honore, quem statuerunt Athenienses tragoediis laudatorum Poetarum, addamus ὡς ἐν παρόδῳ, quod Ptolemaeus Philadelphus pro autographis illorum XV. talenta argenti puri solverit, vide Struv. *Introd. ad Histor. literar. pag.* 55. Tandem et scriba urbis praecedere debebat ad mortem condemnatis secundum Artemidorum *lib.* I. *c.* 31. γραμματέα dicit, visum in somniis aegro mortem portendere διὰ τὸ προάγειν τὸν γραμματέα *quod praeire soleat*, τῶν θανατουμένων, *ad mortem condemnatis*, quae verba recte addenda esse contendit Valesius ad *Harpocrat. Lexic. p.* 16. Num vero etiam perpetuum quandoque fuerit apud Athenienses scribae munus, ceu ex Atheniensi inscriptione apud Sponium *Itiner. pag.* 159. *P.* II. *Tom.* III. contendit Ill. Spanheim *Diss.* 9. *de Praest. num. p.* 706. ubi inter alia legitur ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΕΣ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΣΤΡΑΤΟΝΟΣ, *scribam perpetuum agente Stratone* dubium videtur reddere Lysias in *Orat.* XIX. *in Nicomachum*, scribae officio

ficio nemini bis fungi licuiſſe in eodem magiſtratu tradens: ὃ δὲ πάντων δεινότατον ΥΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΑΙ ΜΕΝ ΟΥΚ ΕΞΕΣΤΙ ΔΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΤΗ ΑΡΧΗ ΤΗ ΑΥΤΗ, *quod vero eſt omnium graviſſimum, ſcribae quidem officio nemini bis fungi licet in eodem magiſtratu.* Poſſet tamen defendi inſcriptio, ſi illam referamus forſan ad aetatem Hadriani, fautoris eximii civitatis Athenarum, ſub quo pleraeque illae inſcriptiones aeri inciſae ſunt. Alia autem Reipublicae Atticae tunc temporis conſtitutio et forma erat, quam in ſtatu libertatis, ſic ut forſan perpetuus tunc fuerit ſcriba, qui olim biennalis. Non praetereundum denique, ſcribam apud Athenienſes una cum Theſmothetis judices in unaquaque tribu ſortitos fuiſſe, ſecundum Scholiaſt. Ariſtophan. *in Theſmoph.* ſupra cit. unamquemque vero tribum unum Theſmothetam et unum ſcribam habuiſſe, qui leges in concionibus et judiciis praelegeret. Et haec de ſcribis Athenienſium publicis dicta ſunto; de privatis vero et amanuenſibus facile largior, ſervilis fuiſſe conditionis homines, quibus obſequii gloria relicta erat, nullo honore niſi à clemente et miti domino, illis ſervato.

§. V.

At colophonem antequam operoſo huic labori addamus, praeter ea quae mox diximus, haec ad honorèm et dignitatem ſcribarum Athenienſium et reliquorum Graecorum facientia, lectori propinare lubet. Dux et anteſignanus nobis ſit auctor graviſſimus Polybius *lib.* II. *Hiſtor. pag. m.* 130. *edit. Wechel.* ubi Republica Achaicorum deſcripta ita pergit: Εἴκοσι μὲν ὦν ἔτη τὰ πρῶτα καὶ πέντε συνεπολιτεύσαντο μετ᾽ ἑαυτῶν αἱ προειρημέναι πόλεις, ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ ΚΟΙΝΟΝ ἐκ περιόδου προχειριζόμεναι καὶ δύο στρατηγούς. *Quinque igitur et viginti primos annos dictae urbes rempublicam eamdem coluerunt, ſcribam communem et Praetores duos in orbem eligentes.* Notabilis eſt locus, cum inde minimum videtur patere honorificam et venerabilem fuiſſe ſcribae perſonam, ab omnibus Reipubl. Achaicae civitatibus electam. Huic demus comitem Plutarchum in *Pelopida pag. m.* 281. qui conjurationem contra Archiam et Philippum, tyrannos deſcribens, Philidam ſcribam illorum conjurationis conſci-

um memorat, virum magnae auctoritatis et dignationis, ita ut convivio lauto exciperet Archiam et Philippum, ut Polemarchos, seu Principes rei militaris. Καὶ Χάρων inquit Plutarchus, ὅσπερ ἦν ἐπιφανέςατος ὡμολόγησεν τὴν οἰκίαν παρέξειν, Φιλίδας δὲ διεπράξατο τῶν περὶ Αρχίαν καὶ Φίλιππον ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΓΕΝΕΣΘΕΙ πολημαρχόντων, *Et Charon quidem qui erat nobilissimus obtulit domum se praebiturum. Philidas vero effecit se fieri scribam Archiae et Philippi, qui tunc Polemarchi erant.* Et paulo post pergit Plutarchus: Φιλίδας ὁ γραμματεὺς συνέπρατλε μὲν (ὥςπερ εἴρηλαι) πάντα καὶ συνήδει τοῖς φυγάσιν, *scriba Philidas qui consiliorum exulum erat particeps, adjuvabat, (ut dictum est) conatus eorum.* Jungamus his aliud ejusdem Plutarchi testimonium, unde limpido adparet, scribas regio ornatu incessisse virisque Principibus fuisse familiares. Sic enim ille *in vita Agesilai p. m.* 602. ubi de congressu Pharnabazi, Satrapae Persici, et Agesilai amicabili et de oblatione juris hospitalitatis à filio Pharnabazi, ἰδὼν δὲ ἵππον ΑΔΑΙΟΥ ΤΟΥ ΓΡΑΦΕΩΣ κεκοσμημένον Φαλάροις, ταχέως ταῦτα περισπάσας τῷ μειρακίῳ· δίδωσι. *Videns vero equum Adaei scribae ornatum phaleris celeriter illas detrahens dedit puero.* Accedat dictis Aristoteles *lib.* VI. *Politic. cap.* 8. ubi recensitis variis magistratibus ἑτέρα δὲ, inquit, ἀρχὴ ΠΡΟΣ Η'Ν ΑΝΑΓΡΑΦΕΣΘΑΙ δεῖ τά τε ἴδια συμβόλαια, ΚΑΙ ΤΑΣ ΚΡΙΣΕΙΣ ἘΚ ΤΩΝ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΩΝ. Παρὰ δὲ τοῖς αὐτοῖς καὶ τὰς γραφὰς τῶν δικῶν γίνεσθαι δεῖ, καὶ τὰς εἰσαγωγὰς, Κ. Τ. Λ. *Alter vero magistratus est, apud quem praescribi oportet privatos contractus et sententias judicum, apud quos etiam postulationes vocationesque in jus praescribi debent.* Idem Aristoteles adnotat, in plures quidem partes dividi hunc magistratum; auctoritate vero eadem pollere omnes: ἐνιαχοῦ μὲν οὖν μερίζουσι καὶ ταύτην εἰς πλείους, ἔςι δὲ μία κυρία τούτων πάντων· Καλοῦνται δὲ ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΕΣ, ΚΑΙ ΕΠΙΣΤΑΤΑΙ, ΚΑΙ ΜΝΗΜΟΝΕΣ· Καὶ τούτοις ἄλλα ὀνόματα σύνεγγυς. *Quibusdam in locis hujusmodi magistratus dividunt in partes plures; sed est una eademque auctoritas istorum omnium: appellantque eos Sacros Memoriales, et praefectos et memoriales.* Loqui hic Aristotelem de scribis ambigit, mea quidem sententia nemo, nec verba πρὸς ἣν ἀναγράφεσθαι Κ. Τ. Λ. *apud quem praescribi oportet*, et sequentia, καὶ τὰς κρίσεις ἐκ τῶν δικαςηρίων et *sententias judiciorum*, item voces ἱερομνήμονες καὶ μνήμονες, *sacriscribae et memori-*

memoriales dubitare nos non ſinunt. Omnium autem adcuratiſſime hoc pacto varia ſcribarum munera deſcripſiſſe videtur Ariſtoteles, plenus antiquitatum Graecarum in libris Politicorum, etſi juſto et philoſopho forſan confuſior. Non enim ſolum ſententias judicum, quod proprium ſcribarum fuiſſe ſupra ex Polluce vidimus; verum et contractus privatos et poſtulationes vocationesque in jus apud ipſos praeſcribi debuiſſe obſervat, pariter uti apud Romanorum tabelliones, de quibus ſuo loco. Immo manifeſto inter magiſtratus illos reponit, quod ex aſſe convenit cum eis, quae ſupra ex Lyſia adtuli, cujus verba hic in memoriam revocanda erunt, *Orat. in Nicomachum cap.* 9. ubi comparatione inter antiquos et ſui aevi legislatores Athenienſium inſtituta, exprobrat illis, quod legum cuſtodes Tiſamenum et Nicomachum conſtituerint: ὑμεῖς δὲ Τισαμενὸν τὸν Μηχανίωνος, καὶ τὸν Νικόμαχον καὶ ἑτέρους ἀνθρώπους, ὑπογραμματέας. Καὶ ΤΑΣ ΜΕΝ ΑΡΧΑΣ ΥΠΟ ΤΩΝ ΤΟΙΟΥΤΩΝ ΗΓΕΙΣΘΕ διαφθείρεσθαι αὐτοῖς δὲ τούτοις πιστεύετε, *Vos autem Tiſamenum Mechaniones filium et Nicomachum et alios homines ſcribas. Et quidem magiſtratum ipſis committitis, à quibus eundem contaminari creditis.* Idem denique Ariſtoteles *d. lib.* VII. *c. ult. Politic.* conſervatores legum ſummas poteſtates per illum magiſtratum aſſumere tradit: En ipſa ejus verba τριῶν δὲ ὀυσῶν ἀρχῶν καθ' ἃς αἱρονταί τινες ἀρχὰς τὰς Κυρίους, ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΩΝ, προβούλων, βουλῆς· ΟΙ ΜΕΝ ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΕΣ ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΙΚΟΝ, ὀλιγαρχικὸν δὲ οἱ πρόβουλοι, βουλὴ δὲ δημοτικόν. *Tres ſunt magiſtratus, per quos aſſumunt quidam ſummas poteſtates, conſervatores legum et praeconſultores et conſilium: conſervatores legum optimarum magiſtratus eſt, Praeconſultores vero paucorum potentia, conſilium autem populare.* Legum autem conſervatores et cuſtodes fuere ſcribae, ceu vidimus ſupra ex Polluce, eoque referendi videntur ἐπιστάται, quae vox non praefectum tantum, ut plerumque vertitur, ſed et cuſtodem notat, unde in formulis legum et in pleriſque veterum monumentis cum γραμματεῦσι et μνημόνεσι conjungitur. Vox demum ἱερομνήμονες idem videtur ſignificare, quod vocabulum ἱερογραμματεὺς, *ſacer ſcriba*, de quo pauca ex Joſepho mutuavimus in *c.* I. hujus opuſculi §. 5. Addamus illis locum Horapollinis in *Hieroglyph. lib.* I. *c.* 38. notabilem, ἱερογραμματέα δὲ, ἐπειδὴ ζωὴν καὶ θάνατον ὄντος διακρίνει. Ἔστι δὲ παρὰ τοῖς ἱερογραμ-

ἱερογραμματεῦσι καὶ βίβλος, ἱερὰ καλουμένη ἀμβρῆς, δι' ἧς κρίνουσι τὸν κατακλιθέντα ἄῤῥωστον. Πότερον ζώσιμός ἐστιν, ἢ οὔ, τοῦτο ἐκ τῆς κατακλίσεως τοῦ ἀῤῥώστου σημειούμενοι, Sacrum autem ſcribam, quoniam hic vitam mortemque dignoſcit. Nam eſt apud ſacros ſcribas liber, ſacram ambrem vocant, cujus ope judicium de aegroto decumbente ferunt, ſit vitalis nec ne, id ex aegri decubitu ſignis quibusdam perſpicientes. De ſacro hoc libro, ambre adpellato, vide Cl. J. Corn. de Pauw in *Obſervat. pag.* 323. Adde *cap.* 39. ejusd. Horapollinis. *ἱερογραμματέων* pariter meminit Lucianus de *Morte Peregr. pag.* 262. *τὴν θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν ἐξέμαθε, περὶ τὴν παλαιστίνην τοῖς ἱερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν αὐτῶν ξυγγενόμενος, mirabilem Chriſtianorum ſapientiam didicit, dum in Palaeſtina cum ſacerdotibus et ſcribis eorum converſaretur.* Et de *ἱερογραμματεῦσι* Aegyptiorum, idem *Macrob. pag.* 632. et *Philopſeud. pag.* 632. vid. Cl. Graevium ad *Lucianum, tom.* II. *pag.* 892. Junge Aelianum, *Hiſt. animal. lib.* II. *c.* 10. qui Horapollini mox allegato ex aſſe reſpondet, hieroglyphicam Aegyptiorum ſapientiam ſecundum libros Mercurii illos interpretatos fuiſſe ſcribens. Hinc notanter conjungit *γραμματέας ἱεροὺς καὶ προφήτας.* Adde Thom. Galen. ad *Jamblich. de Myſter. Aegypt. pag.* 187. Non eſt tamen ut Joſephi locum *lib.* VII. *de Bello Judaico c.* 12. ubi etiam vox *ἱερογραμματεὺς* occurrit, huc trahamus: intelligit enim d. l. ſine dubio teſſerarium vel templi adminiſtratorem, de quibus ſupra. His argumentis accedat demum locus *Actor.* XIX. *vs.* 35. *Καταστείλας δὲ ὁ* ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ *τὸν ὄχλον, φησίν· Reprimens autem ſcriba turbam, dixit.* Oportet ergo fuerit vir eminentioris poteſtatis, qui ſeditiones potuit ſedare et *ἀποστέλλειν τὴν ἐκκλησίαν* ut legitur *vs. ult. d. c.* Equidem Gregorius *cap.* 9. *Notar.* in aliquot loca S. S. putat Olympia tunc Epheſi fuiſſe celebrata, et *γραμματέα* hic ſignificare illum ſcribam, qui *κατ' ἐξοχὴν* in ludis illis ſic appellabatur, quibus, teſte Gregorio, tres praeerant, quorum qui dignitate ſecundus erat, *γραμματεὺς* dicebatur, auctore Malela in *Chronographia pag.* 375. Neque omnino improbabile eſt, ludos tunc temporis Epheſi fuiſſe actos. At Malela non de ludis Epheſinis ſed Antiochenis loquitur, diu his, poſt hoc tempus demum, ſub Commodo conceſſum fuiſſe Olympia agere adnotans. Mera eſt itaque conjectura quam de ludis Epheſinis prodit Gregorius.

Eſto.

Eſto, actos fuiſſe ludos, cauſae tamen relatio et propoſitio ſcribae ad Populum longe aliud quid indicat, ſcil. rem judicialem.

§. VI.

Plerique tamen interpretum de ſcriba ludorum loqui Apoſtolum exiſtimant, et forſan propter V. 38. Ἐι μὲν οὖν Δημήτριος καὶ ὁι σὺν ἀυτῷ τεχνῖται πρός τινα λόγον ἔχουσιν, ΑΓΟΡΑΙΟΙ ΑΓΟΝΙΤΑΙ ΚΑΙ ΑΝΘΙΠΑΤΟΙ ΕΙΣΙΝ ΕΓΚΑΛΕΙΤΩΣΑΝ ΑΛΛΗΛΟΙΣ, *ſiquidem ergo Demetrius et qui cum eo artifices adverſus aliquem ſermonem habent, fora aguntur et proconſules ſunt; poſtulent alii alios.* Videtur ergo à ſe amovere turbam ad fora et proconſules, quia nihil pertinerent delicta ad ſacra Dianae, ut patet ex §. 37. ἠγάγετε γὰρ τοὺς ἄνδρας τούτους, ΟΥΤΕ ΙΕΡΟΣΥΛΟΥΣ, ΟΥΤΕ ΒΛΑΣΦΗΜΟΥΝΤΑΣ ΤΗΝ ΘΕΑΝ ΥΜΩΝ, *adduxiſtis enim homines iſtos neque ſacrilegos neque blaſphemantes Deam veſtram*, quibus clariſſime demonſtrat ſcriba, quaeſtionem de ſacrilegis et blaſphemantibus ad ſacros judices pertinuiſſe, reliqua crimina ad magiſtratus referenda eſſe. Notum praeterea eſt, ſacrorum ſcribarum auctoritatem ſummam, eorumque proprium fuiſſe inſcribere victorum nomina libro ſeu faſtis, qui vocabantur γράμματα τῶν ἱερονικῶν, eorumque archivum γραμματεῖον auctore Petro Fabro in *Agoniſt. lib.* III. *c.* 23. *et* 27. Immo in ludis in quibus omnia erant ſacra, cum Alytarcha perſonam Jovis, Amphithales Mercurii ſuſtineret, γραμματεὺς, auctore *Domino*, quem adfert Joan. Antiochenus, indutus toga alba et aurea corona ornatus colebatur et adorabatur inſtar Apollinis; ceu Hammondus ad *d. c.* XIX. *Act. vs.* 35. obſervavit. Verum enim vero non ſatis cauſae video cur ſcribam ludorum hic intelligamus, cum in textu ſacro nulla fiat illius mentio, ſed ſimpliciter ſcriba dicatur. Neque veroſimile eſt, Paulum in ipſis ludis de imagunculis Dianae diſputaſſe; cauſa autem tumultus extitit fabricatio aedicularum, ne lucro excideret Demetrius. Ob hanc rem populus et multitudo congregata erat, querente Demetrio, Paulum avertere turbam, cauſantem: ὁτι ὀυκ ἐισὶ θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γενόμενοι *quoniam non ſunt Dii per manus facti.* Nihil ergo in toto capite de ludis, nec vola et veſtigium in praecedentibus et ſequentibus de ludis Epheſinis occurrit. Nihil etiam obſtat quod ſcriba ad fora et proconſules ablegaverit turbam:

bam: Ejus enim non erat judicare de criminibus, etsi personam primariam in Senatu referret, quod dubio procul fecisset, saltem non ablegasset populum ad Senatum, si scriba fuisset sacer, vel causa ad ludos sacros spectasset. Neque formula Populi clamantis: *Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων, Magna Diana Ephesiorum*, nobis obstat: sollemnis illa fuit Ethnicis, qua gratias agebant Diis suis fictis pro beneficiis sibi exhibitis, opem eorum implorantibus, quae belle illustravit Rever. Jac. Elsner ad d. c. 19. *vs.* 27. *in Observ. sacris.* Tandem à sacro coetu videtur scriba plane avertere crimina intentata, sic ut vel inde pateat publicum fuisse scribam, non vero sacrum. Hoc probato, in promptu erit judicare quanta valuerit auctoritate, ut ad totum populum sermonem instar viri principis habuerit, suaque auctoritate turbam sedaverit. Ad locum vero *Actor.* XIX. pertinet nummus apud Andr. Morellum in *Specim. Univ. rei num. pag.* 235.

ΕΦΕΣΙΩΝ ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΓΡΑΜ.
ΓΛΑΙΚΩΝ ΕΥΘΥΚΡΑΤΟΥΣ.

Ephesiorum Pontifex scriba Glaucus Eutycrathus.

Et pag. 116. ibidem

ΕΦΕΣΟΣ ΚΥΣΙΚΟΣ ΕΠΙ ΠΑΙΤΟΥ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΟΣ ΟΜΟΝΟΙΑ.

Ephesus Cycicus sub Paeto scriba.

Sic apud Joan Harduinum in *Nummis antiquis, pag.* 163.

ΕΠΙ ΠΑΙΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΟΣ
ΑΡΤΕΜΙΣ ΕΦΕΣΙΩΝ.

Sub Paeto scriba Diana Ephesinae.

Et in *Addendis pag.* 571.

ΕΦΕΣΙΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΑΡΙΣΤΩΝ
ΜΗΝΟΦΑΝΗΣ.

Scriba Aristo Menophanes vel scriba Aristo Praetor Menophanes.

Cl. Deylingius *P.* III. *Obs. Sacr. Obs.* 39. §. 17. contra Hammondum obſervat, locum Joan. Antiocheni fabulam ſpirare et Alytarcham ſub divino habitu pro Jove cultum commentitium eſſe, et ſic etiam adſeſſores ejus ὁ γραμματεὺς & Ἀμφιθαλὴς, quorum nulla mentio apud alios Scriptores. Fuiſſe autem Alytarcham proprie praefectum Maſtigophororum, ſive Maſtignomorum, qui Athletis adſtabant ſortientibus, ac ſegnes excitabant, et turbam ſpectatorum in ordinem redigebant. Secundum auctorem Etymologici Magni voce Ἀλυτάρχης fuit ὁ τῆς εὐκοσμίας ἄρχων ἐν τῷ ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι. *Princeps ordinis in Olympicis ludis.* At diſſentit Cl. le Moine in *Prolegom. ad Varia Sacra pag.* 25. quem non adduxit Deylingius, nec ſatis rationum video, cur ab eo divortium faciamus. Eadem enim quae Etymologico tribuenda auctoritas et Antiocheno erit ſtatuenda. Neque reſpondit ſatis Deylingius Fabro. Ipſe etiam Etymologicus imperium ei fuiſſe narrat in turbam, et probandum fuiſſet omnino, quae cujuscunque fuerint in Olympicis munera. Apud me ſane plus valet Antiocheni relatio, quam Etymologici dubia fides nulla auctoritate ſubnixa: nam ſi nullus alius, ut vult Cl. Deyling. Alitarchae meminerit, unde quaeſo teſtimonia ſua hauſerit Etymologicus doceat.

§. VII.

Omnium denique elegantiſſimum coronidis loco hic adſcribam teſtimonium pulcherrimae inſcriptionis, quae apud Montfauconium reperitur in *Diar. Italico cap.*5.*pag.*75. In praeclaro hoc antiquitatis monumento inter alia quae tetigit Montfaucon, haec leguntur in rem noſtram facientia.

ΝΥΝ ΜΗΔΕΝΟΣ ΜΗΔΕ ΚΑΘΟΛΟΥ ΓΕΙΝΕΣΘΑΙ
ΤΙ ΕΝ ΤΗ ΓΕΡΟΥΣΙΑ ΧΩΡΙ (forſan χωρίζεσθαι)
Ν ΤΟΥ ΧΡΕΟΝΤΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΟΣ . . .

Nunc nemini in univerſum fieri aliquid in Senatu conceſſum ſit ſine ſcriba Chreonte. Et paulo ante:

ΕΑΝ

ΕΑΝ ΕΑΥΤΗΣ ΕΙΚΟΝΑΣ ΑΡΓΥΡΑΣ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑ
(forte κατασκευάζεται vel κατασκευασθέντας) .
Ν ΕΣΤΩΣΑΝ ΤΩ ΛΟΙΠΩ ΧΡΟΝΩ ΠΑΡΑ ΤΩ
ΓΡΑΜΜΑ (τει)

Si (*aliquis*) *ipsius icones argenteas instructas* (*facit*) *sunto reliquo tempore apud scribam.*

Equidem decretum ad communem Graecorum ludum seu certamen, ejusque ceremonias ordinandas referendum est; at et alia, veluti de Senatore ob delictum senatu ejecto, et similia comprehendit. Mihi vero quoad auctoritatem scribae observasse volupe est, nihil quod praecipue notandum, sine scriba Chreonte potuisse mutari. Non itaque Decretum spectat Leges solum ludorum, sed et ipsum senatum, quia generaliter in inscriptione dicitur ἐν τῇ γερουσίᾳ. Et mox in universum in Senatu fieri quid sine Scriba vetatur: μηδενὸς μηδὲ Καθόλου *nihil prorsus.* Num vero hoc privilegium soli Chreonti ob bene merita fuerit concessum, non disputo. Nusquam hactenus insignis privilegii hujus vestigia, etsi operose investigaverim, invenire mihi fuit integrum. Hoc interim persuasum habeo, temporibus Hadriani Imperat. ubi pleraeque elegantiores inscriptiones exaratae leguntur, decretum hoc fuisse conditum, ceu supra jam monui; saltem temporibus Divorum fratrum, cum mentio fiat in decreto Ακυλείνου et Epidii Consulum. Nihil tamen hic definio. Quales demum fuerint icones argenteae apud scribam asservandae, et ad quem usum fuerint destinatae, me plane fugit, neque forsan attinet, justo curiosius hic in illas inquirere, quippe satis nobis est vel inde honorem scribarum demonstrasse. Ultimum inscriptiones veterum Graecorum in consilium si vocemus, magna seges erit exemplorum, unde certe concludere datur, homines non fuisse ex vulgo scribas, quorum nomina publicis in monumentis posteritati tradere è re sua judicarint Graeci. Sic passim apud Sponium in *Itinerar. tom.* III. *pag.* 116, occurrit γραμματεὺς βουλῆς καὶ δήμου et mox in sequentib. *pag.* 117. προγραμματεὺς. Adde *pag.* 159. et *p.* 201. ubi tres diversi generis scribae variis nominibus pulchre recensentur. Inprimis vero notetur primum,

primum, ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥΛΗΣ ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣ, qui videtur primarius fuisse. Mox pag. sequ. ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΥΣ occurrit, quem contrarotulatorem, ut supra vidimus, nominare licet, et ultimum ΥΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ, qui omnium infimus et minoris conditionis fuit. Nolim tandem molestus esse, recensendo literatos nummos apud Illustr. Spanhemium *Diss.* IX. *de Praest. et usu num. pag.* 707. ubi frequens mentio scribarum in Graecis Asiae urbibus, quibus testimoniis victus ipse Spanhemius conditionem scribarum hac in parte Graeciae honoratissimam fuisse concedit. Sic apud Harduinum in *Nummis antiquis p.* 330. de Hybrea, Oratore quodam, scriba, cui Strabo *lib.* XIV. *p.* 659. summam potestatem fuisse indicat, nummus exstat:

ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ ΥΒΡΕΟΥ.

Scribae Hybreae.

Mitto alia, ut brevis sim. Ultimum locum ad honorem scribarum Atheniensium pertinentem, occupet magistratus undecim virorum apud Athenienses, qui adnotante Budaeo in Poster. *Adnotat. ad Pand.* non absimilis erat triumviris capitalibus apud Romanos; hos secundum Pollucem τοὺς ἕνδεκα item Νομοφύλακας et ἐπάρχους Graeci adpellabant. Vidimus autem supra ex Aristotele *lib.* VI. *Polit. c. ult. in fin.* νομοφύλακας esse conservatores legum et per hanc dignitatem summum magistratum assumi; οἱ μὲν νομοφύλακες ἀριστοκρατικὸν, ait Aristoteles. Jus illis erat homines comprehendere, in carcerem conjicere, et capitis damnatos ad supplicium ducere, cujus rei exemplum praebet Phocion apud Cornel. Nepot. in *Phocione, c.* 4. Hic vero magistratus ex decem tantum constabat, singulis à singulis tribubus electis, ita ut numerum eorum ὁ γραμματεὺς necessario augeret, et magistratus undecim virorum diceretur, vide Bosium ad Cornelii Nepot. locum, ibique hoc de magistratu citatum Sigonium de *Republ. Athen.* IV. 3. et Emm. *tom.* III. *Graec. vet. pag.* 50. Satis erit exemplorum rationumque adversus calumnias veterum Oratorum, quibus, si quis fidem habere velit, vel paucis subsistat ponderet-

deretque cum grano salis ipsa Lysiae verba in saepius laudata Oratione *cap.* Προσταχθὲν γὰρ τῷ Νικομάχῳ τοὺς νόμους ἀναγράψαι· ἐπιβαλλόντων δὲ τῶν Ἀρχόντων τὰς ἐπιβολὰς καὶ εἰσαγόντων, ΟΥΚ ΗΘΕΛΗΣΕ ΠΑΡΑΔΟΥΝΑΙ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ. *Praeceptum enim erat Nicomacho leges describere. Principibus imponentibus poenam et in judicium introducentibus, noluit tradere leges.* Potentia omni si destitutus fuisset scriba, tantane uti potuisset audacia, leges negare magistratui? Certe si quid video, suo se gladio ferit Lysias, majorem illi potentiam tribuens, quam tela orationis sinebat, lingua forsan mentem praecurrente. Sed si contraria sententia tam altos egerit radices, ut evelli nulla ratione possit, cogitent vellem verba Plutarchi supra citati: ἐκαλεῖτο μὲν ἀρχιγραμματεὺς, τιμῆς δὲ, ὥσπερ οἱ μάλιστα φίλοι καὶ συνηθεῖς ἐτύγχανεν, ubi gravissimus Auctor, paucis interjectis, scomma Graecorum in hunc Eumenem et Neoptolemum, qui fuit ἀρχιϋπασπιστὴς, refert: ὡς αὐτὸς μὲν ἀσπίδα, καὶ λόγχην, Εὐμενὴς δὲ γραφεῖον ἔχων καὶ πινακίδιον ἠκολούθει, καταγέλων οἱ Μακεδόνες. *Quomodo ipse quidem clypeum et hastam, Eumenes vero stylum et tabulam habens sequeretur, deriserunt eum Macedones.* At quantus ille vir? qui et ipse, Cornelio teste in *Eumene c.* I. *n.* 6. sub Alexandro M. alteri alae equitum praefuit. Valeant itaque et fruantur suis criminationibus Graecorum Oratores, scribarum luminibus passim officientes, quique absona et perversa saepe eruditis inposuerunt. Prudenter Plutarchus in *Alcibiade pag. m.* 193. ἀλλὰ τούτοις, inquit, μὲν οὐκ ἄξιον ἴσως πιστεύειν, ἅ τε λοιδορεῖσθαί τις αὐτῷ δι' ἔχθραν ὁμολογῶν, εἶπεν, *sed illis quidem non est dignum similiter credere, quae quis ad convitiandum ipsi differens dixit.* Et ne sine vade mihi credas, respice quaeso Timoleontem, libertatis instauratorem, virumque sine exceptione optimum, haecque Plutarchi verba attento animo insige *in Timoleonte pag. m.* 253. *in fine* Ἐπεχείρησαν καὶ Τιμολέοντι δύο τῶν δημαγωγῶν, Λαφίστιος καὶ Δημαίνετος, ὧν Λαφίστιος μὲν αὐτὸν πρός τινα δίκην καταγυῶντος

γυῶντος

γνῶντος οὐκ εἴα θορυβεῖν, οὐδὲ κωλύειν τοὺς πολίτας. Ἑκὼν γὰρ αὐτὸς ὑπομεῖναι τοσούτοις πόνοις καὶ κινδύνοις ὑπὲρ τοῦ τοῖς νόμοις χρῆσθαι τὸν βουλόμενον Συρακουσίων. Τοῦ δὲ Δημαινέτου πολλὰ κατηγορήσαντος ἐν ἐκκλησίᾳ τῆς στρατηγίας πρὸς ἐκεῖνον μὲν οὐδὲν ἀντεῖπεν ὀφείλειν, ἧς εὔξατο Συρακουσίους ἐπιδεῖν τῆς παῤῥησίας κυρίους γενομένοις. *Aggressi etiam Timoleontem sunt duo e ductoribus populi (seu Oratores, Laphistius et Demenetus) quorum Laphistio ad quandam quidem litem ab ipso sponsores exigente, non sivit turbare neque prohibere (illum) cives. Sponte enim se sustinere tales labores et pericula pro illo ex Syracusanis, qui vellet uti legibus. Demeneto autem multum accusante in concione ducatum (Timoleontis) nihil contra illum respondit; Diis vero gratiam dixit (se) debere, quos precatus esset, Syracusios, ut videret libertatis loquendi, Dominos factos esse.*

CAP. III.

De Scribis Romanorum.

§. I.

MOres politae Graeciae in Romanorum placita transiisse, nullum mihi sedet dubium. Instar omnium erit Livii, de scriba regio historia, lib. II. c. 12. *Ibi cum stipendium*, inquit, *forte militibus daretur* ET SCRIBA CUM REGE SEDENS PARI FERE ORNATU MULTA AGERET, *eum milites vulgo adirent; timens sciscitari uter Porsena esset, quo temere traxit fortuna facinus* SCRIBAM PRO REGE OBTRUNCAT. Etruscis itaque in honore fuisse Scribas aperte Livius, et sic dubio procul apud ipsos Romanorum Reges, Scribatus quondam fuit dignitas et honos. Nec mirum, quia consiliorum debebant esse conscii et arcanorum custodes fidelissimi, quae sane virum gravem, prudentem inque rerum argumentis versatissimum flagitabant. Verum sub statu populari non

adeo honorificam scribarum conditionem fuisse, testis est Pomponius noster in *L.* 2. §. 7. *D. de Orig. Jur. Postea cum Appius Claudius et ad formam redegisset has actiones:* GNAEUS FLAVIUS SCRIBA EJUS, LIBERTINI FILIUS, SURREPTUM LIBRUM *populo tradidit. Et adeo gratum fuit id munus populo, ut Tribunus plebis fieret, Senator ac Aedilis curulis, hic liber qui actiones continet, appellatur jus civile Flavianum: sicut ille, Jus civile Papirianum: nam nec Gnaeus Flavius de suo quicquid adjecit libro.* Elegans est locus, uberiori explicatione dignus. Factum est hoc P. Sempronio Longo, L. Sulpicio Consulibus, urbis conditae A. 448. Discimus inde libertinae conditionis hominem fuisse scribam, liberti filium; deinde, librum actionum surreptum populo tradidisse. Livius *lib.* IX. *c.* 46. scribit, *quod jus civile repositum in penetralibus pontificum evulgavit, fastosque circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset, sciretur.* Idem tradit Valerius Maximus *lib.* II. *c.* 1. hoc addens singulare: *cum ingenti nobilitatis indignatione factus aedilis curulis.* Adde Gellium, *lib.* VI. *c.* 9. Confirmat hoc Plinius, *lib.* XXX. *c.* 1. *Additum et Flavio ut simul et Tribunus esset, quo facto tanta Senatus exarsit indignatio, ut annulos ab eo abjectos fuisse in antiquissimis reperiatur annalibus.* Et Livius *lib.* IX. *c.* 46. *Tantum Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent.* Gratum ergo fuit munus hoc populo, etsi surreptum et dolo fuerit publicatum. Belle hoc indicat Cicero pro Muraen. et *lib.* VI. *epist. ad Attic.* 1. *Inventus est scriba quidam Gn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit, et singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit et ab ipsis cautis JCtis eorum sapientiam compilarit.* Sunt, qui ante publicationem formularum Tribunatum et aedilitatem gessisse Flavium conjiciunt, propter verba Livii d. l. *Arguit Macer Licinius* TRIBUNATU ANTE GESTO *triumviratibusque.* Sed non absolute hoc tradit Livius, Macrum hoc referre scribens: Et Plinius d. l. notabiliter ait: *Additum Flavio ut simul Tribunus esset.*

Verum si attente Livii verba examinemus, patebit, eum verba Licinii hunc in finem adferre, ut probaret tribunatum jam ante aedilitatem gessisse Flavium, quasi frustra aediles recusassent nomen ejus accipere, cum teste Licinio, jam aliquanto ante scriptum facere desiisset et tribu-

natum

natum jam gessisset. Hinc verosimile videtur, in contumeliam et ob invidiam, postquam aedilis curulis creabatur Flavius, ipsi fuisse objectum, quod scriptum fecisset. Vix etiam veritati consentaneum videtur, scribam habuisse facultatem, *jus civile repositum in penetralibus pontificum evulgandi et circa forum in albo proponendi*, ut scribit Livius. Aegre hoc tulissent sane Pontifices, quibus tunc temporis auctoritas summa, et quavis ratione hoc impedivissent. Verius ergo videtur, in tribunatu legum actiones illum proposuisse, cum potentia gauderet, populi auram per publicationem illam captaturus. Ex Livio vero reliquos Scriptores omnes sua hausisse et ipsum Plinium, nemo non videt. Addiderunt alii aliquid de suo, ut Plinius, qui solus, quantum scio, addit: *ut simul tribunus esset*, omni antiquitate silente, nec duo haec munera conjunctim una persona ferente. Eundem errorem erravit Pomponius noster, Plinii testimonio subnixus, ob hanc promulgationem Tribunum, Senatorem et Aedilem à populo creatum fuisse tradens. Sic ille conjunxit et Livii et Plinii relata, nullo servato temporis ordine, cum tamen manifeste Plinius ideo promulgasse dicat dies illos: ut Aedilis curulis crearetur. Quid? de suo addit Pomp. τὸ *Senator* qua de re nullus alius. Omnes itaque à Livio edocti, pro vero acceperunt, variis hinc inde mutatis, quae dubitanter ille ex annalibus et Licinio retulit, mox ipse d. l. pergens: *Ceterum quod* HAUD *discrepat* etc. Interim inde discimus, non perinde apud Romanos quam apud Graecos honorificum fuisse scribatus munus. Item quod jurare debuerit, se scriptum non facturum, in quo latet dissensus inter Annales et Licinium à Livio allegatum: si enim aedilibus debuerit apparere, id est, ad obsequium praesto esse magistratui, quo in sensu accipitur vox illa passim apud Ciceronem aliosque, vix dici potuit, fuisse eum tunc temporis tribunum. Audiamus Livium: *Invenio in quibusdam annalibus, quum adpareret aedilibus, fierique se pro tribu aedilem videret, neque accipi nomen, quod scriptum faceret; tabulam posuisse et jurasse, se scriptum non facturum, quem aliquanto ante desiisse scriptum facere arguit Macer Licinius, tribunatu ante gesto, triumviratibusque, nocturno altero, altero coloniae deducendae.* Anceps est hic locus et frustra simile exemplum apud antiquos quaeritur. Cave autem credas, juramentum hoc exegisse aediles; plus enim quam ridicu-

ridiculum foret, juramentum alicui deferre, ut conditione viliori derelicta, altiori dignitati tantum vacaret, cum sua sponte minor dignitas cedat majori, ipsique honores priscos mutent mores. Elusisse itaque voluntario hoc juramento Flavius videtur Aediles, stultitiam ipsis tacite exprobrans, inque suam rem, ut erat callidus, teste Livio, objectionem illorum vertens, quasi aediles metuerent, ne inposterum scriptum faceret, quod ne quidem cogitaverat. Sic autem astute delusit invidia tumentes, tabula deposita jurans, se scriptum non facturum, vel magistratum ipsum se gerentem illis non amplius appariturum. Haec mea est de loco hoc obscuro meditatio. Interimscribam publicum fuisse Flavium nullus dubito, expresse id indicant verba Livii: *Tabulam posuisse*, et, *scriptum faceret*. Hoc autem, pariter ut privatorum vilioris conditionis fuisse existimo, idque adparet ex dicta exprobratione et confirmatur ex Cornel. Nepote in *Eumene c.* 1. *Quod multo apud Grajos honorificentius est, quam apud Romanos. Nam apud nos revera, sicut sunt, mercenarii Scribae existimantur.* Sic tempore Nepotis, ubi plerique forsan libertinae conditionis fuerunt scribae. Ne vero turbent verba: *revera, sicut sunt*, quae multum negotii fecerunt interpretibus, notes velim, naturam ac indolem hujus muneris respicere Nepotem, quasi murmuret, ab hac officii indole recesisse Romanos, majorem illis honorem intempestive et sponte sua tribuentes. Non opus est ergo Delphos mittamus. Sic enim et Graeci, quos supra vidimus loquuntur, et Plutarchus mox citandus: *ὥσπερ ἦσαν, ut revera erant.* Haec tamen tempora et ordines scribarum probe distinguenti non persuadebunt, statum scribarum per omnes Romani imperii periodos fuisse despectum et inhonestum. Secus fuit sine dubio sub statu regio et primis Reipublicae incunabulis item et sub Imperatoribus, ubi scribarum et libertinorum conditio prae aliis omnibus eminebat. Gemina autem hujus despectus videtur ratio, *prima*, quod mercenarium esset officium nec liberalibus artibus adnumerandum. Vilipendebant Romani mercenariam operam et sellularias artes, ultro et gratis munera Reipublicae, etsi onerosa subeunda esse rati. Philosophis sane denegat Ulpianus nomen Professorum, *non quia non religiosa res est philosophia, sed quia hoc primum profiteri eos oportet mercenariam operam spernere L.* 1. *§.* 4. *D. de Extraord. cogn.*

Nec

Nec ipsis Juris Professoribus jus dicent praesides, quia *sanctissima civilis sapientia pretio nummario non est aestimanda nec dehonestanda, d. l.* 1. §. 5. *eod.* Altera ratio erat, quod vilissimi liberti decurias scribatus emerent, et honestum quondam scribarum ordinem contaminarent, ut aliquali honore et titulo gauderent viamque sibi ad majora sternerent, quae honorum nundinatio non poterat, quin odiosa esset liberalibus Romanorum ingeniis. Sed mox latius de scribarum decuriis.

§. II.

In praesenti probandum nobis incumbit antiquitus honestum fuisse scribarum ordinem. Hoc in proclivi esse videtur, Plutarchi verba elegantissima si reputemus, in *Catone min. pag.* 766. *ed. Wech.* ἐπιβάλλουσαν δὲ αὐτῷ τὴν ταμιευτικὴν ἀρχὴν, οὐ πρότερον μετῆλθεν ἢ τούς τε νόμους ἀναγνῶναι τοὺς ταμιευτικοὺς, καὶ διαπυθέσθαι τῶν ἐμπείρων ἕκαστα, καὶ τύπῳ τινὶ τῆς ἀρχῆς τὴν δύναμιν περιλαβεῖν. ὅθεν εὐθὺς εἰς τὴν ἀρχὴν καταστὰς, ΜΕΓΑΛΗΝ ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΜΕΤΑΒΟΛΗΝ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΟ ΤΑΜΕΙΟΝ ΥΠΗΡΕΤΩΝ. ΚΑΙ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ ΟΙ ΔΙΑ ΧΕΙΡΟΣ ΑΕΙ ΤΑ ΔΗΜΟΣΙΑ ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΕΧΟΝΤΕΣ, εἶτα νέους ἄρχοντας παραλαμβάνοντες, δι' ἀπειρίαν καὶ ἄγνοιαν ἀτεχνῶς διδασκάλων ἑτέρων καὶ παιδαγωγῶν δεομένους, ΟΥΧ ΥΦΙΕΝΤΟ ΤΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΕΚΕΙΝΟΙΣ ΑΛΛΑ ΗΣΑΝ ΑΡΧΟΝΤΕΣ ΑΥΤΟΙ. μέχρις οὗ Κάτων ἐπιστὰς τοῖς πράγμασι νεανικῶς οὐκ ὄνομα καὶ τιμὴν ἔχων ἄρχοντος, ἀλλὰ καὶ νοῦν καὶ φρόνημα καὶ λόγον, ὑπηρέταις (ὥσπερ ἦσαν) ἠξίου χρῆσθαι τοῖς γραμματεῦσι, τὰ μὲν ἐξελέγχων κακουργοῦντας αὐτοὺς, τὰ δὲ ἁμαρτάνοντας ἀπειρίᾳ διδάσκων. ὡς δὲ ἦσαν ἴταμοὶ, καὶ τοὺς ἄλλους ἐθώπευον ὑποτρέχοντες, ἐκείνῳ δὲ ἐπολέμουν τὸν μὲν πρῶτον αὐτῶν, καταγνοὺς περὶ πίστιν ἐν κληρονομίᾳ γεγονέναι πονερὸν, ἀπήλασε τοῦ ταμείου. *Quum petere quaesturam legitime posset,*

 non

non ante accessit ad petendum quam leges perlegisset quaestorias, singulaque ex peritis investigasset, et summatim vim esset complexus muneris illius. Unde simul atque factus quaestor est, MULTA IN MINISTRIS AERARII ET SCRIBIS NOVAVIT, QUI QUUM PERPETUO ACTA PUBLICA ET LEGES TRACTARENT, *novosque quaestores acciperent plane indigentes ob imperitiam et inscitiam aliorum doctorum et magistrorum,* NON CEDEBANT ILLIS AUCTORITATE, SED ERANT IPSI QUÆSTORES: *donec Cato strenue negotium capessens, non satis habuit nomen et honorem tenere tunc officii, sed mentem etiam, animum et verba, scribis uti (sicut erant) sicut ministris voluit, hinc scelera eorum coarguens, hinc peccantes ignorantia docens, qui ut fuerunt impudentes aliisque surrepentes assentationibus illi reluctabantur, principem inter eos admissa in hereditate fraude convictum exegit aerario.* Praeclarum factum, dignumque ut in Secula iret. Hanc vitam hodie si ageremus, rari invenirentur in foris et cathedris indocti, qui cum artem, quam non intelligunt profiteantur, et munera publica adfectent, ex ore alieno omni pudore ejurato pendere haud erubescunt. Docet nos interim pulcherrimus hic locus, scribas fuisse apud Romanos pariter ut apud Graecos in pretio, duas ob causas, primo, quia acta publica et leges perpetuo tractabant, secundo, quia imperiti erant quaestores vicaria doctrina indigentes, Hinc illa fundi calamitas, ut scribae ipsi essent quaestores. Sic solent ministri omnes, ubi opera sua haud posse carere Dominum, rerum omnium ignarum senserint. Hoc itaque Catone simus contenti, qui primus scribis, sicut erant, ut ministris uti volebat: Et ex hoc tempore scribarum honos et dignitas sensim depressa videtur, inprimis postquam Cato et aliis magistratibus segnitiem exprobrabat, pudorem illis injiciens, quod à ministris gradu dimoverentur. Αἰσχρὸν (εἶπεν) pergit Plutarchus, et alii scribae testamenti subjecti formulam intendisse Catonem narrans, cui Catulus frustra favebat, ὦ Κάτλε, σὲ τὸν τιμητὴν καὶ τοὺς ἡμετέρους βίους ὀφείλοντα δοκιμάζειν, ὑπὸ τῶν ἡμετέρων ὑπηρέτων ἐκβάλλεσθαι. *Turpe, inquit, Tibi Catule, est Censori, qui vitas nostras probare debes, à ministris*

nostris

nostris de gradu dimoveri. Satis modica fuit ergo tempore Catonis, quin nulla prorsus scribarum auctoritas, quae sane ante illum fuit insignis, ceu patet ex dictis verbis. Nolim hic inquirere, num prudenter Cato, ut ministris uti voluerit scribis, qui sane honestiore loco debuissent haberi, ut membra senatus utilissima. At similes quaestores sibi postulabat vel sperabat morosus Cato, qui scribae consilio et magisterio non indigerent. Ut ut est, discimus porro ex eadem historia, scribas quaestorios publicos fuisse et salarium à quaestore accepisse. Sic enim mox pergit Plutarchus *d. p.* 766. ΟΥ ΜΗΝ ΕΧΡΗΣΑΤΟ ΓΕ ΤΩ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙ Ο ΚΑΤΩΝ, ΟΥΔΕ ΤΟΝ ΜΙΣΘΟΝ ΑΠΕΔΩΚΕΝ, οὐδὲ ὅλως ἐνάριθμον τοῦ Λολλίου τὴν ψῆφον ἔσχεν. ΟΥΤΩ ΔΕ ΤΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ ΤΑΠΕΙΝΩΣΑΣ ΚΑΙ ΠΟΙΗΣΑΣ ΥΠΟΧΕΙΡΙΟΥΣ, καὶ τοῖς γράμμασιν ὡς αὐτὸς ἐβούλετο χρώμενος, ΟΛΙΓΩ ΧΡΟΝΩ ΤΟ ΤΑΜΕΙΟΝ ΑΠΕΔΕΙΞΕ ΤΟΥ ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΥ ΣΕΜΝΟΤΕΡΟΝ. *Non est usus tamen Cato illo scriba neque salarium ei solvit, neque prorsus ullam habuit Lollii sententiae rationem. Ita depressis et subactis scribis, tabulis publicis ex arbitrio suo usus brevi tempore aerarium curia reddidit augustius.* Memorabilis est locus, unde discimus primum non in arbitrio quaestoris fuisse scribam dimittere, quod sine dubio fecisset Cato hac potestate gaudens, unde Plutarchus inquit: οὐ μὴν ἐχρήσατο τῷ γραμματεῖ, non certe utebatur illo scriba. Hinc consequens est, publicum fuisse. Sic et apud Graecos, ceu supra vidimus, sensim ad potentiam summumque fastigium adscenderunt scribae, nullam aliam ob causam, quam quod leges et acta publica tractarent, virique essent idonei ad rempublicam administrandam, imperitum magistratum despicientes. Idque urgebant unice veteres Graeciae Oratores, scribis esse utendum ut ministris, non ut magistratibus. Ad Plutarchum revertamur. Loquitur is de solis scribis quaestoriis, quos numero plures fuisse ex ejusdem verbis constat: duobus enim litem movisse Catonem scribit: τὸν μὲν πρῶτον αὐτῶν, *Principem eorum.* Prudenter sane, cum sponte ad obedientiam redituri essent

 reliqui,

reliqui, inde Principem primum accusavit, alter cum gravioris criminis reus convictus, abiret impune. Unde iterum fluit, Scribas in classes quasi fuisse divisos, ut Seniores primarii, reliqui secundarii dicerentur. Ex sequentibus etiam adparet, in arbitrio quaestoris fuisse num scribis vellet uti pristinis: minimum de facto hoc egit Cato morosus, non obtemperans sententiae absolutoriae. Usus interim non est illo, plane abdicare quem non poterat: neque enim novos sibi eligisse legitur, ὀυ μὴν ἐχρήσατο, ait Plutarchus, τῷ γραμματεῖ ὁ Κάτων. Tandem et salaria accepisse scribas illos à quaestore, idem prodit Plutarchus d. l. Catonem ei non solvisse salarium tradens: ὀυδὲ τὸν μισθὸν ἀπέδωκεν, immo nullam habuisse Lollianae sententiae rationem: ὀυδὲ ὅλως ἐνάριθμον τοῦ Λολλίου τὴν ψῆφον ἔσχεν, quibus videtur indicare, quod scribae nomen quidem retinuerit reus, sed lucro et ipsa functione à Catone fuerit privatus.

§. III.

At quid opus defensione rei, si simpliciter à quaestore potuisset eligi et abdicari scriba. Videtur hoc intendisse Lollius per patrocinium suum, ut in officio et statione maneret scriba. Sic in antecedentibus legimus, principem eorum admissae in hereditate fraudis convictum exegisse aerario Catonem: καταγνοὺς περὶ πίστιν ἐν κληρονομίᾳ ΓΕΓΟΝΕΝΑΙ ΠΟΝΗΡΟΝ, ΑΠΗΛΑΣΕ ΤΟΥ ΤΑΜΕΙΟΥ. Post accusationem ergo et probatam fraudem demum aerario illum ejecit. Unde concludo, non fuisse in quaestoris arbitrio scribas abdicare, nisi in criminibus deprehensos publiceque à Senatu condemnatos. Graviter his adsertis obstabit Livius *lib.* XL. *c.* 29. quaestorem in decuriam legisse scribam referens: ET ERAT FAMILIARIS USUS, *quod scribam eum quaestor Q. Petillius in decuriam legerat.* Haec ne forsan in errorem aliquem ducant, quasi quaestor jus habens legendi scribam, illum quoque potuisset abdicare, respiciat quaeso jus, seu consuetudinem potius legendi magistrum equitum, quem etsi Dictator legere potuerit, nusquam tamen legimus, potuisse illum sine Senatus decreto munere

suo

ſuo orbare. Praetores et praeſides ſibi eligebant quaeſtores, Senator Senatorem, et vir virum legebat, probante vel recuſante Senatu, vel belli duce, liberumque erat legendi ſuffragium. Sane Labeo tempore adhuc Auguſti, num digniorem non haberet quaerentis, intrepide et ἀνδρικῶς reſpondebat; liberum ſuum quemque habere judicium, Gellius *lib* III. *c.* 17. Lectos tamen ſemel non licebat iterum rejicere; et hoc jus uſu et longa conſuetudine introductum fuiſſe videtur, tractum à bello, ubi fortiſſimus comilitonem ſibi eligebat aeque ſtrenuum fidumque periculi ſocium. Sic et in Senatu lectio illa plerumque fuit à Senatu confirmata, dubitante nemine, bonos et idoneos electum iri à bonis. Idem juris fuit ſine dubio quaeſtoribus, qui initio ſui muneris, cum vacaret decuria ſcribis, novos adlegerunt confirmante Senatu, quos pro lubitu iterum decuria ejicere haud illis licebat. Confirmat me hac in ſententia Livius d. l. quaſi inter beneficia numerans quod Q. Petillius, olim quaeſtor, praetor tunc urbanus, in decuriam ſcribarum legerit L. Petillium: *et erat*, dicit Livius, *familiaris uſus*. Novam denique conjecturam locus hic ſubminiſtrat, forſan ex gente Q. Petillii hunc L. Petillium fuiſſe, quod non ex nominis cognatione ſolum conjicio, ſed ex circumſtantiis ab ipſo Livio memoratis, ſcilicet quod familiaris Q. Petillio, Praetori urbano, cum L. Petillo ſcriba, fuerit uſus; dein quod hic L. Petillius poſſederit agrum ſub Janiculo, nolueritque pretium librorum cremandorum accipere, adeoque bene pecunioſus fuerit; tandem quod Praetor, libris, qui in agro ejus inventi erant, perlectis, cremandos illos eſſe ratus, permiſerit ei, *uti ſi quod ſeu Jus, ſeu auxilium ſe habere ad eos libros repetendos exiſtimaret, experiretur: id integra ſua gratia eum facturum.* Hunc vero ſi libertorum numero quis adſcriberet, ut ſolent plerumque antiquarii ſcribas quaeſtorios, falleretur, et *Peruſinum equitem Romanum ſcribam Quaeſtorium, qui in Aſia apparuit* teſte Plinio *lib.* XXVI. *c.* 1. illi mox opponerem, inde deducens et in ſtatu liberae Reipublicae et ſub Principibus ipſos equites hoc munus adfectaſſe, ut per hoc ad altius forte honoris faſtigium proveherentur. Unicum ſupereſt dubium his quod poſſet moveri ex ipſis Plutarchi verbis *pag.* 767. ἐν μὴν ὀυδὲ ἀπαλλαγεὶς τῆς ταμιείας, ἀφῆκε τῆς φρουρᾶς

ρᾶς ἔρημον τὸ ταμιεῖον, ἀλλ' ΟΙΚΕΤΑΙ ΜΕΝ ΑΥΤΟΥ ΚΑΘ' ΗΜΕΡΑΝ ΑΠΟΓΡΑΦΟΜΕΝΟΙ ΤΑΣ ΔΙΟΙΚΗΣΕΙΣ παρῆσαν, αὐτὸς δὲ βιβλία λόγους περιέχοντα δημοσίων οἰκονομιῶν ἀπὸ τῶν Σύλλα χρόνων εἰς τὴν ἑαυτοῦ ταμιείαν, ὠνησάμενος πέντε ταλάντων, ἀεὶ διὰ χειρὸς εἶχεν. *At enim nec postquam praetura abiit à statione decessit aerarii, sed* SERVI EJUS QUOTIDIE AGEBANT IBI ACTA DESCRIBENTES. *Ipse codices, quibus rationes procurationis publicae pecuniae descriptae ab Syllae temporibus usque ad quaesturam suam erant, comparatos quinque talentis semper in manibus terebat.* Siccine ergo servos librarios adhibuit functionibus publicis obeundis Cato? minime. Ad studia privata alebat illos, et procul à judiciis et Reipublicae muneribus removebantur servi et libertini; non autem agebant acta publica, sed privata negotia Domini apud aerarium tantum curabant, acta illius describentes, quod licitum fuisse videtur. Ultimum et haec Plutarchi verba ad examen revocemus: ΟΥΤΩ ΔΕ ΤΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ ΤΑΠΕΙΝΩΣΑΣ ΚΑΙ ΠΟΙΗΣΑΣ ΥΠΟΧΕΙΡΙΟΥΣ, ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΓΡΑΜΜΑΣΙΝ ΩΣ ΑΥΤΟΣ ΕΒΟΥΛΕΤΟ ΧΡΩΜΕΝΟΣ, ὀλίγῳ χρόνῳ ΤΟ ΤΑΜΕΙΟΝ ΑΠΕΔΕΙΞΕ ΤΟΥ ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΥ ΣΕΜΝΟΤΕΡΟΝ, κ. τ. λ. Tria hic memoratu digna sunt 1. quod subegerit et depresserit scribas, 2. quod ipse, ut voluerit usus fuerit tabulis, 3. quod augustius fecerit aerarium curia. Hinc fluit prono alveo olim multa potentia in ipso Senatu et curia gavisos fuisse scribas: non enim ad sequentia, ubi rationes exponit, quibus aerarium in integrum restituit Cato, illa verba sunt referenda: quippe quae nihil pertinent ad curiam; sed ad scribarum obedientiam et ad tabulas actaque publica, quibus jam pro suo, non pro scribarum arbitrio utebatur Cato. Sequitur etiam hinc, in ipsa curia fuisse scribas à quaestoriis scribis distinctos, qui et ipsi magna auctoritate fuere usi: hoc enim indicare videntur verba: Τὸ ταμεῖον τοῦ βουλευτηρίου σεμνότερον. Diutius vel invitum me tenuit elegans hic Plutarchi locus, ut vel inde conditionem scribarum honestam in minimo Senatorum ordine, quaestorio scilicet, demonstrarem. Cato itaque primus fuit, qui scribas in ordinem coegit et ex eo tempore mansit quidem conditio illorum honesta non vero honorifica.

Hoc

Hoc eſt quod Cicero innuit in *Verr.* III. *c.* 79. *Ordo eſt honeſtus, quod eorum hominum fidei tabulae, periculaque magiſtratuum committuntur.* Ejusmodi vero ſcribae quaeſtorii paſſim fit mentio in literatis lapidibus apud Gruterum in *Inſcription. pag.* 147. *num.* 2.

L. ÆMILIUS. M. F. M. N. QUIR.

RESTITUTUS DOMO . . ROM. QVI. ET CARTHAGINENSIS ET SICELITANUS LACEDAEMON. ET. ARGIVUS. ET BATESTANUS. SCRIBA. QVAESTORIUS. SCRIBA. AEDILICIUS. CIVIS ADLECTUS. OB HONOREM AEDILITATIS. HOC. OPUS. TES. SUO F. J.

Eandem inſcriptionem paulo aliter idem exhibet *pag.* 349. *num.* 1. Alius occurrit apud Reineſium *Inſcript. Claſſ.* XI. *n.* 10. Julius quidam, SCRIBA QVAESTORIUS PRAEFECT. FABR. II. et iterum alius apud eundem *Cl.* XI. *num.* 120. Verbo adhuc moneamus de ſcribis quaeſtoriis ſub temporibus Imperatorum. Haud durabilis poterat eſſe Catonis rigida circa ſcribas cenſura, cum rari eligerentur ad hunc magiſtratum Catones, et quaeſtorii juris periti. Vera itaque Ciceronis fuit ſententia *lib.* III. *de Legibus. Animadverto*, dicentis, *quosque in magiſtratibus ignoratione Juris ſui tantum ſapere, quantum apparitores velint.* Videtur ergo ſenſim inſtar alluvionis iterum creviſſe auctoritas illorum, adeo ut tempore Imperatorum paſſim ab auctoribus, ceu viri honoratiſſimi, inter illuſtriores reponantur. De Tiberio Claudio Imp. narrat Sueton. in *vita ejus c.* 38. *Idem ſcribam quaeſtorium, itemque praetura functum Senatorem, inauditos et innoxios relegavit, quod* ILLE ADVERSUS PRIVATUM SE INTEMPERANTIUS ADFUISSET. Scribam quaeſtorium et Senatorem eodem fere honoris gradu metitur Suetonius, illumque cauſas egiſſe et contra Claudium liberalius vel ſeuerius cauſas oraſſe tradit. Oportet ergo non ſimplex fuerit ſcriba, ſed vir gravis rerumque forenſium peritus. Talis ſcriba quaeſtorius fuit Flavius Liberalis, Veſpaſiani Imperatoris ſocer, de quo haec Sueton. in *Tito Veſpas. c.* III. *Inter haec Flaviam Domitillam duxit*

uxorem

uxorem etc. *sed mox ingenuam et civem Romanam recuperatorio judicio pronunciatam, patre asserente* FLAVIO LIBERALE FERENTI GENITO, NEC QVICQVAM AMPLIUS QVAM QVAESTORIO SCRIBA. Labitur autem S. Pitiscus, qui per ultima haec verba, *nec quicquam amplius,* contemptum illius muneris indicari conjicit. Sane veteres, inprimis sub Principibus tyrannis, honestum et gloriosum ducebant, in equestri dignitate manere et honestam quietem aliorum ambitioni et dignitati praeferre, nihilque amplius adfectare. Sic de Macrino Plinius *lib.* I. *epist.* 14. *Nihil altius voluit,* videsis plura exempla in *tr. meo de Memoria propag. c.*1.*pag.* 25. Parum etiam juvabit Pitiscum, quod Cicero Matrinium, (quem defenderat, *hominem tenuem, scribam aedilitium* vocaverit, *Orat. pro Cluent. c.* 45. quasi et inter primarios Reipublicae viros tenues et pauperes non fuissent reperti; illi si viles ideo sint reputandi, vel clarissimae genti Hortensiae ad supremam paupertatem delapsae, vid. Tacit. *lib.* 11. *Annal. c.* 38. status quaestionem movebit Pitiscus. Satis est Patrem Flaviae fuisse ingenuum et civem Romanum, non ergo vilis conditionis fuit filia, qualem duxisse Vespasianum, tunc temporis honorum radiis fulgentem, vix verosimile videbitur. Tandem de scribis quaestoriis haec adnotat Sueton. in *Domit. c.* 9. *Scribas quaestorios negotiantes ex consuetudine, sed contra Clodiam legem, venia in praeteritum donavit.* Indicant haec, vetitum illis fuisse olim, pariter ut Senatoribus et quaestoribus, per legem Clodiam negotiari. Locus est singularis ab unico Suetonio memoratus, unde haud mirum, interpretibus aquam hic haesisse. Probabiliter tamen Torrentius conjicit, intelligi legem Q. Claudii Tribuni plebis, cujus meminit Livius *lib.* XXI. *c.* 63. *ne quis Senator, quive Senatoris pater fuisset, maritimam navem, quae plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet. Id satis habitum ad fructus ex agris vectitandos: quaestus omnis patribus indecorus visus est.* Et sic etiam Augustinus *de Legib.* Primaria autem hujus prohibitionis ratio fuisse videtur, quia ordo hic scribarum honestus erat, cui pariter ut patribus indecorus fuit visus quaestus. Neque vilis, uti erat apud Romanos, mercatura, quaestorio scribae satis convenire credebatur.

§. II.

§. IV.

Ab ordine ſcribarum publicorum minore ad majorem progrediamur, nimirum ad Aedilicios, et Praetorios. Solebant enim ſcribae nomina petere à magiſtratibus quibus adparebant, et ſingula collegia antiquitus ſuos habuiſſe ſcribas, in vulgus notum eſt. Scribam aedilicium fuiſſe Cn. Flavium ſupra ex Livio vidimus *lib.* IX. *c.* 46. et de Matrinio ſcriba aedilicio Cicero in *Orat. pro Cluent. c.* 45. Frequens eſt horum memoria in Marmoribus antiquis apud Reineſium Inſcr. *Claſſ.* XI. *num.* 17.

D. M. SACRUM
SEXTO. JULIO. PAULINO. SCRIBAE
AEDILICIO.

Et *Claſſ.* VI. *ibid. num.* 85.

C. SEPTIMIUS. C. F. SCRIBAE. AEDILIC.
SCRIB. AED. CUR. SIBI ET LI-
BERIAE FAUSTAE etc.

Aliam non minus elegantem exhibet Cl. Montfaucon in *Diar. Italico pag.* 262.

D. M.

L. FABRICII L. F. PAL. CAESENNI. GALLI.
EQ. ROM. PONTIF. L. L. SCRIB. AEDILIC.
OMNIBUS HONOR. IN COST. F. ITALICUS
P. DIGNISSIMO.

Hanc ita explicat Montfaucon: *Diis manibus Lucii Fabricii Lucii filii Palatini, Caeſennii Galli equitis Romani, Pontificis, Lucii liberti, ſcribae aedilicii omnibus honorati, in coſta fecit Italicus patri dulciſſimo.* Negotium ſibi facere illud: Lucii Liberti vidit Clariſſimus interpres; quia non modo non competit Pontificis munus liberto, ſed etiam ſcribae aedilicii officium libertis non competere pugnat Fabrettus in Inſcriptionibus, hinc voce *in coſta*, ſeu *in ſoxa*, cum Fabretto explicata, pro latere monumenti, ſeu in angulo

angulo, concludit: *hunc nodum aliis ſolvendum mittimus.* Vellem doctiſſimus Vir nodum hunc ſolviſſet. At ipſe ejus explicationi adſtipulari nullus poſſum. Adeone ſuffenum fingemus libertum, ut de ſe ipſo jactaret: *omnibus honorati?* Et quo referes illud: *Italicus P. digniſſimo?* num cum Cl. viro; ad Patrem? Sane non cohaerent haec. Epitheta *dulciſſimus*, *piiſſimus*, *bene meritus* et ſic porro filii addunt in inſcriptionibus Patris nomini; τὸ vero *digniſſimum*, quod ſcio nusquam. Melius itaque illud quadrabit ad libertum, ſic formando inſcriptionem: *L. Fabricii L. F. Pal. Caeſenn. Gall. Equ. Rom. Pontificis. Lucii Liberti ſcrib. aedil. omnibus honorati in coſta fecit Italicus Patrono digniſſimo.* Sed hic occinet nobis Fabrettus, ubi? in *Inſcript. cap.* VI. *pag.* 456. ubi duae inſcriptiones elegantiſſimae, prima ſcripta eſt: SEVERO. SEMPRONIANO. DECURIALI. SCRIBARUM. AEDILIUM. CURULIUM. DECURIONI. ET. SACERDOTI. APOLLINI. Altera: PALMYRONI. EQVITI. ROMANO. DECURIALI. SCRIBARUM. AEDILIUM. Huic junge tertiam ibid. *pag.* 458.

D. M.
C. JUL. JUSTI. EQ. R.
SCRIBAE. DECUR. AEDILIC. MAJ.

Inde palam eſt, munus ſcribae aedilicii fuiſſe ſplendidum minimeque inhoneſtum, à quo dubio procul fuerunt excluſi liberti, etſi hoc nusquam aperte dicat Fabrettus, ceu Montfauconius contendit. Quidſi ergo in laudata inſcriptione pro altero L. ſcribamus F. ut forſan intelligatur Lucii Fabricii Nepos? cum facili lapſu librarius vel lapicida literam L. pro F. finxerit, ceu ſollemne illis erat; vel ſi haec diſpliceant, per me Lucium libertum intelligamus, dummodo repetamus Italicum libertum Patrono digniſſimo monumentum hoc feciſſe, iterumque probetur libertos ſcribas aedilicios apud antiquos occurrere, quod forſan probatu difficilius erit. Conſtat interim honeſtum et hunc fuiſſe ordinem et Tribunis aerarii proximum, quod jam oſtendit Car. Sigonius de *Antiquo Jure civium Rom. lib.* II. *c.* 9. exque iis Aediles curules et Praetores ſubinde electos fuiſſe. Jure denique ſuo pungit Fabrettus Urſatum, qui lubrico argumento innixus ſcilicet

quod

quod Tribui Palatinae adſcriptos invenerit, inde deducens, omnes fuiſſe libertinos, et ipſos ſcribas aedilicios: etſi enim verum ſit, libertinos in quatuor urbanas tribus à Servio Tullio Rege, auctore Dionyſio *lib.* IV. redactos fuiſſe, inde tamen non ſequitur, è quatuor illis urbanis omnes nobiles et ingenuos ejectos fuiſſe. Contrarium multis exemplis belle probavit Fabrettus, *d. l.* Ad exemplum quaeſtorum et aedilium etiam alii magiſtratus ſuos habebant ſcribas. Sic *ſcriba Praetorius* occurrit apud Reineſium *Cl.* VI. *n.* 69. *Inſcr.*

C. MODIUS. S. C. R.
PR. VERRONA ANN. XX.

ex qua, literas ſingulares colligendo, Reineſius produxit: Modium, *ſcribam Praetorium*, vid. ejus Epiſtola ad *Rupertum* 31. Tales ſcribas etiam Senatum habuiſſe extra dubium eſt. Certe dubitare nos non ſinit Dionyſius Halicarnaſſenſis *lib.* V. *Antiqu. Rom. pag.* 382. *edit. Sylburg.* ubi Brutus epiſtolas conjurationis à filiis molitae, publice ſcribam praelegere jubet: ΑΝΑΓΝΩΣΘΗΝΑΙ ΠΡΩΤΟΝ ΑΜΦΟΤΕΡΑΣ ΥΠΟ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ, εἰς τὴν ἁπάντων τῶν παρόντων ἀκοήν. *Juſſit ambas à ſcriba recitari audientibus omnibus qui aderant.* Et mox *pag.* 284. Καὶ τὰς ἐπιστολὰς αὐτῶν ΑΝΑΓΝΩΝΑΙ ΤΩ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙ κελεύσας. ὥστε πάντας ἀκούειν τοὺς παρόντας. *Juſſit ſcribam horum quoque literas recitare, ut ab omnibus circumſtantibus audirentur.* Vides, idem muneris fuiſſe ſcribae Senatus apud Romanos quod apud Graecos, praelegere literas et Senatus conſulta ſcribere, eaque cuſtodire, de quibus mox plura. Hi vero dicebantur inprimis ſcribae publici. Sane tempore Imperatorum ſcribas aedilicios, ſeu in univerſum ſcribas publicos, ſaepe equo publico donatos fuiſſe legimus, apud Gruterum *Inſcript. pag.* 174. ET. SCRIBA. QVAESTORIUS. SCRIBA. AEDILICIUS. DONATUS. EQVO. PUB. AB. IMP. CAESARE. TRAJANO. HADRIANO. AUGUSTO. De aliis ſcribis aediliciis et Aedilium curulium, vide eundem *pag.* 326. per tot. et *pag.* 483. *num.* 3. Dicuntur etiam ſcribae librarii Aedilium curulium, idem *pag.* 42. *num.* 6. et

 paſſim

passim. Ab his differre videtur SCRIBA AEDILICIUS JURI DICUNDO, Gruter. *p.* 415. *num.* 9. et scriba Aedilium curulium *armamentarius*, *Ibid. p.* 326. *num.* 8. et *pag.* 1693. *num.* 8. Hinc vix minorem dignitatem quam sub Regibus fuisse scribis Senatus censeo. Illis autem purpura, tribunal, ceteraque regiae potestatis insignia apud Hetruscos, quorum ad formam imperii Reges Romanorum politiam suam composuerant, tribuuntur à Dionysio Halic. *lib.* V. *p. m.* 298. ὡς δὲ ἐπὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τὸ στρατήγιον ἀφίκετο, ἄνδρα ὁρᾷ ΜΕΓΕΘΕΙ ΣΩΜΑΤΟΣ ΚΑΙ ΡΩΜΗ ΔΙΑΦΕΡΟΝΤΑ ΕΣΘΗΤΑ ΠΟΡΦΥΡΑΣ ΕΝΔΕΔΥΚΟΤΑ ΚΑΘΗΜΕΝΟΝ ΕΠΙ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΟΥ ΒΗΜΑΤΟΣ, καὶ περὶ αὐτὸν ἑστῶτας ἐνόπλους συχνούς. *Ubi in forum et ad praetorium venit, conspicit hominem corporis proceritate ac robore insignem, purpura indutum et pro tribunali sedentem, circumstante magno armatorum numero.* Et mox pag. 299. Ψευσθεὶς τῆς ἐλπίδος, ἀντὶ σου ΤΟΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ ΟΥ ΟΥΔΕ ΕΙΔΟΜΗΝ ΑΝΗΡΗΚΑ: ΤΗ ΤΕ ΠΟΡΦΥΡΑ ΚΑΙ ΤΩ ΔΙΦΡΩ, ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΤΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΣΥΜΒΟΛΟΙΣ ΠΛΑΝΗΘΕΙΣ. *Spe frustratus, pro te scribam, quem non noveram, occidi; deceptus purpura et sella ceterisque potestatis insigniis.* Denique et mos ille, praelegendi Populo et Senatui literas, diu sub Imperatoribus viguit. Ex multis unum hic addo Aelii Lampridium in *Alex. Severo c.* 58. *Ex omnibus locis ei tabellae laureatae sunt delatae, quibus in Senatu et Populo lectis.* At vidimus jam supra, ipsos Senatores in Senatu scribae officio functos fuisse, quid ergo opus erat scriba Senatus? In Senatusconsultis tacitis vel rebus magni momenti, vel si id honori alicujus tribuerent, hoc probavimus; non vero in omnibus negotiis quotidianis. Sic Cicero in *Orat. pro Sylla c.* 14. *Introductis in Senatum* inquit, *indicibus, constitui Senatores, qui omnium indicum dicta, interrogata, responsa, praescriberent. At quos viros? non solum summa virtute ac fide, cujus generis in Senatu facultas maxima: sed etiam quos sciebam memoria, scientia*, CONSUETUDINE ET CELERITATE SCRIBENDI *facillime quae dicerentur persequi posse, C. Cosconium, qui tunc erat Praetor: M. Messalam, qui tum praeturam*

turam petebat: P. Nigidium, Appium Claudium: credo esse neminem, qui his omnibus aut vere referendis, aut etiam scribendis putet ingenium defuisse. His usum fuisse pariter Ciceronem in sententiis et suffragiis colligendis, dubium mihi sedet nullum. Nihil autem hic facere videtur locus Plutarchi, quem hanc in rem adduxit Langlaeus *lib.* VII. *Semestr. c.* 14. Refert enim Plutarchus, Ciceronem velocissimos scriptores disposuisse atque eos docuisse, ut per signa quaedam et parvas brevesque notas, multas literas referentes, censentium dicta colligerent, ut ita conservaretur Catonis Oratio, Plutarch. in *Caton. minore pag.* 770. Inde non sequitur, fuisse Senatores exceptores illius orationis: poterant enim vel scribae publici, vel inter auditores subordinari, qui velocissime dicta Catonis exciperent. Meliora sunt quae *pag.* 439. *d. l.* in hanc rem attulit ex Tacit. lib. XIV. *c.* 40. ubi de tabulariis falsum testamentum supponentibus: *Igitur* inquit, *Fabianus tabulario quos memoravi et aliis minus illustribus obsignat, quos apud Patres convictum et Fabianus Antoniusque cum Rufino et Terentio lege Cornelia damnantur.* Antonium vero, qui testamentum falsum subdidit, fuisse Senatorem, reliquos vero equites, constat ex eodem Tacito *lib.* II. *Hist. c.* 86. *Decima tertia legio ac septima Galbiana Vespasiano accessere, vi praecipua Primi Antonii: is legibus nocens et tempore Neronis falsi damnatus, inter alia belli mala Senatorium ordinem recuperaverat.* Clarius hoc poterit demonstrari ex *Orat.* Cic. in *Pison.* et ex *Orat. post redit. in Senat.* ubi *c.* XI. *Hoc certe video*, inquit, *quod indicant tabulae publicae, vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabularum.* At multum haec minuent gloriam scribarum, quos sane parum fideles habuisse Senatum, vel inde hariolari possem. Et quomodo congruunt haec cum insignibus illis elogiis, quae alibi illis tribuit Cicero, ipse ad fidem tabulariorum provocans *Verr.* III. *c.* 79. illorum fidei tabulas publicas et pericula Magistratuum committi adserens? Verum rarius hoc contingebat in arduis negotiis, seu Senatusconsultis tacitis, ubi res inter paucos erat agenda nihilque haec obversantur scribarum famae. Ab his iterum probe sunt distinguendi *librarii consulis* vel *legionis* quorum passim apud Gruterum in *inscript.* fit mentio, et apud Fabrett. in *Syntagm. de Columna Trajani c.* II. *pag.* 37. *Librarius Centuriae* ibique in ima tabella LIBR. J. D. *Librarius Juri dicundo.* Item LI-

BRARIUS PRAEFECTI Fabrett. *Inscr. c.* 3. *pag.* 213.

§. V.

Et sic Romae collegia omnia suos habuere scribas, quos inter eminuerunt scribae magistratuum et hos inter Aedilicii, Praetorii et ipsius Senatus. Horum infimus conditione fuisse videtur *scriba Tribunicius* de quo vid. Gruter. *Inscr. pag.* 562. *n.* 4. De scribis vero Collegiorum elegantem inscriptionem invenies apud Fabrettum in *Inscript. c.* 10. *pag.* 731.

DECURIAE SCRIBAR. CERARIOR. ET
LIBRARIOR.

Aliam de scriba Collegii Magni idem exhibet Fabrettus *cap.* 6. *pag.* 447. quam ob raram hujus collegii mentionem hic adscribo:

T. F. AUG. LIB. MYRTILI
JANUARIANI
SCRIBAE
COLLEGII MAGNI.

Collegium illud *magnum* putat Fabrettus, *larum et imaginum* esse, cujus tutorem facit Sylvanum in *Syntagm. de Colum. Traj. c.* VII. *pag.* 205. de ipso imaginum cultu et custodia ad Lipsium nos remittens, de *Milit. Rom. lib.* IV. *Dial.* V. Docuit pariter Fabrettus primum in *Differt.* 11. *de Aq. et Aquaed. num.* 190. nova quadam inscriptione, Sylvani hoc sodalitium per decurias fuisse distinctum. Ceterum in his collegiis et libertinae conditionis homines hoc scribae munere functos deprehendimus. Sic et in militia librarii merebant, obvii apud Gruterum *Inscr. pag.* 415. *num.* 10. LIBRARIUS A RATIONIBUS MILES. Adde Vegetium *lib.* II. *de Re milit. c.* 7. *librarii*, inquit *ab eo, quod in libros referant rationes*, procul dubio eorum donativa, quorum dimidia pars apud signa sequestrabatur, quaeque *deposita militaria* apud signa audiunt, custodientes et describentes, vide Forner. *lib.* IV. *Rer. quotid. c.* 27. *Tom.* II. *Thes. Jur.* God. Stewechius ad *Veget.* p. 136. elegantem hanc in rem adfert inscriptionem Tarraconensem:

C. TADIO

C. TADIO. C. F. JANUARIO PISAURENSI
VIXIT ANN. XXXIV. C. TADIUS.
LUCANUS LEG. VII. G. F. LIBRAR. etc.

eamque ſic interpretatur: *Legionis Septimae Geminae Felicis Librarius.* Dubitat autem Stewechius ad *c.* 20. *Vegetii pag.* 207. num ſigniferis bene impoſuerit Vegetius hoc munus, quod librariorum fuerit olim. En verba Vegetii: *Haec ratio apud ſigniferos* (*ut nunc dicunt*) *in cophino ſervabatur. Et ideo ſigniferi non ſolum fideles, ſed etiam literati homines deligebantur, qui et ſervare depoſita, et ſcirent ſingulis reddere rationem.* Verum facile ſe potuiſſet extricare doctiſſimus interpres, reſpondendo, librarios, qui et ipſi ſine dubio fuerunt milites, ceu ex inſcr. apud Fabrett. adparet, rationes quidem compoſuiſſe, vel tyrocinia, et quae plura adnotaſſe; ipſam vero pecuniam ſervaſſe et cuſtodiviſſe ſigniferos, majori dignitate praeditos quam ſcribas. Tarruntenus Paternus *lib.* I. Militarium in *L. ult. D. de Jur. immunitat. librarium depoſitorum* vocat. Inter militares vero ſcribas infimae ſortis erat *ſcriba navalis*, de quo haec habet Feſtus: *Navalis ſcriba, qui in nave adparebat inter aliud genus ſcribarum minimae dignitatis habebatur, quod periculis quoque ejus miniſterium eſſet objectum. Plaut. in Fragm. Non ego Te novi navalis ſcriba columbari impudens.* Sic et apud Homerum *Odyſſ.* Θ *vs.* 163. convitium eſt, navalis ſcriba:

Φόρτου τε μνήμων, καὶ ἐπίσκοπος ἦσαν ὁδαίων.
Vecturaeque memor et ſpeculator eſt viaticorum.

Ubi Scholiaſtes Poetae: *Φόρτου μνήμων dicitur, qui curam gerit onerum, vel mercium in navi, quique cuncta memoriae cauſa notat, quae neceſſaria.* Et huc refert Schefferus de *Milit. naval. lib.* IV. *c.* 17. inſcriptionem apud Gruterum *pag.* 564. *num.* 7.

D. M.
M. VALERIO
M. F. CLAUD. COLONO.
LIBURN. VARVAR. SCRIB. CL.
PR. RAVEN. VIXIT ANN. L.
MIL. ANN. XXVI.

Totius autem classis hic vocatur scriba, qui dubio procul reliquis honoratior fuit. Rationem hujus despectus quaerit Scaliger *ad Festum* in malis nautarum moribus, ob quos ubivis nautae, caupones et id genus hominum male audiunt. Verum quod pace viri summi dictum sit, in periculis maris rationem reposuit ipse Festus: etsi enim et militia terrestris periculis esset objecta, generosior tamen et pulchrior mors habebatur, in acie occumbere, quam in undis, quia animam credebant suffocari, spe recisa omni, fore ut unquam emergeret illa adque Elysios campos secederet, vide Observ. Hallens. *Tom.* VII. *obs.* 5. Scheffer *d. l. lib.* I. *c.* 1. et de La Sena de *his qui in aquis perier.* Hinc contemtior fuit olim militia navalis, ejusque praemia, honores et missiones longe minora, quam militiae terrestris. Hinc Livius *lib.* XXXII. *c.* 33. *Navales*, inquit, *socii relictis nuper classibus ad spem honoratioris militiae transgressi sunt.* Tacit. *lib.* I. *Histor. c.* 87. *Facta et ceteris spes honoratioris in posterum militiae.* Et haec quidem in praesenti de scribis variorum collegiorum publicis. Adde his ultimum et scribas Pontificis, qui videntur serenioris olim fortunae fuisse, adeo ut Guther. *de Jur. Pontific. c.* 13. *Pontifices minores* dictos existimet, deceptus loco Jul. Capitolini in *Macrino c.* 7. ex ejusmodi scriba Macrinum ad Imperatoriam majestatem adscendisse, referentis: de quo sic Jul. Capitolin. in *Macrino c.* 7. *Eundem* ait, *quum* SCRIBA PONTIFICUM *esset*, *quos hodie* PONTIFICES MINORES *vocant*, *Pontificem Max. appellavit.* Nec est, quod per ludibrium ita vulgo ob potentiam appellatos fuisse dicamus, cum relativum *quos*, aperte Pontifices respiciat. Hoc scimus, passim in inscriptionibus mentionem fieri scribarum Pontificiorum, *Fabrettus c.* 3. *pag.* 213. Idem tradit etiam Livius, quem nec Guther. nec Salmas. ad Macr. adduxerunt, non vero quod Pontifices minores sua aetate jam fuerint dicti: patet enim ex Livio, Pontifices, et eorum scribas à judicio Pontificis Maximi pependisse, et inde hoc videtur hausisse Julius Capitolinus. Ita scribit Livius *lib.* XXII. *c.* 57. *Lucius Cantilius* SCRIBA PONTIFICUM, *quos nunc* MINORES PONTIFICES *appellant*, *qui cum Feronia stuprum fecerat*, *à Pontifice Maximo eo usque virgis in comitio caesus erat*, *ut inter verbera exspiraret.* Minorum ergo Pontificum scriba fuit Cantilius ad necem à Pontifice Max. caesus. Huc videtur pertinere inscriptio apud Gruter. *pag.* 306. *num.* 6.

C. JULI

C. JULI T. CLAUDIUS
PHILIAE NATALIS
A LIBRIS
PONTIFICAL.

Ibidem *pag.* 578. *num.* 6.

AGRIAE. TRIPHOSAE. VESTIFICAE. LIVIUS THEONA. AB. EPISTULIS. GRAEC. SCRIBA. A. LIBRIS. PONTIFICIALIBUS. etc.

Aliam addit Fabrettus *Inscript. pag.* 326. de Aurelio Herode Praefecto:

ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΗΡΩΔΗΣ ΑΡΧΙΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ
ΜΥΣΤΟΥ ΓΕΝΝΗΘΕΙΣ ΕΝ ΦΙΛΑΔΕΛΦΙΑ
ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ,

Aurelius Herodes Praefectus scribarum sacrorum natus Philadelphiae hic quiescit.

Sic ut scribae sacri, seu Pontificum, pariter suos habuerint Praefectos, ac scribae magistratuum civilium. Imitati sunt hos Romanorum ritus et provinciae vicinae, ceu videre est apud eundem Fabrettum *pag.* 258.

T. Aelio Aug. lib. Tatiano Prox.
A LIBR. SACERDOTAL. DEI CARNUN.

Vide Fabrett. *d. p.* 326.

§. VI.

Misso statu Reipublicae liberae, properemus ad statum Monarchicum, pari ratione et in hoc conditionem scribarum contemplaturi. Ipsi autem Imperatores videntur suos habuisse antiquitus scribas, qui commentaria illorum et belli pericula adnotabant custodiebantque. De Phaberio, scriba Caesaris, haec memoriae reliquit Appian. Alexandrin. *de Bell. Civ. P.* II. *lib.* III. *p.* 859. *ed. Tol.* Ἐψηφισμένα δὲ εἶναι κυρίῳ, sic forsan rectius, ὅσα Καίσαρι πέπρακτό τε καὶ γενέσθαι βεβούλευτο, τὰ ὑπομνήματα τῶν βεβουλευμένων ὁ Ἀντώνιος ἔχων, ΚΑΙ ΤΟΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ

ΜΑΤΕΑ ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΦΑΒΕΡΙΟΝ ΕΣ ΠΑΝΤΑ ΟΙ ΠΕΙΘΟΜΕΝΟΝ, διότι καὶ ὁ Καῖσαρ τὰ τοιάδε αἰτήματα ἐς τὸν Ἀντώνιον ἐξιὼν ἀνετίθετο, πολλὰ ἐς πολλῶν χάριν προσετίθει καὶ ἐδωρεῖτο πόλεσι καὶ δυνάσαις, καὶ τοῖς δὲ τοῖς ἑαυτοῦ φρουροῖς, καὶ ἐπεγράφετο μὲν πᾶσι τοῖς αἰτοῦσι τὰ Καίσαρος ὑπομνήματα, κ. τ. λ. *Et quia Senatusconsulto rata erant acta Caesaris ac consilia: quorum Commentarios habebat Antonius, simulque* SCRIBAM CAESARIS PHABERIUM SIBI OBSEQVENTISSIMUM, *quando hujusmodi postulata Caesar ipse abiturus in arbitrium Antonii rejecerat, in multorum gratiam adjecit civitatibus dynastisque gratificans et suis custodibus, quasi ex praescripto illius*. Ejusmodi vero scribas in bello, ad res gerendas describendas, apud Hebraeos et Graecos passim adhibitos fuisse, vidimus supra *c*.1.§.4.*pag*.423. Adde hic Diodor. Sicul. *lib*. XIII. *pag*. 383. Διονύσιος, inquit, μὲν οὖν ΕΚ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΤΥΧΟΝΤΟΣ ΙΔΙΩΤΟΥ τῆς μεγίστης πόλεως τῶν Ελλήνων ἐγενήθη τύραννος, *Dionysius igitur ex scriba et idiota seu privato, maximus tyrannus civitatis Athenarum factus est*. Adde Polyaenum in *Strategemat. lib*. V. *c*. 2. Interim sub initio monarchici imperii mansit ordo scribarum, prout in Republica fuerat, honestus, at non summus. Ipsi autem Imperatores primi, magis privatos habuisse videntur scribas, quam publicos, donec imperio magis magisque stabilito, nomina, honores, et officia scribarum pro lubitu mutaverint, et vilissimos libertos ad honoris culmen evexerint. Sic servum à manu habuit J. Caesar Sueton. in *Caesare c*.74. Augustus Thallonem habuit à manu, Idem in *Aug*. *c*. 67. Ejusmodi ancillas etiam habebant matronae, qualis Caenis Antoniae liberta. Idem in *Vespas*. *c*. 3. et Amm. Marcellinus *lib*. XVIII. *c*. 3. *Ancilla, quae domina dictante perscripserat exemplum ferens chartulam prodidit*. Vide *de amanuensibus* Salmas. *ad Epictet*. 8. Aliis etiam nominibus appellabantur: *à libellis*, Sueton. in *Neron*. *c*. 49. *Domit*. 14. *à rationibus et epistolis*, Idem in *Claud*. 28. hinc passim in Inscription. apud Gruterum, Reinesium Fabrettum *ab epistolis Graecis*. Et haec forsan nomina distinctionis causa inventa sunt, ne confunderentur cum librariis privatorum, qui plerique omnes servi vel libertini, ad libros describendos inque mundum redigendos exercitati,

sim-

ſimpliciter *librarii* dicebantur, Fabrettus *Inſcriptionum pag.* 213. Non ergo ſunt confundendi ſcribae Imperatorum publici cum privatis; Illi erant comitum numero Imperatori in provinciis et in bello, teſte Cicerone, in Orat. III. *Verrin. Comites*, dicente, *illi tui dilecti manus erant tuae, Praefecti*, SCRIBAE, *Medici, accenſi, aruſpices, praecones.* His comitibus, quos inter et ſcribae recenſentur, jus extra ordinem dici, tradit Paulus in *L.* 1. §. 8. *ſed ſi Comites, D. de Extraordin. cognit.* Cancellarios etiam hos fuiſſe dictos, videtur patere ex titulo *Cod. de Adſeſſoribus, domeſticis et cancellariis.* Olim enim cum arbitrio praeſidum relinqueretur, quos vellent ad minorem comitatum eligere ſibi adparitores comitesque, Cicero *Ep.* I. *ad Q. Fratr. L.* 4. *D. de Offic. Proconſ.* hique potentia abuſi graves eſſent provincialibus, vetuit primum Alexander, ne domeſticis uterentur in provinciam abituri ſtratoribus, Lamprid. in *Alexandro Severo.* Honorius vero et Theodoſius publice jam conſtitutis adminiſtrorum numeris, qui *officia* dicebantur, ſub graviſſima poena, infamiae ſcil. vetuerunt, ne quis judicum in provinciam ducere vellet, quem domeſticum vel *Cancellarium* appellaret, quum horum auctoritas ſumma eſſet apud judices, Jac. Gothofredus *ad L.* 3. *C. Theod. de Aſſeſſ. et L.* 8. *Cod. eod.* Et de his plura in Notis ad ipſum Auctorem noſtrum. Horum autem Comitum ſeu actuariorum, ut olim dicebantur, tanta demum evaſit poteſtas, ut ipſis Imperatoribus, dominis ſuis, terribiles exiſterent. Graphice illorum ſuperbiam et iniquitates deſcripſit Aurelius Victor in *Gallieno c.* 33. *num.* 13. *Tantum Actuariorum*, inquit, *quorum loco Attitianus habebatur, in exercitu factiones vigent, ut arduum petentibus malitia patraretur; genus hominum*, PRAESERTIM HAC TEMPESTATE, *nequam, venale, callidum, ſeditioſum, habendi cupidum, atque ad patrandas fraudes velandasque quaſi ab natura factum; annonae dominans, eoque utilia curantibus et fortunis aratorum infeſtum*, PRUDENS IN TEMPORE HIS LARGIENDI, QUORUM VECORDIA DAMNOQUE OPES CONTRAXERIT. Bene obſervavit hic Cl. Arntzenius ex Gronovio de *Pec. vet. utilia* hoc loco notare alimenta & cibos militum, et de his ſcribis loqui potius Victorem, quam de iis, quos Schottus et Lindenbrogius ad *Ammian. Marcell. lib.* XXV. *c.* 10. ex tit. Cod. de *Numerar. Actuar. Chartular. et adjutor.* derivant. Ab his igitur actuariis ſeu ſcribis caſtrenſi-

bus qui non distingueret privatos Imperatorum scribas, in antiquis scriptis hospitem se esse profiteretur. Praeterquam enim quod hoc ex antecedentibus satis adpareat, Horatius id docebit *lib.* I. *epist.* 8. *pr.*

Celso gaudere et bene rem gerere Albinovano,
Musa rogata, refer, COMITI SCRIBAEQUE NERONI.

Scribam legionum seu castrensem fuisse hunc Albinovanum, (qui cum Pedone Albinovano, elegiarum auctore, non est confundendus,) patet ex his Horatii: *Comiti scribaeque Neroni*, et ex sequentibus: *Ut placeat Juveni, percontare*, UTQUE COHORTI. Et hinc forsan venit explicanda phrasis: *scribere legiones*, apud Livium *lib.* VIII. *c.* 8. et *scripta legio ibid. c.* 20. et passim apud alios: Actuariorum enim erat in commentaria referre tyrones, et quae plura. Ipse S. Aurel. Victor probe distincta haec munera observasse videtur in *Aureliano c.* 35. Secretarii scelere illum interiisse scribens *num.* 8. *Qua causa*, inquit, *ministri scelere*, CUI SECRETORUM OFFICIUM CREDIDERAT, *circumventus, apud Caenofrurium interiit, cum ille praedae conscientia delictique* SCRIPTA CALLIDE COMPOSITA, *Tribunis quasi per gratiam prodidisset, quibus interfici jubebantur, illique eo metu accensi facinus patravere.* Hic autem fuit servus et notarius secretorum nomine Mnestheus, teste Vopisco in *Tacito* c. 2. et Eodem in *Aureliano c.* 37. Et hi scribae à secretis sunt, qui *cubicularii* in inscriptionibus passim audiunt, Gruter. *pag.* 575. *Inscript. num.* 7. plerumque servilis vel libertinae conditionis homines.

JANUARIUS DOMITIANI CAESARIS
L. SCRIB. CUB. CONTUBERNALI
Optimae fecit.

Nonnumquam tamen et hi ingenui fuerunt, Guther. *de Offic. dom. Aug. lib.* II. *c.* 21. *et* III. *c.* 29. Verum sub sequentibus Imperatoribus, crescente in dies libertinorum potentia, sensim et nomina scribarum mutata sunt et cum nominibus etiam illorum auctoritas. Sane sub Valentiniano et Valente Procopius quidam, in Cilicia insigni genere natus, Juliani Imperatoris propinquus,

Notarius

Notarius et Tribunus Conſtantinopoli tyrannidem arripuit. Eo adludit Themiſtius in *Orat.* VII. *pag. edit. Pariſ.* ὅτε θεοῖς ἐχθρὸς ἄνθρωπος ΕΝ ΥΠΟΓΡΑΦΕΩΣ ΑΕΙ ΜΟΙΡΑ ΔΙΑΒΙΟΥΣ ΕΚ ΤΟΥ ΜΕΛΑΝΟΣ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΚΑΛΑΜΙΔΟΣ ἐτόλμησεν εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, ὄλεθρος ἐξ ὀλέθρων, τυφῶν ἀτεχνῶς, ἐκ τοῦ Κιλικίου Κωρυκοῦ, ἐκ τῶν πνιγέων ἀναδύς· Καὶ μέτρον τὸ πανταχόθεν ἀδόκητον τῆς τόλμης ποιησάμενος ὁρμητήριον, ὑπὲρ τὸν Κρίξον ὑπὲρ τὸν Σπάρτακον ἐθρασύνετο: *Cum homo Diis inviſus, qui in* SCRIBAE AC NOTARII *perpetuo ſorte vixiſſet, ex atramento et calamaria theca prodiens, Romani imperii amplitudinem in animum inducere eſſet auſus: perditus ex perditis homuncio, quaſi violentus quidam turbo ex Cilicio Coryco et fornacibus ac ſpeluncis emerſus. Qui cum ex improviſa undequaque ac repentina temeritatis audacia, quaſi ex arce quadam erupiſſet, ſupra Crixum, ſupra Spartanum inſoleſcebat.* Sic omni aetate Scribae, ubi opportunum ad res novas tranſitum praeviderent, criſtas extulerunt et potentiam, ſummumque Imperium, ad cujus adpetitum homines natura ducuntur, invaſerunt. Neque hoc mirandum erat, cum arcanorum hi arbitri omnium optime occaſioni invigilare remque ſuam omnium feliciſſime agere potuerint. In conſilium à belli ducibus adhibiti, omniumque fortunarum comites, conſiliorum moderatores, rerumque ad Rempublicam pertinentium prae reliquis edocti, fortunae ſuae fabri optimi evadebant ipſisque tyrannis ſaepe infeſti erant. Interim Themiſtio, erudito adulatori, hominem inluſtribus majoribus oriundum et inſigni dignitate, qualis erat Notarius Conſtantinopoli, teſte Gregorio Codino in *fin. iudicis dignitate* apud Graecos Imperatores fungentem, in claſſem proletariorum conjicienti, nulla fides habenda eſt. Conſtat ſane ex antiquis, veteres Imperatores ſcribas ſuos conſiliorum participes feciſſe, et ipſos libertinos, ſi ejusmodi ſcribis uterentur, ſaepe aureos annulos pro concione donaſſe. Prius prodit Auguſtinus *lib.* I. *de Civit. Dei c.6. Fabius*, inquit, Cunctator ille, qui rem Romanam cunctando contra Hannibalem reſtituit, *Tarentinae everſor urbis, à ſimulacrorum depraedatione ſe abſtinuiſſe laudatur.* NAM CUM EI SCRIBA SUGGESSISSET, *quid de ſignis Deorum, quae multa*

capta

capta fuerant, fieri juberet, continentiam suam etiam jocando condivit, scil. quod paulo post sequitur: *Relinquamus*, inquit, *Tarentinis Deos iratos.* Eadem de hoc scriba apud Livium lib. XXVII. c. 16. De aureis vero annulis scribae donatis ita Cicero in *Verrin.* III. *Saepe etiam*, inquit, *nostri Imperatores superatis hostibus, optime republica gesta*, SCRIBAS SUOS ANNULIS AUREIS IN CONCIONE DONARUNT. Et vetus Horatii interpres Acro, seu Porphyrius in Horatium *lib.* II. *Satyr.* 5. exercitatissimos usu et frequentia fuisse factos hos *recoctos*, ut vocat, *scribas. Recocti dicuntur scribae, qui saepius cum Proconsulibus ad Provincias missi, exercitatiores facti sunt usu ipso et frequentia.* Maxima itaque Reipublicae negotia per scribas acta sunt, unde haud mirum, exercitatiores hos viros gubernacula ipsius adfectasse. Neque forsan semper culpae id eorum adscribendum; sed ipsis magistratibus, qui nimium quantum ipsis indulserunt, rebusque summis praefecerunt. Neque ob paucorum peccata, omnes sceleratis pessimisque sunt adnumerandi, ut fecit Julius Firmicus *Matheseon lib.* III. *c.* 6. *Malitiosos*, dicens, *facit, malevolos, pessimosque in omnibus artibus; sed aut Advocatos, aut Jurisperitos*, SEU SCRIBAS VEL EXCEPTORES, *aut hortorum praepositos vel aquarum distributores.* Infensus his omnibus, omnes, pariter ut Horatius, qui non suae sunt artis, vituperat et alto supercilio ridet, quod genus hominum sua sententia plerumque punitur et misericordia dignum est.

§. VII.

Sic ad exemplum Graecorum, apud quos incorrupta mansit scribarum existimatio, sensim componebatur orbis Romanus. Haud aeque enim ferebant scribae Romanorum, se in honore Graecorum Notariis postponi, et hinc videntur primum honestiora, ut sibi videbantur, vocabula, à Graecis ad sua officia transtulisse et scribatus munus, tabellionum, Notariorum, Memorialium et Cancellariorum aliisque nominibus, insignivisse. Pulchra sunt quae de Cancellariis explicat Salmasius ad Flavii Vopisci *Carinum c.* 16. *pag.* 804. probe distinguens inter cancellarios Principum seu ostiarios, et cancellarios judiciorum, qui instar Secretariorum nostrorum erant, edictis epistolis dictandis

ctandis, formandis vacantes, quos Graeci *ἀντιγραφεῖς* vocant. Caſſiodorus in formula Cancellarii *lib.* XI. *Epiſt.* 6. *ut Conſiſtorii noſtri ſecreta fideli integritate cuſtodias.* Et mox ſub finem: *eſto potius conceptaculum quod audita cuſtodias, quod ſuſcepta non fundas, quia nihil proderit, ſi auribus tuis tranſitura placeant, et in cordis ſinibus ſe omnia non defigant.* Et apud Gruterum *Inſcript. pag.* 647. *num.* 6. vetus edictum Turci Aproniani, praefecti urbis:

COMMODIS. OMNIBUS. ET. PRAEDA. DAMNATA. QUAM. TRIBUNUS. OFFICIUM. CANCELLARIUS. ET. SCRIBA. DE. PECUARIIS. CAPERE. CONSVEVERANT.

Quo ex eleganti edicto patet, Officium, Cancellarium et ſcribam ut diverſa munera recenſeri, ſic ut vel inde conjicerem, cancellarium fuiſſe tunc temporis judicii ſcribam primarium. Comprobat hoc *Novella Conſtantini X.* quae Cancellarios à notariis diſtinguit, et digniores facit, quod et LL. Longobardorum obſervant, Salmaſius *d. l.* Elegans illud antiquitatis monumentum hoc praecipue obſervatione dignum ſuppeditat, quod ſcribae et reliqui enumerati ſportulas quasdam de Pecuariis acceperint, qui mos noſtra adhuc aetate in nonnullis civitatibus viget. His demum accedit, quod ſub Imperatoribus *Dictatores memoriae*, quorum primus erat libellorum, ſecundus memoriae: tertius epiſtolarum: quartus diſpoſitionum, totidemque ſcrinia, conſtituerentur. De his vidimus ſupra, adde Salmaſium ad *Alexandrum Severum c.* 31. et ad *Flavii Vopiſci Carum c.* 8. *pag.* 785. ubi magiſtros horum ſcriniorum *ἀντιγραφέας* adpellatos fuiſſe docet. Hinc cavendum, ne hos cum Graecorum *ἀντιγράφεσι* de quibus nos *cap.* 2. §.4. egimus, confundamus. His ſcriniis praeerant JCti, viri eruditi, ad altiora hanc per dignitatem contendentes. Sic de Papiniano, JCtorum coryphaeo, perhibet Triphoninus in *L.* 12. *D. de Diſtract. pign. libellos eum egiſſe.* id eſt, compoſuiſſe reſcripta ſeu reſponſa Principis, ad libellos Principi oblatos. Arcadius Chariſius in inſcript. *L.* I. *D. de Offic. Praef. Praet. Magiſter libellorum audit.* Juben-tius Celſus in Marmore apud Gruterum *pag.* 607. *num.* I.

Proma-

gister vocatur. Sic *Exmagister memoriae* apud Gruter. *p.* 151. *n.* 6. qui et Exconsularis etc. ibi dicitur. *Exmagister scrinii*, ibid. *d. l. Aedesius causarum non ignobilis Africani tribunalis orator, in Consistorio Principum, item Magister libellorum et cognitionum sacrarum. Magister epistolar. Magister memoriae.* Ibid. *pag.* 28. *num.* 2. Omnium clarissime haec indicat Lampridius in Alex. Sever. *c.* 31. *Post meridianas horas subscriptioni et lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab* EPISTOLIS ET LIBELLIS ET A MEMORIA SEMPER *assisterent, nonnunquam etiam si stare per valetudinem non possent, sederent,* RELEGENTIBUS CUNCTA LIBRARIIS ET IIS QVI SCRINIUM GEREBANT, *ita ut Alexander sua manu adderet, si quid esset addendum.* Sic et negotiorum frequentia et ratio imperii flagitabant, ut singularia scrinia constituerentur ad epistolas et subscriptiones, quibus ipse olim Augustus vacabat, ob ingravescentem senectutem Horatium, laborum socium sibi eligens, quod indicat Suetonius in *Vita Horatii*, his verbis: *Augustus ei epistolarum officium obtulit: hoc ad Maecenatem scripto significat:* ANTE IPSE SCRIBENDIS EPISTOLIS AMICORUM SUFFICIEBAM: *nunc occupatissimus et infirmus. Horatium nostrum à te cupio abducere. Veniet ergo ab illa Parasitica mensa ad hanc regiam: et nos in scribendis epistolis juvabit.* Sed forsan epistolis amicorum, ut ait Suetonius, Princeps ipse tantum dedit operam, non publicis subscriptionibus, et publicis epistolis, quas forsan olim scribae publici, seu *ab Actis Senatus*, ut apud Gruterum audiunt, curarunt. Hoc certum est, magistros memoriae fuisse viros peritissimos, plerumque JCtos, qui sub se habebant scribas, probante Salmasio d. p. 785. Et huc forsan spectat *Extabularius Palatii* apud Gruterum *p.* 193. *num.* 2. nisi de ipso tabulario seu Archivo illum accipere malis. Memorantur autem LXII. scriniarii, memoriae scrinium tractantes in *L.* 10. *C. de Proxim. scrin. sacror.* quorum quatuor primates Antiquarii dicti sunt, quod veteres libros carie consumptos de novo describerent *l.* 4. *C. Th. de Stud. lib. urb. Rom. Antiquarios ad Bibliothecae codices componendos, vel pro vetustate reparandos quatuor Graecos et tres Latinos* SCRIBENDI PERITOS *legi* jubemus, rescripsit ibi Imperator Valentinianus. Graeci hos vocarunt Archeotas in *L. ult.* §. 10. *D. de Muner. et honor.* et generali

nerali vocabulo *Memoriales* dicuntur, *L. ult. C. de Inoff. test. L. ult. C. de Diverf. Refcr. L. 2. C. de Privil. eor. qui in facra mil.* Libellorum magiftros Juftinianus vocat Antigrapharios in *L.* 2. §. 9. C. *de Vet. jur. enucl.* feu magiftros *libellorum et cognitionum d. l.* 2. §. 9. quia cognitio feu difceptatio circa libellos inftituebatur, *L. ult.* C. *de Prox. facr. fcrin. L. ult.* C. *Ubi Senat. vel Clar.* Et ex his magiftris praefecti Praetorio eligebantur, quod Ulpiano Paulo, et ante hos, Papiniano accidit, Spart. in *Pefcen. Nigr. c.* 7. Triginta vero fub ejusmodi magiftro à libellis militabant, libellenfes dicti, *L.* 32. §. 4. C. *de Appellat. L. ult.* C. *Ubi Senat.* magiftrum officiorum, ut alii fcriniarii, judicem habentes, L. 2. C. *de Prox. facr. fcrin.* Magifter epiftolarum epiftolas curabat, Regibus aut civitatibus fcribendas, legationes, Civitatum confultationes, ipfeque fcribebat epiftolas, quibus Princeps confultationibus refpondebat Praefidum legatis. Parebant huic magiftro triginta quatuor *epiftolares* ab epiftolis dicti L. 32. C. *de Appellat.* hi Graecas et Latinas epiftolas fcribebant et in fcriniis confervabant, vide fupra ibique citatos. Dicuntur etiam generatim *Exceptores*, de quibus in Notis. Sic *Exceptor publicus* in *L.* 15. C. *Th. de Decurion.* & Nov. *Th. et Valent. de Trib. fifcal.* 23. qui conficiendis geftis municipalibus et actis praefcribendis praeerant. Manfit ergo hic ftatus fcribarum diu poft Conftantinum ufque ad ultimos Romanorum et Graecorum Imperatores. Immo ad interitum fuum vergente Romanorum imperio ad barbaros ipfos incorruptus fcribarum honos fuit translatus: Ita enim fcribit Caffiodorus, *lib.* XII. *Var. ep.* 21. *Scribarum officium fecuritas folet effe cunctorum, quoniam jus omnium ejus follicitudine cuftoditur.* Et paulo poft, de ipfo fcribarum officio agens, *hoc honorabile*, inquit, *decus, indifputabile teftimonium, vox antiqua chartarum, cum de tuis adytis incorrupta praeceſſerit cognitores reverenter excipiunt, litigantes quamvis improbi, coacti tamen obediunt. Et cum fas fit promulgatam fententiam fufpendi, tibi non licet obviari.* Qualem demum potentiam habuerint ipfi Cancellarii, idem prodit Caffiodorus *lib.* XII. *ep.* 12. *Per milites fuos judex intelligitur: et ficut difcipuli magiftri fcientiam produnt, fic nos obfequentium mores produnt.* Et paulo poft: *Periclitamur fateor in actionibus veftris, fi vos mala intentione tractetis.* Et iterum: *Una eft fententia Plebis, tales effe judi-*

ces,

ces, quales vos contigerit adprobare. Sic sensim ad summum honoris culmen adscendit scribarum dignitas, quorum Primicerius tunc temporis fuisse videtur Cancellarius, tabularii supremus custos et secretorum consistorii conscius, quique per saltum, non peractis et statutis legitimae militiae gradibus à Principe saepe ad hunc honoris gradum promovebatur. Cassiodor. *lib.* XI. *Var. ep.* 6. *Quamvis statutis gradibus omnis militia peragitur et tempora sibi custodiant, qui judicum jussionibus obsecundant; tuus honor cognoscitur solemni ordine non teneri, qui suis primatibus meruit anteponi.* Mox ipsum cancellarii officium describens sic pergit Cassiodorus: *Militiam domesticam à duodecima indictione cancellariorum tibi decus attribuit: ut consistorii nostri secreta fideli integritate custodias: per te praesentandus accedat: per te nostris auribus desiderium supplicis innotescat, jussa nostra sine studio venalitatis exercens: omniaque sic geras, ut nostram possis commendare justitiam. Actus enim tui judicis opinio est.* etc. Hos mores imitati sunt prisci Germanorum Reges, immo et ipsa ecclesia Romana quorum de Cancellariis vide Aegid. Strauch. *in Amoenitat. Jur. Canon. ecloga II. cap.* 17. Hodie vero ipse Pontifex Cancellarius Dei censetur, Vicecancellarii munere fungitur Cardinalis, secundus dignitate post Pontificem, qui in regimine cancellariae officium suum exercet, et cui subsunt diversa scriptorum Apostolicorum officia, Secretariorum, Abbreviatorum duorum generum, majoris et minoris parci ut ajunt, qua occasione notes, non fuisse olim societatem quamdam literariam Abbreviatorum, ceu temere Fr. Hann. Stempelius et Cl. Walchius nobis persuadere voluerunt, refutati à Cl. C. A. Heumanno in *Miscellan. Lips. tom. III. Obs.* 45. Hoc munere, quod praesenti pecunia emebatur, functi sunt olim clarissimi viri, Bembus et Sadoletus. Ipse Platina conqueritur, sibi abbreviatoris munus coemtum, incognita causa à Paulo secundo Papa, ademptum fuisse, Platina de *Vit. Pontif. f.* 359. Scribebant hi epistolas latinas, et in certum ordinem à Paulo II. redactos fuisse, idem in *ejus vita fol.* 350. testatur. Et in *vita Pii II. fol.* 337. b. *magistratum* vocat hunc Abbreviatorum ordinem. Alii denique, in aula Romana sunt Registratores, Plumbati, Sollicitati literarum, Apostolicarum, qui Janizeri dicuntur, Correctores, Collectores plumbi, Cancellarii Notariorum. Quod vero et in Hierarchia Cancellarii

cellarii illi criſtas erexerint, ipſisque Pontificibus inſultaverint Chaſſanaeus docuit in *Catalogo gloriae mundi par.* 4. *conſ.* 13. *Cum olim* DE PARI CONTENDERE CANCELLARIUS VOLUISSET CUM PAPA, *propter excellentiam tantae dignitatis, ſtatutum fuit pro lege, quod non amplius Cancellarius ſed Vice-Cancellarius de cetero vocaretur.* Et hanc veram eſſe rationem cur hodie ipſe Papa Cancellarius vocetur, recte conjecit Strauchius *d. l.* non ut Gregorius in *Syntagm.* XV. 42. *n.* 1. exiſtimat, quod Pontifex hodie in Eccleſia Dei Vicecancellarius eſſet. Ceterum de origine eorum haec refert Polydorus Vergilius de *Invent. rer. lib.* VIII. *c.* 2. his verbis: *Ab initio fuerunt ſcribae, qui litteras ſcriberent Apoſtolicas parvo, vel nullo pretio, ſecundum illud Salvatoris praeceptum, Gratis accepiſtis, gratis date.* Huc refer inprimis Notarios primae Eccleſiae, qui Acta Martyrum & publicas diſputationes cum haereticis & conciliorum geſta excipiebant mutuisque collationibus conferebant, de quorum peritia vide prae omnibus Auguſtinum de *Doctr. Chriſti lib.* II. *c.* 26. Et plura forſan acta haec Martyrum, de quibus Theodoric. Ruinartus in *Act. Mart.* de ſtatu ſcribarum ſub antiqua eccleſia nobis ſuppeditarent, niſi in triſtiſſima Diocletiani tempora incidiſſent, multaque jam ante hujus perſequutionem Praeſidum Provinciarum malitia flammis fuiſſent tradita, ne Martyrum conſtantia pudorem illis injiceret, Arnob. *lib.* IV. *adv. Gent.* Eleganter hanc in rem cecinit Prudentius in *Hymno de ſanctis Martyr.* Emetherio et Chelidonio, quorum acta Martyrum Gentiles ſuppreſſerant:

O Vetuſtatis ſilentis obſoleta oblivio
Invidentur iſta nobis, fama et ipſa exſtinguitur.
Chartulas blaſphemus olim nam ſatelles abſtulit,
Ne tenacibus libellis erudita ſecula
Ordinem, tempus, modumque paſſionis proditum,
Dulcibus linguis per aures poſterorum ſpargerent.

Temporibus autem Innocentii III. Romae jam fuiſſe ſcribas literarum Apoſtolicarum conſtat ex *c. dura* 4. *X. de Crimin. falſi.* Johannes vero XXII. primus collegium ſcribarum Apoſtolicorum numero diſtinxit. Plura de hoc collegio et ſcribarum Apoſtolicorum privilegiis dabit Cohelius *in Not. Cardin. c.* 24. Et jam antiquitus Anterus

Hh Papa

Papa gesta Martyrum diligenter exquisivit, et in Ecclesia recondidit. Teste Baronio *tom. II. ad Ann. Christi* 238. *num.* 2. à Clemente Papa primum summo studio curatum fuit, ut VII. Notariis per regiones urbis divisis, gesta Martyrum scriberentur. Fabianus vero Papa, successor Anteri VII. Diaconos praefecit Notariis illis, ut fidei et veritati historicae magis prospiceretur, vide Car. du Fresne *Tom. II. Gloss. med. et inf. Lat. pag.* 849. qui et hoc memorabile ex *Diurno Roman. c.* 6. *lit.* 1. 2. addit: *Horum postea aucto numero, qui ex septem illis primis fuerunt, Notarii regionarii vel Protonotarii vocati sunt, reliqui Notarii simpliciter.* Miror Cl. Jo. Mabillonium de *Re diplomatic. lib.* 1. *c.* 13. *p.* 125. de Pontificum Romanorum Cancellariis et Notariis acturum, adeo leviter et jejune haec tractasse.

§. VIII.

Sic per tot temporum periodos ab Hebraeis ad Graecos et ab his ad Romanos tandemque ad Germanorum Cancellarios, venerabilem et conspicuum scribarum ordinem deduximus. Jam verbum non addam, historiae scribarum hic ponens terminum, nimium ne sim molestus lectori. A scopo etiam aberrarem Germanorum vicinorumque cancellariorum, Graphiariorum, Secretariorum et Actuariorum munera, honores et quae plura hic enodare si in animum inducerem. Graecorum Romanorumque circa rem literariam ritus et antiquitates cursim explicare aggressus sum. De Cancellariis et Archicancellariis vide interim Mallincrot. *sing. lib.* De Secretariis in singulari Dissertiuncula egit Jo. Schilterus, Comment. suis ad *D.* junctim editis, adjecta. Verum tantum abest, ut V. Cl. materiam exhauserit, ut illa vel integro libello adhuc indigeat. Sicco pede transiit antiqua, et praeter Practicorum nonnulla invenies in Dissertatione illa memorabile nihil. Notandum hoc interim de nostris Secretariis, in plerisque civitatibus hodie eruditos ad hunc honoris gradum promoveri; unde dignitas eorum sensim crevit, inprimis postquam et in certas classes, propter jus proedriae, dignitates fuerint distributae. Sed de his mox quaedam per indicem proponam. Per saturam vero pauca, quae de scribis veterum dicenda restant, ne quid antiquitatis hac in parte ignoretur, praeceden-

cedentibus jungamus. Scribatus decurias emtionis titulo comparatas fuisse diximus supra. Age, hoc probemus. Decuriae dicebantur *collegia*, in quae scribae, librarii et id genus alii ministri relati erant, de quibus abunde Valesius ad Amm. Marcell. *lib.* XXVIII. *c.* 6. *pag.* 589. *edit. Jac. Gronov.* et ex quo sua hausisse Salmasium *epist. ad Sarravium* 82. ipse Valesius conqueritur. At festinantius, quam par erat, legit forsan Salmasii epistolam Valesius, vel invidia abreptus adeo sterile tribuit Salmasio ingenium, ut proprio Marte producere posset nihil. Praeter unicum enim Juvenalis locum vel pueris obvium, toto coelo diversa produxit Salmasius. Imo dudum ante Valesium JCti et Grammatici explicaverant vocum *decuriae* et *scriptum facere* significatus. Misera etiam foret eruditorum sors, si ob repetitum locum aliquem ubivis occurrentem, et ab alio jam occupatum, plagii statim insimularentur. Certe duo cum faciant idem, non est idem, ait vetus proverbium, quod et in Salmasio hic deprehendere datur. Sed ad rem. De Sarmento quodam scribit Scholiast. Juvenal. *ad Satyr.* V. *pr. Sarmentus natione Thuscus, è domo M. Feronii; incertum libertus an servus, plurimis forma et urbanitate promeritis, eo fiduciae venit, ut pro Romano equite ageret,* DECURIAM QUOQUE QUAESTORIAM *compararet; Quare per ludos, quibus primum in XIV. ordinibus sedit, haec à populo in eum dicta sunt:*

Aliud scriptum habet Sarmentus, aliud Populus voluerat;
Digna digni. Hic Sarmentus habeat crassas compedes.

Decuria itaque quaestoria idem est, ac scriptum quaestorium, quod diu eruditi observarunt. Institutum illud ministros in decurias distribuendi antiquissimum fuisse videtur: Meminit enim illarum jam Livius *lib. XL.. c.* 39. et ordinis servandi causa vel ob multitudinem ministrorum melius coercendam introductae sunt ejusmodi decuriae. Num vero per has decurias equites honore aequaverint altior est quaestio, ad quam negando respondeo: ipse enim vetus Scholiastes contrarium his verbis docet: *dum autem* CAUSAM USURPATAE DIGNITATIS AGIT, *precibus et gratia summoto accusatore dimissus est.*

Et forſan idem ille Sarmentus ſcriba eſt, cujus meminit Horatius *lib.* I. *Sermon.* 5. *vs.* 55. et 66.

Scriba quod eſſet,
Nihilo deterius dominae jus eſſe.

Quaſi dicat Meſſus apud Horatium, etſi ſcriptum ſibi comparaſſet, nihilominus operas officiales dominae eſſe praeſtandas. Fallitur itaque Pitiſcus ad *Suetonii vit. Horat.* ideo ſibi comparaſſe libertos ſcribarum decurias tradens, ut pro equite ſe Romano poſſent gerere, ob hanc cauſam et Horatium, ſcriptum quaeſtorium emiſſe ſiniſtre conjiciens. Verum praeterquam quod ex ipſo Scholiaſte manifeſto contrarium adpareat, ipſe Horatius parum honorifice de conditione ſcribarum ubivis ſentit, vel immemor priſtinae ſuae conditionis, vel ſcribarum faſtum in adfectanda dignitate à munere ipſorum aliena ſale ſatyrico defricans. Scribatum autem ideo comparaſſe veroſimilius eſt, quod commoda et ſalaria ſcribarum ſat ampla eſſe conſtaret, quod mox latius demonſtrabo. Pejus adhuc Xylander in *Prolegom. de Horat. pag.* 39. ſcriptum quaeſtorium comparaſſe Horatium negat, cui Cl. Jo. Maſſon. in *Vita Horatii pag.* 75. recte oppoſuit ipſius Horatii verba: *lib. II. Sat.* VI. *vs.* 36.

De RE COMMUNI SCRIBAE *magna atque nova te*
Orabant hodie meminiſſes.

Verum, quod pace Maſſonii dicam, erravit Xylander, ſi ſcribam fuiſſe Horatium abſolute negaverit, propter locum Suetonii; ſi vero *vs.* 36. haud indicare Horatium fuiſſe ſcribam dixerit, lubens illi accedo: Quemadmodum enim Roſcius eum orabat adeſſet ad tribunal, ſic & ſcribae, ut meminiſſet de re communi. Annon ſcribae, fiducia ob memoriam priſtinae conditionis in Horatium collocata, rogare eum potuerint, ut Maecenati, fautori ſuo, de re communi aurem vellicaret? Hoc autem minime omnium concoquere integrum erit, Horatium tunc temporis cum ſcriberet Satyram illam, adhuc ſcriptum feciſſe, ut putat Cl. Maſſonius. Scopum enim illius Satyrae reſpiciens, videbit ſtatim, otium ſuum, quo ruri fruebatur, deſcripſiſſe Horatium, adeoque illo munere ſe jam abdicaſſe.

Luca-

Luculentius ipſe hoc comprobat in laudata *Satyra vs.* 40 diu jam in conſortio et familiaritate Maecenatis ſe vixiſſe teſtatus, quo tempore, ipſo Cl. Maſſonio fatente, puſillo hoc ſcribarum lucro non indigebat: nam veroſimile eſſe agnoſcit ipſe, ex illo tempore, quo amicitiae Maecenatis ſe inſinuaſſet, ſcribae munere ſe abdicaſſe Horatium, ita autem *d. vs.* 40. pergit:

Septimus octavo propior jam fugerit annus.
Ex quo Maecenas me coepit habere ſuorum
In numero.

Antiquum igitur fuit decuriarum ſcribatus inſtitutum, forſan ad exemplum decuriarum judicum, equitum etc. inventum, et diu ſub Imperatoribus vel ſorte, vel magiſtratuum gratia, vel pretio indultum et comparatum. Antiquitus ſorte decurias gratis accepiſſe ſcribas Cicero indicare videtur in *Orat. pro Cluent. c.* 45. ex Catilinaria enim IV. ut putat Valeſius *ad d. l. Ammiani*, hoc diſcere mihi non licuit hactenus: *Nuper hominem tenuem ſcribam aedilicium D. Matrinium cum defendiſſem apud M. Junium, Q. Publicium Praetores, et M. Plaetorium, C. Flaminium, aediles curules perſuaſi,* UT SCRIBAM JURATI LEGERENT EUM, QUEM IIDEM ISTI CENSORES AERARIUM RELIQUISSENT. Electionem hic tribuit Cicero aedilibus ſeque illis perſuaſiſſe ait, jurati ut de novo illum Matrinium, quem Cenſores injuria notaverant, ſcribam eligerent, notamque cenſoriam convellerent: Cenſores enim non habuiſſe jus de ſcribarum ordine aliquem ejicere, ut potuerunt Senatu, tribu movere, equum publicum adimere; ſed aedilium fuiſſe, notatos à Cenſoribus ſcribas, ſi notam meruiſſent, ex albo ſcribarum delere conjicit ὁ πάνυ Graevius ad *d. l.* At vellem probaſſet hoc Vir Clariſſimus: non enim haec dicit Cicero: contra hoc unice intendit, potuiſſe Aediles cauſa altius ponderata, culpa vacuum, contra cenſoriam notam reſtituere: Sic enim mox pergit: *Cum enim in homine* NULLA CULPA *requiretur, quid ille meruiſſet, non quid de eo ſtatutum eſſet, quaerendum eſſe duxerunt.* Verba autem: *quid de eo ſtatutum eſſet,* liquido ſuadent, Cenſoribus facultatem quidem fuiſſe per cenſoriam notam ordine ſuo et ſcribas movendi, ita tamen ut Aediles re penitius inſpecta, falſitateque ejus deprehenſa, notam

plane tollere et ſcribam in integrum reſtituere potuerint. Accedit, quod cum nota cenſoria ſummo ordine aliquem movere valeret, certe multo magis minore miniſtrorum ordine. Verum ſatis eſt probaſſe hoc loco, ſcribas, tempore adhuc Ciceronis, gratis in decurias fuiſſe adlectos, quod inde fit veroſimile, quia *tenuem* vocat *hominem*. Forſan emiſiſſe dices Decuriam ante notam cenſoriam, nec repugnabo, inprimis quia Ciceronis aevo, pretio jam potuerit comparari, ipſo eodem teſte in *Verrin.* III. *c.* 79. *Mirabimur turpes aliquos ibi eſſe, quo cuivis licet pretio pervenire?* Hoc conſtat antiquiſſimis temporibus magiſtratus facultatem ſcribas eligendi habuiſſe, teſte Livio, *lib. XL. c.* 39. *Scribam eum quaeſtor Q. Petillus in decuriam legerat.* Et ſic olim moris fuiſſe haud obſcure innuit Cicero in *d. c.* 79. ludens ſcribas, qui nummulis corrogatis decuriam ſibi coemerant, et fuiſſe tunc temporis adhuc ejusmodi ſorte electos ſcribas, idem innuere videtur his verbis: *Eos ſcribas tecum diſceptatores hujus criminis habebo, qui* ISTOS SCRIBAS *eſſe moleſte ferunt.* Saltem et ſorte electos et qui decurias emerant fuiſſe ex d. Ciceronis loco conſtare videtur: AD EOS ME SCRIBAS REVOCA SI PLACET: *noli hos colligere, qui nummulis erogatis de nepotum donis, ac de Scenicorum corollariis cum decuriam emerunt, ex primo ordine exploſorum in* SECUNDUM ORDINEM CIVITATIS SE VENISSE DICUNT. Ne fallat nos Hotmanus in *not. ad h. l.* putans, ſcribas judices ſediſſe in judicio peculatus, reſpicienda erunt priora Ciceronis, ubi *c.* 78. *Scribae nomine*, inquit, *de tota pecunia binae quinquageſimae detrahebantur. Quis tibi hoc conceſſit, quae lex? quae Senatus auctoritas.* Jam Cicero provocat ad ſcribarum teſtimonium, ejusmodi factum aequitati diſſentaneum unquam audiverint, quod ſcriba ſcil. tantam pecuniam averteret, ſive de aratorum bonis, ſive de Populi Romani vectigalibus. Produnt haec verba Ciceronis: *Ad eos me revoca ſcribas* SI PLACET, quibus ſane non probatur, judices ſediſſe illos in judicio peculatus, ſed facultas tantum conceditur, in teſtimonium veritatis illos vocandi. Largimur facile Hotmanno, Aurelium Cottam judicium illud cum equitibus et tribunis aerariis voluiſſe communicare; ſed ſcribas illos, quos honeſtos ſubinde *d. c.* 79. vocat Cicero, fuiſſe equites, probare debuiſſet Hotmannus, quod fieri vix poterit, etſi nonnulli eorum,

prout

prout supra probavimus, ordinis equestris fuerunt. Quis enim ob rariora illa exempla totum ordinem scribarum equestrem nominare auderet? *Splendidum* etiam non honestum scribarum ordinem debuisset vocare Cicero; sed nusquam, quod scio, equites fecit ille scribas, nec verba: *in secundum ordinem civitatis se venisse* DICUNT, de ordine equitum sunt interpretanda: sunt enim opposita ordini exploforum. Quare ridet illos Cicero, quod *dicunt*, se in secundum seu honestiorem ordinem venisse. At negotium nobis faciet locus Suetonii in *Claudio c.* I. *Corpus ejus per municipiorum coloniarumque primores suscipientibus* OBVIIS SCRIBARUM DECURIIS, *ad urbem devectum.* Hinc prono velut alveo videtur fluere, secundum à primoribus ordinem fuisse scribarum decurias, adeoque ordinem equestrem, unde et Torrentius ad d. l. ordinem obtinuisse equestri proximum scribit. Verum proximum fuisse equestri concedo, cui accedit, quod decuriae simpliciter hic dicantur, non ordo, qua voce Cicero forsan usus fuit, ad captandam, ut moris illi erat, scribarum, quorum testimonio tunc temporis indigebat, benevolentiam. Fateor interim lubens, ex libertis illis, qui scribarum decurias olim sibi comparaverant, equites & Senatores plerosque originem traxisse, *Tacito teste, lib.* XIII. *Annal. c.* 27. *de Libertinis agente, Hinc plerumque tribus, decurias,* Scribarum scil. ut Lipsius vult. *Ministeria magistratibus, et sacerdotibus, cohortes etiam in urbe conscriptas et plurimis equitum plerisque Senatoribus non aliunde originem trahi.*

§. IX.

Haec de emtione decuriarum scribatus ex antiquitate explicare lubuit, juvabit vero adserta ex JCtorum placitis confirmare. Generali vocabulo decurias apparitorum et scribarum *militiam* videntur illi appellasse, omnes adparitores et ministros Principum vel magistratuum hoc sub nomine comprehendentes. Nam etsi olim strictius videtur vox *militia* accepta, ita ut adparitores soli magistratuum per illam intelligerentur, tractu temporis tamen omnia munia aulica summaeque dignitates *militiae* audiebant. Hinc est quod *militia literata*

dicatur in *L.* 8. *C. de Proxim. Sacror. Scrinior.* Et apud Symachum *lib.* VII. *epist.* 124. *fungitur militia in scriniis literarum.* De his ante nos egit eleganter et erudite Cl. Joseph. Averanius *lib.* II. *Interpretat. Jur. c.* 17. Nos vero tangamus ea potius, quae ad rem nostram spectare videntur. Notanda est inprimis *L.* 102. §. 2. *D. de Leg.* 3. Ubi Scaevola Alumno comparari praecepit militiam his verbis: *Sempronio Alumno meo, illud et illud: et cum per aetatem licebit,* MILITIAM ILLAM CUM INTROITU COMPARARI VOLO. *Quaesitum est, si Sempronius eam militiam sibi comparaverit, an pretium ejus, sed et id, quod pro introitu erogari solet, ex causa fideicommissi ab heredibus consequi possit.* Et in §. 3. *d. l. Idem testator liberto militiam his verbis legavit. Sejo liberto meo militiam do lego illam, quam militiam et testator habuit. Quaesitum est, an onera omnia et introitus militiae ab herede sint danda: respondit danda.* Varia hic occurrunt explicatione digna, primum, quod militiae hae potuerint comparari. 2. vendi, alienari et legato dari. 3. quod aetas certa ad illam administrandam fuerit statuta. 4. quod pro introitu aliquid dari debuerit. Ad primum observa, quod ipsa pecunia fuerit comparata *L. ult. C. de Pignor.* quodque hoc vel tempore Ciceronis, vel paulo ante coeperit, justum ergo erat ut vendi, pignori dari et legari posset. Hinc toties in jure nostro militiae legatae aut venditae mentio in *L.* 52. §. 2. *D. de Act. emt. L.* 22. *L.* 49. §. 1. *D. de Leg.* 2. Averanius *d. l. n.* 19. non tamen omnis militia emi, vel ad heredes transferri potest, *L. ult. C. de Pignor. tamen quae vendi vel ad heredes transmitti potest.* Haec enim tantum à negotiatorum creditoribus poterat hypothecae dari ac vindicari vid. ibi Gothofred. Sic militia adjutorum Quaestoris vendi poterat centum solidis, ita ut emtor subrogatus in locum venditoris, electione quaestoris confirmaretur adjutor, *Authent. de Adjut. quaestor.* 35. Mire se torsit in explicatione *d. l. ult. C. Charondas Lib.* I. *Verisimil. c.* 14. *tom.* I. *Thesauri Jur.* haud intelligens quid sibi vellet militia, *quae vendi et certa definitione ad heredes transmitti poterat,* Exercitationem hinc quandam publicam populi Romani vel Principis auctoritate hic intelligi fingit, hancque ad similitudinem ejus militiae, quae armatis militibus adsignatur constitutam, eique salaria et commoda vel ex annonis publicis

publicis vel aliunde adſignata eſſe hariolatur. Immo veroſimile ſibi videri ſcribit, eum, qui imaginariam, ſcilicet in cerebro Charondae enatam militiam inſtituerat, certa definitione ejus alienationem adque heredes transmiſſionem circumſcripſiſſe: quodque Juſtinianum obiter notaſſe diximus, ipſa ſunt Charondae verba. Eo refert omnes illas militias et LL. paulo ante à nobis allegatas. At quam illae eruditae ſunt nugae! Fingere exempla antiquitatum quae nunquam in rerum extitere natura, totque clariſſimos legum textus ignorantia antiquitatis, miſera diligentia detorquere et corrumpere. Militiam omnino hic intelligit Imperator, quae vendi poterat et ad haeredes transferri, ſi ſcil. heres muneri illi idoneus eſſet; ſin minus, alius in heredis locum erat ſubrogandus vicibus ejus fungens, qui tamen heredi certam aliquam ſummam ſolvebat, quia ipſe non erat dominus, ſed quaſi adminiſtrator vel Subſtitutus, et hoc vocabatur *caſus militiae*, *L. XI. C. de Proxim. ſacr. ſcrin. L.* 17. §. *ult.* C. *de Inoffic. teſtam. Nov.* 97. *c.* 4. Potuiſſe autem et inter vivos alios in ſuum locum ſubrogare, conſtat ex *L. ult. C. de Prox. ſacr. ſcrin. Nam his licere deſiſtentibus ab adjutoris officio, alios pro ſe, quos voluerint, ſubrogare*, et mox: *illos etiam adjutores poſſe in ſuum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum caſum, minus implere ſuum officium valeant, veluti ſenium vel morbum, vel aliam neceſſariam cauſam.* Vide Laelium Taurelium de *Militiis ex caſu pag.* 1631. *ſequ. Tom.* IV. *Theſ. Jur.* Pecunia vero haec cedebat liberis ex privilegio, poſt hos uxor illam accipiebat, vel ille creditor qui pecuniam ad militiam comparandam dederat, et demum reliqui creditores, quibus militia pignori erat obligata, *L. XI. C. de Prox. ſcrin. ſacr. Nov.* 35. *de Adjut. quaeſtor. Nov.* 53. *c.* 5. *de Exhib. reis.* Hinc variae LL. ſunt exponendae, *e. g. L.* 22. *D. de Leg.* 2. *L.* 49. §. 1. *D. de Leg.* 2. *L.* 18. *D. de Alim. leg.* aliaeque plures, quae non ſunt hujus loci, inprimis cum ad omnes alias militias pertineant, nec ſolam ſcribarum militiam tangant. Sufficit ergo generaliter haec obſervaſſe, quibus pauca de *introitu* et ſalario hujus militiae addamus. *Cum introitu* ait Scaevola in d. l. 102. §. 2. *de Leg.* 3. et in §. *ult. ejusd. an onera omnia et introitus militiae.* Antiquitus ejusmodi introitus ſeu ſportulas dari ab illis ſolitos qui munus aucupabantur, in vulgus notum eſt, quodque

ex Plinio *lib.* X. *ep.* 113. 114. 117. aliisque ad nauseam jam dudum probatum est. In nonnullis militiis introitus summa definita erat, ceu patet ex *L.* 7. *C. de Prox. sacr. scrin. l.* 3. *C. de Domest. et protect.* aliisque plurimis. Hic vero in scribarum militia qualis summa fuerit definita, nusquam invenio. Hoc ex Legum huc pertinentium analogia constat, introitum seu sportulas pertinuisse ad illos, qui fuerunt ejusdem militiae, *L.* 22. *de Legat.* 2. *Lucius Filius in testamento suo Publio Mevio militiam suam reliquit, sive pecuniam ejus, quaecunque redigi ex venditione ejus potuerit, cum suis commodis*, ubi per *commoda* haud intelligenda videntur sportulae, quas accipiebant à privatis, sed potius introitus aliaque onera, de quibus in *d.* §. *ult.* ubi parum commode cum Hotmano leges *honoraria*, quae sane non à privatis, sed à Principe publice constituebantur, solvebantur, ut ex sequentibus patebit. Hoc demum notandum, militiam hanc pecunia patris comparatam conferri à liberis *l. penult. C. de Collat.* et imputari in legitimam, excepta silentiariorum militia, *l.* 30. *C. de Inoffic. testam.* impensae vero in dignitates vel introitus et sportulas factae pro filio, non conferuntur, *l.* 1. §. 16. *D. de Collat.* Salarium denique accipiebant scribae, more per manus ab antiquis tradito, quemque Plutarchus, ut supra *pag.* 457. vidimus, jam tetigit, Catonem noluisse scribae, à se accusato sed judicio elapso, salarium solvere, unde à quaestore quidem soluta fuisse salaria discimus, publice tamen constituta. Idem innuit latius Cicero *Verrin.* III. *c.* 79. *sequent.* et Plinius *lib.* IV. *epist.* 12. ubi parva quaestio, sed tamen elegans movetur à quaestore Marcellino, de scribae, qui sorte sibi obtigerat, et ante legitimum stipendii tempus obierat, salario, heredibus ejus vel aerario vindicando. Exercuit quaestio illa Caesarem, mox et Senatum fuitque salarium aerario et populo vindicatum, unde illud acceperat Quaestor: Sic enim Plinius: *Scribamque qui* SORTE *obtigerat ante* LEGITIMUM SALARII TEMPUS AMISISSET, QUOD ACCEPERAT SCRIBAE DATURUS, *intellexit et statuit subsidere apud se non oportere.* Et de hoc salario, sportulisque scribarum in singulari Nov. egit Constantinus Porphyrogenneta. Salarium vero à sale dictum, de publico solvebatur, Plin. *lib.* XXXI. *c.* 7. *Sal honoribus etiam militiaeque interponitur; Salariis inde dictis, magna apud antiquos auctoritate, laborumque*

rumque

rumque requies non alio magis vocabulo constat. Dicitur et passim annona, quia frumento, vino, oleo, carne aliisque ad victum humanum necessariis constabat. Sed de his alii egerunt.

§. X.

Militia haec literata, ut dicitur in *l.* 8. *C. de Prox. sacr. scrinior.* quamque Cicero *pro Muraena urbanam* vocat, stipendia merebat, annonas accipiebat, *L.* 5. *C. qui mil. non poss.* Unde stipendia seu emolumenta minuere, vel ex annonis aut stipendiis eorum qui scrinio libellensium, aut sacrae memoriae, sacrarumque epistularum commeatu abessent aliquid deducere, prohibet Justinian. in *l.* 14. *C. de Prox. sacr. scrinior.* Inde Praetor Salarium pendebat apparitoribus suis nec ultra annonam illam à Provincialibus aliquid exigere valebat, *L.* 3. *C. Th. de Offic. judic. omn.* Et antiquariis ad componendos reparandosque Bibliothecae Codices Imperator Valens annonas populares caducas jubet impertiri, *L.* 2. *C. Th. de Stud. lib. urb. Rom.* Et annonas universis officiis atque sacri Palatii ministeriis et scriniis ceterisque cunctarum dignitatum adminiculis erogari praecipit *L.* 15. *C. de Erog. mil.* haecque stipendia ex liberalitate Principis accipiebant, *Nov.* 53. *c.* 5. *Militias nullum aliunde reditum quam ex Principum liberalitate habuisse.* Exercebatur haec liberalitas ex annonis à Provincialibus exactis. Sic Vegetius, *lib.* III. *c.* 3. *Annonariae species quas à Provincialibus consuetudo deposcit,* ibique Stewechius. Referebantur hae species ad arcam Praefecti Praetorio in fiscalem rationem, *L.* 6. *C. de Exact. tribut.* Hinc Praefecto praetorio injungitur adaeratio et erogatio annonarum, *L.* 15. *C. de Erog. milit.* *Quae universis officiis adsolent delegari ad similitudinem militum, quibus aerariae praebentur annonae, adaerari praecipimus: ut omnibus supra designatis emolumenta debita dispositio tui culminis pro publica utilitate taxatis praecipiat erogari.* Hinc patet, militares annonas et illas dici, quae civilibus ordinibus erogantur, per verba: *universis officiis*, iterumque: *ad similitudinem militiae.* Item propter verba d. *L.* 15. *C. universis officiis atque sacri Palatii ministris et sacris scriniis ceterisque cunctarum adminiculis dignitatium emolumenta debita*

debita erogari jubet. Adaerari in d. l. eſt ad *aes* ſeu ad pretium ſpecies redigere et taxatione adhibita aeſtimare, Lael. Taurellus *d. l. p.* 1636. *theſ. Jur. tom.* 4. hinc *adaeratae poſſeſſiones*, et adaeratio in *L. ult. C. de milit. veſt. aerariae annonae L.* 14. 15. *C. de Erog. mil.* Ultimum ex verbis d. L. 15. *emolumenta debita:* et mox: *Publica utilitate taxatis* diſcimus, certa fuiſſe et fixa militibus illis ſalaria. Hinc definitas annonas praeſtari jubent Augusti in *l.* 7. *C. de Palat. ſacr. ſcrin.* Sed cum omnia ſalaria ſeu reditus ex fiſco ſolverentur, mirum eſt cur Scaevola in *L.* 52. §. 2. *D. de Act. emt. Conveniſſe*, ſcribat, *ut ſalarium quod ab illa perſona deberetur, emtori cederet*, cui Juſtinianus in *Nov.* 53. *c.* 5. aperte contrariatur. Frequentem circa d.l. Senatum habuere Eruditi. Charondas *lib.* 1. *Veroſimil. c.* 14. Haloandri verſionem cum textu Graeco non convenire cauſatur, ſic enim legitur: Καὶ τοι πάσης ϛρατείας δημοσίας οὔσης, id eſt, *quamquam tota militia eſſet publica.* Et ſic etiam vertit Cl. Homberg. Intelligere vero Imperatorem eam militiam, conjicit Charondas, quae pignori obligari non poterat, niſi ex humanitate et clementia Imperatoris hypothecae creditoribus fuiſſet conceſſa, cum tota publica eſſet, nec aliunde niſi ex Imperatoris liberalitate reditum haberet. Lael. Taurellus *d. l.* varie ſe torquet, modo militiam ex caſu, modo privatas militias corporum, collegiorum et civitatum, Scaevolam intelligere tradens, modo inter commoda ordinaria et extraordinaria diſtinguit. Neutrum, ut videtur, ſatis accurate. Scaevolae enim tempore jura illa circa militiam ex caſu obtinuerint valde dubito, propter verba d. *Nov.* 53. *c.* 5. *Scimus antiquis temporibus in militiis pignus non fuiſſe, ſed nomina quaedam plane antiqua, quaeque evanuerunt, in iis referebantur.* Quaenam ſunt illa *nomina antiqua quaeque evanuerunt?* num forte obligationes quae nominibus contrahebantur, de quibus in *tit. Inſtit. de Litter. Oblig.* penes lectorem arbitrium eſto. Hoc ſaltem ex his verbis patebit, longe aliter circa militias olim juris fuiſſe. Immo clarius ipſe Juſtinianus in *c.* 1. *ut militiae ex caſu* UTI VOCANTUR, ubi verba: *uti vocantur*, manifeſte docent, novam hanc eſſe appellationem militiae ex caſu, olim incognitam. Secundo, qui poteſt hic militiam collegii vel corporum intelligere Scaevola, cum de ſalario loquatur?

ab

ab illa persona, una scilicet, non pluribus, ex quibus collegium constat, *debebatur*. Neque juvat Taurellum, quod salarium extra ordinem petere potuerint, *L.* 1. §. 6. *D. de Extraord. cogn.* nam et comites aliique milites togati hoc privilegio gaudent, *d. l.* 1. Ultimum nec remedia extraordinaria cum Taurello in *d. l.* 52. intelligi possunt: nam Scaevola diserte *salarium*, dicit, non sportulas seu extraordinaria compendia, *quod ab illa persona debebatur*, et hoc ultimum jam observavit Charondas suppresso nomine Taurellum notans; ipse tamen fallitur Charondas fuisse nonnullas militias conjiciens, quae non essent publicae, neque reditum ex Principis liberalitate acciperent. Hoc enim repugnat verbis Justiniani in *d. Nov. pr. quanquam* OMNIS MILITIA *esset* PUBLICA. At pace clarissimorum horum Duumvirorum, licebit inter tempora accuratius paulo distinguere, sicque dubia forsan removere. Alexandrum Severum primum Salaria adsessoribus instituisse, auctor est Lampridius in *vita Severi c.* 46. *pr.* quae etsi Pescennius jam ordinaverit, Spartiano teste in *Pescen. c.* 7. hoc jus tamen non obtinuit. Hinc ex Constitutione Pii adsessores salaria petere posse, à Magistratibus scilicet quibus adsederunt, dicuntur in *L.* 4. *D. de Var. et extraord. cogn. et L.* 1. §. 8. *eod.* et in hoc adsessorum salarium *exceptorum* mercedi comparatur, *L.* 19. §, *ult. D. Locati*. Hanc vero constitutionem Severi nec Paulum nec Ulpianum scivisse, quia tempore Caracallae scripserunt, jam observavit Petrus Burgius *c.* 9. *Electorum.*. A tempore itaque Alexandri Severi annonas seu Salaria adsessores et reliqui comites à Principe acceperunt, unde sequitur nec Scaevolam *L.* 52. *D. de Act. emti.* Auctorem, Alexandri Severi constitutionem novisse, quippe Caracallae tempore vel paulo post, vita functum. Recte hinc concludimus, aliam Scaevolae, aliam Justiniani tempore militiarum faciem fuisse: quippe Scaevolae aetate exceptores et scribae, quae assessoribus quoad salaria comparabantur, ut supra dictum, mercedem, quam forte honoris causa salarium Scaevola, vel alius quidam corrector vocavit, à magistratibus accipiebant, quam dubio procul ad heredes, etiam sine remissione magistratus transferre et vendere poterant, ceu et ipsam militiam. Secus haec erant tempore Justiniani, nova ubi hujus ministerii forma introducta erat. Scrupulum posset injicere Plinius *lib.* IV. *ep*, XII. scribae salarium

tium aerario populoque fuisse vindicatum scribens, unde sequi videtur, ab aerario salaria illos accepisse; at in promptu est responsio: per indirectum, ab ipsis praesidibus nimirum, quod expresse innuit Plinius in verbis: *quod acceperat scribae daturus*, non directo ab aerario accipiebant salarium, aequum hinc erat, ut ad fontem rediret salarium, quod nondum meruerar scriba. Neque enim munus scribae quaestorii tunc temporis vendi potuit, quod in privatis militiis, vel ad Collegium aliquod pertinentibus forsan obtinuit. Et forsan illo demum tempore hac de re quaestio coepit moveri, unde *parvam* illam vocat Plinius. Nihil itaque opus esse videtur conciliatione *d. l.* 52. *cum Nov.* 53. propter diversitatem casuum propositorum et temporum intervalla. Toto demum coelo differebant scribae quaestorum ab exceptoribus, qui acta praesidum excipiebant, vixque cohortalem militiam sustinebant, *l.* 5. *C. de Numerar.* ut bene observavit P. Burgius d. l. improprie hos inter cohortalinos in Notitia Romani Imp. connumerari, scribens. Ceterum num debeatur scribae, defuncto praeside, Salarium Cujacius examinavit *lib.* IV. *Respons. Papin.* ad *L.* 4. *D. de Offic. adsessor. tom.* IV. *oper.* à Cl. Ranio edit. *pag.* 973. deberi illud, quod à legatis praestitutum est, sic enim legendum cum Cujac. et Lud. Charond. *cap.* III. *Verisim. pag.* 689. *tom. Thes. Jur.* secundum *d. l.* decidens, si modo operas suas alteri non locaverit, vel praeses successorem ante tempus non acceperit, quia datio successoris et praesidem et comites ejus expunxit aerario sive tabulario Principis, in quod relati erant, perinde ac legitimum tempus explevissent, ait Cujacius. Idem hoc confirmat ad *tit. de Legat.* III. *p.* 1094. *tom.* X. *oper.* Contra si scriba moritur intra annum, in quem operam suam locavit, non transmittit in suum heredem totius anni mercedem secundum Plinium et *l.* 41. *C. de Re mil.* idem in milite decernentem. Atque sic Cujacius noster belle et erudite, miror inde cur optimae memoriae G. Cortius in *not. ad d. Plin.* locum dixerit, Cujacium paulo liberalius ex d. l. unius anni salarium defuncti heredes cepisse, statuere, quod ne quidem in mentem eruditissimo viro venit unquam, et ipsis Plinii verbis manifeste repugnat.

§. XI.

§. XI.

Adnectere his lubet quatuor illa librariorum genera, quae Tarruntenus Paternus *lib.* I. *Militarium* recenset, librarios qui docere possent, horreorum, depositorum, et caducorum. Per librarios *qui docere possunt*, intelligit Paternus, qui rationes militum adnotabant, sicque milites docebant, quantum ex pecunia apud signa deposita sibi esset residuum. Et hi forsan sunt, qui passim in inscriptionibus *librarii legionis* dicuntur, Gruter. *pag.* 80: *Inscr. num.* 8. et librarii *Centuriae* apud Fabrett. *ad Col. Traj. c.* I. *p.* 37. Huc forsan referenda inscriptio apud Reinesium *Cl.* XI. *num.* 123. ubi quidam Phrixus, DOCTOR LIBRARIUS occurrit. Nec est quod Reinesius illam emendet: STRUCTOR LIBRARIUS, id est Bibliopola, qui membranas et libros componit, glutinat, pumicat, etc. Recte enim haec notavit Sponius in *Miscellan. erud. antiqu. Sect. VII. pag.* 256. et *Sagittarium Doctorem* producens. Optime vero Reinesius, librarium Doctorem huc potuisset, si legis meminisset, referre: nam et hic non pro mechanico artificio, sed pro scientia accipitur et disciplina quadam scribatus munus. Cur vero his muneris vacatio concessa sit, iis vero qui pueros primas literas docent nulla detur immunitas, per *L.* 11.*in fin. D. de Muner. et hon. l.* 2. §. *ult. D. de Vac. et exc. mun.* examinavit R. Forner. *lib.* IV. *Rer. quot. c.* 27. has reddens rationes, quia dignior librariorum militarium conditio, ob favorem militarem, et quia milites arte quadam imbuebant. Primum in sensus oculosque incurrit, in reliquis autem labitur Fornerius: non enim docebant milites, sed rationes eorum componebant, qua de re supra jam egimus. Et haec prior ratio praeferenda, cui adde, quod librarius militaris propter cumulum laborum et adnotationum ἀκριβείαν, ne forsan mente aliis vacante, in calculo se falleret, omnino vacatione gaudere debebat. Verosimile etiam videtur ad provinciam illam subeundam fuisse coactos, cum non omnes ad hoc munus essent idonei, nec fide conspicui. Possent enim hi, nisi me omnia fallant, cum illis quos hodie Fouriers, gallico idiomate vocamus, conferri. Parum denique ponderis habet altera illa Fornerii ratio, minus esse docere literas et levioris operis, quam ex arte et recte scribere: molestiam

molestiam enim taediumque laboris si respicias, facilius erit recte scribere et ex arte, quam pueros literarum ductus docere, quod pariter ex arte et recte fieri debet, nec minor horum est industria quam militarium; verum munus honorificentius quodque cum peritia et scientia calculi conjunctum, itemque publicum erat, hic omnino respexisse videtur Tarruntenus. De reliquis silet Fornerius Per Librarium horreorum videtur idem significare illum, qui militaris annonae curam habebat. De horreis autem publicis adeundus est titulus Codic. de *Condit. in publ. hord.* et Fr. Amaya ad *d. tit. Horrearius* quidam apud Reinesium *Cl.* XI. *num.* 87. invenitur, at non intelligitur ibi scriba, sed qui operam suam hordeis publicis locavit. Depositorum librarius num idem sit cum illo qui docere posset, dubito, sicque potius distinguenda esse haec munia reor, ut is qui docere possit, rationes totius exercitus in genere omnes componat, depositorum vero librarius illa tantum adnotet, quae forsan ex peculio suo castrensi milites apud signa deposuerint: cave enim hos librarios depositorum in aedibus sacris, de quibus est in *l.* 7. §. 2. *D. de Minor.* et alibi, facias. Ultimus librarius caducorum est, qui res in fiscum casuras post mortem dominorum adnotabat, Senec. *Epist.* 68. *Pulsare superbas potentiorum fores, digerere in literam senes orbos, plurimum in foro posse invidiosa potentia et brevis est, ac si verum aestimes sordida.*

Ultimum ne quid antiquitatis penitus circa scribas ignoretur, ad privatorum scribas nos conferamus, qui servi vel libertini fuere plerumque omnes, ad libros describendos, rationes componendas etc. adhibiti. Prodit hoc Cajus in *L.* 44. *D. de Oper. libert. veluti si librarius sit, et alii patrono librorum scribendorum operas edat.* Et inter ministeria libertorum numeratur etiam librarius in *l.* 7. §. 5. *D. eod.* Illis non abuti suadet Ulpianus in *L.* 15. §. 1. *D. de Usufr. et quemadm. quis utatur, fruat. Mancipiorum quoque usufructu legato non debet abuti, sed secundum conditionem eorum uti. Nam si librarium rus mittat et qualum et calcem portare rogat, etc. abuti videbitur proprietate.* His etiam utebantur ad testamenta scribenda unde *Testamentarius*, id est, scriptor testamenti, dicitur in *l.* 9. §. 2. *D. de Hered. instit.* vide famosam *L.* 27. *D. Qui test. fac. poss.* ubi Domitius Labeo dubitabat, num is testium numero esse possit, qui et tabulas testamenti scripserat,

ſcripſerat, cum tantum ad hoc rogatus eſſet, non vero ad teſtimonium ferendum, quod ſane dubium non erat inſipidum, nec moroſam Labeonis reſponſionem merebatur, ſi miſeras teſtamentorum veterum ſollemnitates reputes. Dicebantur et hi privatorum ſcribae olim Notarii, etſi revera à librariis differrent: hi enim libros deſcribebant, illi curſim dicta adnotabant. Ejusmodi ſcribam ſeu Notarium quinquaginta ſolidis aeſtimat Juſtinianus in *L.* 3. *C. Commun. de Legatis et fideic.* Hi quoque vel Latini vel Graeci erant, uti ex inſcriptionib. adparet. Cicer. *lib.* XIV. *ep.* 21. *Peto à Te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Graecus: multum enim mihi eripitur operae in exſcribendis hypomnematis.* Et ad *Atticum*, *IV.* 16. *Epiſtolae noſtrae tantum habent myſteriorum, ut eas ne librariis quidem fere committamus.* Plinius, *lib.* VII. *Hiſt. nat. c.* 25. *Epiſtolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare* (ſoleo) *aut ſi nihil ageret, ſeptenas.* Plin. Jun. *lib. III. Ep.* 5. *n.* 15. *lib. IX.* 20. *et* 36. Corn. Nepos in Attic. *c.* 13. *n.* 3. Bibliopolae pariter ſuos habebant librarios, qui libros deſcribebant. De Graecis ita ſcribit Strabo, *lib.* XIII. *p. edit. Gronov.* 907. Καὶ βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι, καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων καὶ ἐνθάδε, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *Et librorum venditores nonnulli ineptis uſi librariis, neque cum exemplari deſcripta comparantes: quod et aliis accidit libris, qui exſcribuntur vendendi cauſa et Romae et Alexandriae.* Et paulo ante de quodam Apellicone Tejo ita ſcribit: Ἦν δὲ ὁ Ἀπελλίκων φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος· διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων, εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτημάτων πλήρη τὰ βιβλία. *Tenebatur is Apellico librorum amore quam Philoſophiae ſtudio majore: itaque eroſarum particularum quaerens inſtaurationem, in noua libros transtulit exempla, lacunas non recte implens: ediditque libros mendorum plenos.* Locus hic etſi proprie de ſcriba non ſit accipiendus, mire tamen illuſtrat antecedentem locum, non omnem culpam in librarios eſſe conjiciendam, declarans. Obſervanda hic pariter erit differentia inter ἀντιγράφους et καλλιγράφους, illi nova exempla ex aliis deſcribebant, Artemidorus *IV.*

I. p. 198. ad filium: Μεμνημένος ὅτι σοὶ προσπεφώνηται τὸ βιβλίον, ὅπως ἂν αὐτὸς ἔχῃς χρῆσθαι καὶ μὴ πολλοῖς κοινωνῇς ἀντιγράφοις, *memineris autem tibi inscriptum ac dedicatum esse, ut scilicet ipse eo utaris et non multis communices, qui illa describant.* Καλλιγράφοι vero erant, qui pulchre omnia exarabant et in mundum redigebant, Du Fresne in *Glossario Graecitatis, pag.* 552. *et* 553. Sic et apud Romanos librarii ab antiquariis distinguebantur, teste Isidoro, *lib.* VI. *Origin.* 14. *Librarii autem et iidem et Antiquarii vocantur: sed librarii sunt, qui nova et vetera scribunt, antiquarii, qui tantummodo vetera, unde et nomen sumserunt.* Et hinc praestantiora habebantur αὐτόγραφα, quam ἀπόγραφα, de quibus supra egimus. Plura de Antiquariis dicemus in *Notis* ad Auctorem nostrum. Sic ad libros describendos, literas componendas, rationes conficiendas adhibebant Romani Graecique servos et libertinos, qui librarii, calculatores, notarii, tabularii et actuarii dicebantur, *l.* 7. §. 5. *D. de Oper. libert. L.* 40. *D. de Testam. milit.* Item *ad manum* Gruter. *Inscript. pag.* 584. *n.* 11. et supra allegati. Ita et matronae et feminae clarissimae ancillas habebant librarias, Juvenal. *Sat.* VI. *vs.* 475. *Periit* LIBRARIA *ponunt Cosmetae tunicas,* nisi locus de ancilla *lanipendia* potius sit accipiendus cum Rubenio *Elect.* II. 26. Clarius testimonium de Origene, ancillas librarias alente, exhibet Eusebius, *Histor. Eccl.* VI. *c.* 23. et Gruterus *Inscr. pag.* 594. *num.* 3.

SEXTIA. XANTA.
SCR. LIBRARIA.

Ubi Cl. Graevius contra Reinesium et Fabrettum pro SCR. *servam* legentes, item contra Rubenium, qui lanipendiam intelligit, libros describentem feminam hic intelligi, belle defendit, praeter locum Eusebii, Caenidem quamdam Antonii libertam a manu ex Sueton. *Vespas.* 3. *et* 21. *ac Domit.* 12. adducens. Immo Libertinae conditionis feminas dotem sibi quaesivisse hoc labore constat. Tractu temporis abolito jure servitutis, privati hi scribae conductitii fuere eorumque ars quaestuaria, et tandem fugientibus sensim literis et in coenobiis apud monachos quadantenus

servatis,

ſervatis, idiotis his libros deſcribendi gloria relicta erat, ut hoc pacto pingue otium fallerent, et à femininis penſis filaque ducendi nendique labore, ut moris fuiſſe illis Syneſius narrat, abſtraherentur, adque virilia officia, quibus praeſens inerat lucrum, redirent, Syneſius *in Dione*, *ed. Pariſ. p.* 48. quem locum Brenkmanno debemus. Frequens eſt mentio monachorum qui libros integros deſcripſerunt apud medii aevi ſcriptores, vide Sulpit. Sever. in *Vita S. Martini*, *c.* 7. *Ars ibi exceptis* SCRIPTORIBUS, *nulla habebatur; cui tamen operi minor aetas deputabatur.* Monachis Ciſtercienſibus hoc ſcribendi officium proprium fuiſſe ſcribit Guigo *de Quadripert. offic. Callae c.* 36. hinc novitios monachos adcurate literas pingere docebant, et Caſſiodorus *de Inſtit. divin. ſcript. c.* 30. omnibus monachis ſcribendi induſtriam commendat. Summam huic rei quoque adhibuerunt curam coenobiorum Praefecti et Abbates, undique ſcriptores optimos convocantes, ut adcurate in lucem emitterentur opera deſcribenda. Ipſi ſeniores juvenum ſcripturas examinabant, ruminabantur et corrigebant, Sirmondus *contra P. Aurelium*, et in Aquisgranenſi Concilio *c.* 70. *anni* 789. ſtatutum legimus, ut optimi et neceſſarii libri nonniſi ab adultis et expertiſſimis hominibus deſcriberentur. Denique ne quid deeſſet elegantiae et perfectioni, ipſi ſcribae monachi et Correctores nomina ſua MSCtis plerumque adſcribebant. Sic in Bibliotheca Abatiae Emmerami Ratisbonae in MSCto S. Auguſtini haec leguntur verba: *Hic liber ſcil. tractatus S. Auguſtini in Epiſt. S. Johannis, ego Baturicus, Epiſcopus Francofurtenſis, in remedium animae meae deſcribi curavi, intra ſpatium ſeptem dierum, et die octavo in eodem loco reviſus et correctus, ſeptimo anno epiſcopalis regiminis mei et Anno* MCCC XXIII. *Chriſti nati.* DESCRIPSIT *Ellinkhardus et Dignus et Hildoinus dedit ſyllabarum numeros*, Mabillon. *Supplem. de Re diplomat. lib.* II. *c.* 13. Vides, quam ſollicite, quam diſpoſite cum MSCtis egerint Monachi, unde nec in illos ſemper faba cudenda erit, ſi quid ſenio temporis vel aliorum negligentiae corruptum, in MSCtis occurrat. Aliud ex Chronico Schwarzacenſi apud Ill. P. à Ludewig. *Tom.* II. *Script. rer. Germ. pag.* 8. de Abbate Benedicto I. hic ſubjiciam. *Hic etiam venerabilis inter plura bona quae fecit, monaſterio libros plures fe-*

 cit

cit ſcribere, inter quos Pater Teutgarius ſcripſit Bedam ſuper Marcum, in cujus libro habentur hi verſus:

Alme pater venerande culmen ſummi honoris
Mi domine Benedicte, quaeſo indulge et audi
Teutgarius quamvis ineptus non Chriſti ſacerdos
Languore feſſus nimio detentus hic animo
En opus à vobis commiſſum explere nequivi
Nunc quoque quas potui vires, ſero licet recepi
Placeat ut Tibi volumen rogo, Pater, iſtud
Et ne reputes mea opera edita procul;
Suſcipe comptum opus clemens animoque benigno
Fruere quod ternis in aevo gaudeas oro.

Adde Chronicon Schwarzacenſe apud eumdem Ludewigium *Tom.* II. *pag.* 20. de Altmanno 12. Abbate. Jungam his elegans teſtimonium apud Montfaucon. in *Diar. Ital. pag.* 366. ubi in fine MSCti Polybii haec leguntur: Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον χειρὶ Στεφάνου ἱερομονάχȣ καὶ σκευοφύλακος τȣ̃ τιμίου προδρόμου τῆς ἐυλογημένης πέτρας, μηνὶ Οκτωβρίῳ β^{α} ἰνδ. 10. τȣ̃ ϛ ͵ϡ κε ἔτȣς, *Abſolutus eſt hic liber manu Stephani, ſacri Monachi et Cimeliorum cuſtodis venerandi Prodromi benedictae Petrae menſis Octobris die ſecunda ind.* 10. *anno mundi* 6925. *id eſt Chriſti* 1417. Sic laudi ſibi duxerunt veteres, codices ſua manu deſcripſiſſe inprimis Epiſcopi et monachi, tacite hoc labore Laicis uſum librorum eripientes, literarumque ſtudium ſibi ſolis vindicantes. Apud Labbaeum in *Biblioth. bibl.* haec legiſſe memini: *Anno* DCCLVI. *anno* V. *regnante Pipino Rege, obiit Wicterbius, Epiſcopus et Abbas ſancti Martini. Fuit autem Baugoarius, genere Heilolvingius, Senex et plusquam octogenarius usque ad id tempus ſedebat, propria manu ſcribens libros.* Neque praetereundum hic erit, quod Deo ſacratae puellae ſecundum illud hominum genus, monachos imitatae fuerint. Cl. Reinoldus in *Notis ad Jo. Merceri Conciliat. pag.* 23. teſtatur, in Bibliotheca Sereniſſimi Haſſiae Principis, complures libros, manibus puellarum Deo dicatarum, deſcriptos conſpici. Et ipſe propriis oculis, iter juvenis per Germaniam cum inſtituerem, variis in coenobiis, aptam aeque literis, quam telo colove puellarum manum, ex MSCtis illarum elegantiſſimis deprehendi.

§. XII.

§. XII.

Nec dum dimittamus ſcribas facit errorum cumulus, quem in Codicibus manu exaratis magno cum literarum detrimento reperimus. Operae itaque foret pretium regulas ſeu criteria quaedam critices ſtudioſis propinare, ſecundum quae, vel de aetate et antiquitate, ſeu pretio et utilitate, ſeu de ipſa errorum occaſione, medicam manum veterum obſcuris locis adhibere conantibus, conſtaret. Et ſi quid mea vota valeant, vellem illi, quibus criſeos ſtudium cordi eſt, quibusque Bibliothecarum ſplendidarum patet aditus, ſingularum aetatum MSCta examinarent et hiſtoriam eorum, remque criticam ſpectantia adcuratius enuclearent. Praeiverunt nobis hac in re viri egregii, Mabillon, Montfaucon, Brenckmannus et Clericus in *Arte critica*; ſed immane quantum ſupereſt, facile quod patebit MSCta tractantibus. Nos quaedam tantum, Scribas noſtros tangentia, obiter et aliud agentes hic delibemus, cum paſſim in antecedentibus et in *Notis* plura jam occupaverimus. Obſervemus PRIMUM, Scribas idiotas minus ſaepe peccaſſe, quam mediocriter doctos, qui Codices deſcribendo ſiniſtre et infeliciter pro lubitu omnia corrigentes, ea quae non intellexerunt, magis depravarunt, quam emendarunt. SECUNDO reputandum erit, pleraſque mendas inde fuiſſe ortas, quod ſcriba ea quae non audiret, quaeque cogitaret, ſcriberet, vel perperam audita pro captu ſuo ſcriberet, vide exempla apud Clericum, *P. III. Art. Critic. Sect.* 1. *c.* 8. Adparet inde nec dictitantes culpa vacaſſe, male pronunciantes, vel citius quam par erat, ut ſcriptor verba facile confunderet; vel ſi gloſſemata in margine adnotata ipſi textui insereret dictitans, vel verba gemina ſeu repetita ſemel recitaret, adfines figuras literasque confunderet, vel non adſequeretur, quod iterum exemplis pulchre probavit Clericus, *d. l. c.* 11. *ſeqq.* cui nova ex Jurisprudentia noſtra jungere ſat multa poſſem, ſi hujus loci eſſe putarem. TERTIUM, σφάλματα ſcribentis pleraque ex inſcitia Orthographiae et antiquiorum literarum ductu orta ſunt. QUARTO ex omisſione diſtinctionum, de quibus in capite de *Notis*, egimus. QUINTO ex compendiaria ſcriptura plurima ſcribarum vitia cum eodem Clerico *d. l. c.* 9. *et ſeqq.* repetenda ſunt.

Addamus Clerico praetermiſſa quaedam, SEXTO, mendarum origo à diverſis ſcribis, quibus penſa deſcribenda diſtribuebantur, haurienda. Brenckmannus *lib. I. c.* 3. *Hiſtor. Pand. pag.* 12. Et hoc in aliis grandioribus voluminibus vulgo obtinuiſſe patet ex Codice Bibliothecae Laurentiano-Mediceae, in *quo nomina exprimuntur Abbatis et Monachorum, qui diſtributis penſis deſcriptioni operam dederunt: immo ſingulorum quaternionum primae paginae ſubjectum eſt nomen Monachi deſcribentis*, ſcribit idem Brenckmannus, *lib. II. c.* 5. *p.* 143. SEPTIMO, naevorum cauſa eſt, quod homines peregrinos, linguae Latinae rudes, olim apud Romanos, plerumque Graecos, ad ſcribarum officia admoverint veteres. Sic Juris civilis libros per Graecos ſcribas, et per Longobardos poſtea, cum *Gothi jam inde à Theodoſianis temporibus Latinis, Graecisque conjuncti fuerint* deſcriptos fuiſſe, queritur Ant. Auguſtin. *lib. IV. Emend. c.* 2. et 16. et in *Praefat. ante libros Emendat.* Exempla dedit hujus imperitiae Brenckman. *d. l. pag.* 149. e. g. *explicit libro tertius*, pro liber tertius. Sic in caſibus et temporibus formandis, in geminis nominibus exprimendis, confuſione vocum ſimilium et quibus aſſueti erant, rudes et impolitos fuiſſe cernimus. OCTAVO in titulorum et legum inſcriptionibus plures ſimul ex intervallo rubricas, aut ſingula nomina JCtorum videntur adſcripſiſſe, ſumpto eodem minio, ne toties atramentum cum minio permutare neceſſe eſſet; hinc varia interdum ſupplere obliti fuerunt, cum ſpatia illa, quae vacua relicta erant, vel nimis laxa vel anguſta eſſent, Brenckm. *d. l. pag.* 152. adde Cl. Schultingium ad Pauli *Sentent. V. tit.* 10. *pag.* 500. *a.* et Notas meas *ſupra pag.* 414. NONO, Nimia ſcribarum diligentia in conſervando ſcripturae nitore effecit, ut abhorrerent à ſupplementis ſeu marginalibus, ſeu interlinearibus, ne Codicis adſpectum deformarent, pretiumque ſcripturae redderent vilius. Verbis Praeclari Critici Mureti hic utar *lib. XV. Var. lect. c.* 9. *Solebant*, inquit, *homines imperiti, qui avorum aut proavorum noſtrorum temporibus victum ſibi deſcribendis libris quaeritabant, quae perperam ſcripſerant, non delere; ne libros ſuos multis lituris deformatos, minus vendibiles redderent, iterumque totas paginas deſcribere cogerentur;* SED IIS UT ERANT OMISSIS, CETERA PERSEQUI. *Atqui ea res innumerabilem errorum copiam in omne genus Scriptorum, invexit.* Huic accedat, quod

ſumptui

fumptui parcebant nec emendatoribus feu correctoribus tradebant, ut olim moris erat, defcripta exemplaria, iterum metuentes, per horum lituras Codicem viliorem futurum effe. DECIMA errorum caufa eft, quod errantes fcribae faepe unius fyllabae corrigendae gratia integrum verficulum repeterent, quae repetitiones faepe pofteris impofuerunt cruces; immo fi complura praetermiferant, omnia bis repetere et alieno prorfus loco inferere quam fuperfcriptione interlineari deformare Codicem malebant. Exempla iterum fuppeditabit Brenckm. *d. l. pag.* 154. 155. UNDECIMA mendarum caufa eft ineptia fcribarum, fcripturam intra pofitos terminos continendi, unde alibi vacantis areae caufa giganteae magnitudinis literam in fine verfuum fcripferunt, ait Brenckm. *pag.* 156. vel quasdam extra ordinem dilatarunt, alibi monofyllaba et diphthongos incongrue fecuere, nonnumquam hiatum vel lacunam ineptis quibusdam literis, vel repetitis, nihilque ad rem facientibus, impleverunt. Taceo ineptias eorum in figuris picturisque literarum, de quibus mox. Addamus his DUODECIMAM mendarum caufam ab A. Mureto, *lib. XV. Var. lect. c.* 16. adnotatam, librarios fcilicet, in defcribendo faepe diverfis Codicibus fuiffe ufos, et fi diverfa et contraria in illis invenirent, utrumque pofuiffe, judicio lectoris ruminandum, quod variis exemplis *d. l.* probat Muretus. Accedat his DECIMA TERTIA naevorum caufa, nimirum fcribarum avaritia, qui faepius antiquis membranis pumicatis et quantum fieri poterat abrafis infcripferunt, Stephan. Baluzius, *lib. IV. Mifcellan. pag.* 120. *Illud certe moleftiffimum videbatur, quod libros, quos fecundum ordinem monachorum nuper multo labore confecerant, deponere cogebantur, et ad formam Ciftercienfium revocare. Itaque alios ex ipfis à fundamentis incipiebant, alios* RADEBANT ET DENUO RESCRIBEBANT, *alios ex integro dimittebant, alios paucis immutatis fibi iterum retinebant.* Adde Gregor. Turonenf. *lib. V. c.* 23. et ampl. Z. C. ab Uffenbach *in Bibliothec. MSCtorum tom. II. pag.* 33. Hinc factum eft, ut integrae voces parum caute erafae cum nova fcriptura confunderentur à pofteris, et corruptiffimum fenfum faepe producerent. Sic fteti promiffis, regulas quasdam huic opufculo adjiciendo, fecundum quas incuria vel negligentia Scribarum dijudicari posfet. Addant alii alias, quibus mollius otium et MSCta

ruminandi altior cura. Hoc mihi praecipuum fidei argumentum ſemper fuit viſum ubi in adcuratum ſcribam inciderim, et MSCta tractaverim, quod corrupta apographi loca fideliter deſcripſerint, et hinc non omnem culpam in ſcribas, plurimam ſubinde in correctores vel ipſos auctores conjiciendam eſſe exiſtimo. Confirmavit me in hac ſententia Brenkmannus *d. l. pag.* 144. fuiſſe ſcribas adcuratos et qui omnem erroris occaſionem amputare conati fuere. Sic in corpore Florentino curarunt ſedulo, ne ſpatio membranae vacante et puró, lectori quid deeſſe videretur, adjiciendo ὀυδὲν λείπει *nihil deficit.* Contra ubi revera quaedam deficiunt, tantum ſpatium, nonnumquam integras paginas ſeu columnas de induſtria reliquerunt, quod defectui reſpondeat. Saepe etiam tot punctis ſpatium vacuum implebant, quot literae vocibus à correctoribus ſupplendis, deeſſe videbantur, vel ſi ſpatium laxius relictum eſſet, tot literae ſupervacuae de induſtria adſcitae ſunt et ſtatim expunctae, ne hiatus remaneret. Item ſi vocem aliquam parum intelligerent, vel ſcripturam apographi haud perciperent, duas ejusdem tenoris vel affines uncis incluſas in vacuo ſpatio adpoſuerunt. In ipſis paginarum numeris quam adcurati fuerint, eleganti exemplo docuit idem Brenckmannus, *pag.* 146. ubi librarii admonitio in ſummo paginae erroris emendandi cauſa τοῦτο δὲ τὸ πεντάδιον Oct. ἐστὶν καὶ σαπρῶς ἐῤῥάπται, i. e. *hic quinternio LXXIV. eſt et male aſſutus fuit.* Ulterius in diſtinctione vocum ſingularum eminet diligentia librariorum, et tandem in eo, quod operoſe nimis magnisque ambagibus, ubi erraſſe ſe deprehenderint, ſeipſos emendaverint, et unius vocabuli emendandi cauſa complura repetierint. Neque tamen omnes hae librariorum cautelae efficere potuerunt, quin ſcaterent MSCta mendis verumque eſſet illud παράδοξον quo diligentior et correctior librarius, eo minus correcta eſt ſcriptura: Diligentiſſimi enim ſcribae interdum dormitarunt et correctores fiducia emendationis à ſcriba factae, fugitivo oculo plerumque Codices relegerunt, vel ex ignorantia linguae, et quae plura, ejusdem negligentiae, quam ſcribae, participes ſe fecerunt. Exempla dedit laudatus Brenckmannus, *lib. II. Hiſt. Pand. c.* 6. *pag.* 163. Non ergo faba ſemper in miſeros librarios eſt cudenda, et re penitius inſpecta, pro-

cul ab illis saepe culpa erit, vel in apographa, vel dictitantes, vel in compendiariam scripturam, vel in correctores, et quae plura, conjicienda. Denique nec paucis offendemur maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parum curat natura;

Et scriptor si peccat idem librarius usque
Quamvis admonitus, venia caret?

Horatius *Artis Poët. vs.* 355. Quid? et veteres saepe librarios suos erroris videntur arguisse, quos ipsi commiserant forsan, ut hodie solemus typographorum adcusare incuriam faciliorem ut veniam ab erudito lectore impetremus. Et quid mollius illo Martialis *Lib. II. Epigr.* 8,

Non meus est error nocuit librarius illis.

Quin et leges ipsae erroribus librariorum succurrunt et ipse rigidus aequi bonique sacerdos Scaevola in *L.* 92. *D. de Regul. Jur. Si librarius*, inquit, *in transscribendis stipulationis verbis errasset, nihil nocere quo minus et reus et fidejussor teneatur.* Elègans exemplum huc pertinens, est apud Senecam, *lib.* 1. *Controv. c.* 7. *Ego*, inquit, *dictavi duplam dabo, si manus non praecideritis: librario una syllaba excidit*, non, *et scripsit: si praecideritis.* Alia huc spectantia dedit Fornerius, *lib. III. Rer. quotid. c.* 2. Non autem in *d. l.* 92. per librarios intelligendi sunt librorum scriptores, βιβλιογράφοι, neque librarii argentariorum, ut Faber ad d. l. conjicit, ad *tit. D. de edendo*, seu editionem instrumenti *d. leg.* referens, notatus à Jac. Gothofredo ad *d. l.* 92. Neque Καλλιγράφους, qui exceptoribus, seu Ταχιγράφοις opponuntur, hic intelligit Scaevola; verum illum exceptorem, qui alias *libellio* dicitur Varroni et Papinio, quemque hodie *Notarium*, ut recte Glossa, Ταβουλάριον, tabellionem, dicimus Jac. Gothofred. ad *d. l.* qui et *l.* 8. §. 5. *D. de Poenis* huc retulit: *Solet et ita interdici ne instrumenta omnino forment, neve* LIBELLOS CONCIPIANT, *vel testationes consignent.* Hi tabelliones in *d. l.* §. 4. etiam *pragmatici* dicuntur: *solet autem vel Juris studiosis, interdici vel Advocatis*, vel TABELLIONIBUS SIVE PRAGMATICIS. Sed uberius paulo

haec explicare è re nostra erit. Tabelliones itaque instrumenta conficiebant, libellorum formulas et sollemnia dictitabant, et jus quod ex usu et tritura fori didicerant, tradebant. Hoc hominum genus apud Graecos dicebatur δικανικοὶ et πραγματικοὶ apud quos celeberrimi Oratores pro litigatoribus orationes conscribebant, quaestum hunc esse uberrimum à Pragmaticis illis tenuioribus, idem agentibus, edocti, Cicero, *lib. I. de Orat. c.* 45. *Itaque ut apud Graecos infimi homines, mercedula adducti, ministros se praebent in judiciis oratoribus, qui apud illos πραγματικοὶ vocantur.* Quinctil. *lib. III. c.* 6. Juris non scripti et morum, seu consuetudinum forensium illos fecit interpretes, ut hodie fere nostri Notarii, seu Procuratores et *lib.* 2. *c.* 15. eo inprimis adlaborasse scribit Oratores illos Λογογράφους, seu Λογοποιοὺς ut fallerent et laterent; *nam et, Socrates*, inquit, *d. c.* 15. *inhonestam sibi credidit orationem, quam ei Lysias reo composuerat; et tum maxime scribere litigatoribus, quae illi pro se ipsi dicerent, erat moris. Atque ita juri, quod non licebat pro altero agere, fraus adhibebatur.* Antiphontem autem hujus artificii principem et imitatorem fuisse ex Plutarcho in ejus vita docuit Desid. Heraldus *ad Jus Attic. lib. VI. c.* 10. §. 5. in *sequ.* varia eleganter de hoc Oratorum et Pragmaticorum quaestu ex Graeca antiquitate explicans. Recte etiam illos Λογογράφους in numero pragmaticorum censeri putat Heraldus, *d. l.* §. 8. quique vel gratis amicis aderant, vel pretio ad hoc conducti erant. Hi itaque δικανικοὶ, quorum fit frequens mentio apud Lucianum et Aristophanem Platonem aliosque, iidem fuerunt, qui postea Pragmatici, quos Latium tabelliones vocavit, qui tunc temporis nondum erant publicae personae, et quorum munus tandem publica auctoritate fuit corroboratum, Suidas Ταβελλίων, ὁ τὰ τῆς πολέως γράφων συμβόλεια, ὁ παρὰ τοῖς ἄλλοις νομικὸς καλούμενος, ἅπαντα ἐπιτελῶν τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα, ἕκαστον αὐτῶν οἰκείοις ἐπισφραγίζων γράμμασι. *Tabellio, qui civitatis contractus, tabulasque scribit, qui vulgo dicitur* νομικός, *id est, legum peritus et Jurisconsultus, qui civium omnes tabulas conficit earum unamquamque suis literis obsignans. Civitatis scriba,* addit

addit interpres Latinus, falſo: toto enim coelo differt hic à Tabellione, etſi hi poſtea perſonae publicae facti fuerunt. Adcurate vero obſervavit Heraldus *d. l.* §. 12. Suidam ex plurimis locis male ab eo acceptis, quorum praecipuus eſt apud Procopium in *Arcan. hiſtor.* de Priſco Emiſeno, inſigni falſario, de quo nos ſupra, hanc tabellionis hiſtoriam conſarcinaſſe, idque quod de uno dictum eſt, ad omnes tabelliones tranſtuliſſe. Juris vero peritia quam in illis requirit Suidas, tractu demum temporis, cum munus eorum fieret publicum, ab illis exigi coepit, unde et paſſim cum Jurisperitis confunduntur. Haec cum non animadverteret Salmaſius, *cap. ult. Obſerv. Jur. Attic. et Rom. pag. m.* 819. in Tribunianum debacchatur, quod ex ingenio ſuo *d.* §. 4. *l.* 9. Tabelliones inſeruerit, idemque his tribuerit, quod pragmaticis olim fuit proprium. Hinc medicam manum textui putat eſſe adhibendam, ſic diſtinguendo *l.* 9. §. 4. *Solent autem ita vel Juris ſtudioſis interdici vel Advocatis.* Mox incipit novum *paragraphum* 5. *Tabellionibus vel pragmaticis ſolet et ita interdici, ne inſtrumenta omnino forment.* Verum non opus eſſe Salmaſii criſi, oſtendit jam laudatus Heraldus: etſi enim et Jurisperiti idem facerent quod pragmatici, magiſtratibus tamen non adſidebant nec de Jure reſpondebant, quod proprium erat JCtorum. Satis itaque clara eſt differentia pragmaticos inter et Juris ſtudioſos, ceu hoc loco vocantur, etſi ſubinde hi cum tabellionibus propter cognationem, rationemque officiorum confunduntur. Docere autem debuiſſent duumviri illi, quo tempore coeperint tabelliones fieri perſonae publicae: et num Ulpiani aetate pragmatici hac denominatione jam fuerint inſigniti: hinc enim patuiſſet, num ipſe Ulpianus addidiſſet: *vel tabellionibus*, qui forſan ſimpliciter dixit: *ſive pragmaticis.* De ritu creandi tabelliones et inveſtitura eorum et ceremoniis, ab illis qui in creatione Doctorum adhibentur, haud diſſimilibus, adeas Cujacium ad *L.* 1. *C. de Decurion.* et Mabillon *de Re dipplomat.* Tabelliones cum penna et calamario inveſtitos fuiſſe, probat Du Freſne in Gloſſario voce *inveſtitura*, ex Rollandio in *Summa Notariae c.* 5. et Conſtitutione Ruperti Imperat. Anno 1401. apud Goldaſtum, *Tom. I. pag.* 382. Hi itaque ſcribae in *d. l.* 29. intelliguntur, qui in transſcribendis, i. e. non ex exemplo, apographo, ſed in formando inſtrumento vitium praepoſterationis

ſterationis admiſerunt ſcripturae et ſtipulationum ordinem haud ſervantes. Hinc non pertinet *d. l.* ad ſimulata inſtrumenta, de quo *tit. Cod. Plus valere quod agit. quam quod ſimulatc concip.* neque ad falſum teſtamentum aliave inſtrumenta falſa, neque ad nudum errorem omiſſionis vel latinitatis, de quibus aliis in titulis Juris agitur, ſed ad errores circa verba ſtipulationis à librario admiſſos, ſeu *praepoſteri reprehenſionem*, ut vocat Julianus. Exceptiones à regula dabit Jac. Gothofred. ad *d. l.* 92. Ceterum injuſte plerumque librarios erroris accuſari diximus ſupra, adde Balduin. in *proem. Inſtitut.* Val. Guil. Forſterum, *lib.* I. *Obſerv. c.* 13. *et* 25. Balduin. *in Jurispr. Muciana pag. m.* 160. *et* 289. Cl. Wieling *Lection. Jur. lib. II. c.* XI. §. 4. et alibi.

§. XIII.

De poenis quoque ſcribarum ſingularibus verbo monendum erit, inprimis qui ſecundum leges violati contractus vel commiſſi criminis regulariter puniuntur, qua de re Langlaeus *lib.* I. *Semeſtr. c.* 2. *pag.* 36. ubi de falſo in ſcriptura. Sic in crimen peculatus incidunt, qui delent aut immutant aliquid in tabulis publicis *L.* 8. *D. ad L. Jul. pecul.* vel qui ſine Superioris licentia rerum publiblicarum copiam faciunt ad inſtrumenta publica inſpicienda vel deſcribenda *L.* 9. §. 5. *D. ad L. Jul. pecul.* Lege Julia de reſiduis tenetur ille, qui in tabulas publicas minorem numerum, quam ex aliqua venditione ſeu locatione rerum publicarum extraxit, ut reſiduum in uſum proprium convertat, *l.* 19. *D. ad L. Jul. peculatus.* Sic qui falſa teſtamenta dolo malo ſcribebant, ſupponebant, ex Lege *Cornel. de Falſ.* puniebantur, et quae plura huc non pertinentia. Fuerunt nihilominus, qui ſingularia poenarum genera exempli cauſa ſtatuerent in ſcribas. Exemplum praebet Aelius Lampridius *in Alexandro Severo c.* 28. *Eum notarium*, dicit, *qui falſum cauſae brevem in conſilio imperatorio retuliſſet*, INCISIS DIGITORUM NERVIS, *ita ut nunquam poſſet ſcribere, deportavit.* Sic qua parte corporis peccaverat nequam, eadem et puniri voluit eum Alexander Severus, more ab antiquis repetito, ceu interpres Cl. Caſaubonus ex Cujacio, *lib. VII. Obſ. c.* 13. addit. Sic et libros haereticos deſcribentes amputatione manuum

um puniri ex *Nov.* 42. *c.* 1. §. 2. difcimus: *Et quemadmodum non licet Neſtoris libros aut* SCRIBERE *aut poſſidere* (*quia anterioribus Imperatoribus ſimilia in illorum Conſtitutionibus conſtituere placuit, quae à Porphyrio contra Chriſtianos dicta ſunt*) *ita nec ea quae à Severo dicta vel ſcripta ſunt, apud quemcunque Chriſtianum maneant, ſed profana ſint et à Catholica Eccleſia aliena, et igne comburantur à poſſeſſoribus, niſi qui ea habent in periculo velint eſſe. Nemo etiam in poſterum* NEC QUI ELEGANTER, NEC QUI VELOCITER SCRIBUNT, NEC ALIUS QUISQUAM EOS SCRIBAT, SCIENS QUOD AMPUTATIO MANUS POENA ILLORUM, QUI ILLOS SCRIBUNT SIT FUTURA. Adde Gretferum de *More et Jure proh. libros malos, pag. 66. ſequ.* Et falfariis manus apud Aegyptios amputari, docuit Nicolaus de *Synedriis Aegyptior. pag.* 157. *et* 171. Notabilem quoque poenam ftatuit Auguftus Thallo, Sueton. Aug. c. 67. *Thallo à manu, quod pro epiſtola prodita denarios quingentos accepiſſet crura effregit.* At domefticus hic erat fcriba libertus, non publicus. Singularis autem pœna tabellionum in *l.* 9. §. 5. *D. de Pœn.* occurrit, fcil. interdictio fori. *Solet et ita interdici* (tabellionibus five pragmaticis,) inquit Ulpianus, *d. l. ne inſtrumenta forment, neve libellos concipiant, vel teſtationes conſignent.* Et mox §. 6. *Solent et ſic ne eo loci ſedeant, quo in publico inſtrumenta deponuntur, archio forte vel grammatophylacio.* Et iterum §. 7. *Solet et ſic, ut teſtamenta ne ordinent, vel ſcribant vel ſignent.* Tabellionum vero haec fuiffe, diximus fupra, vid. *l.* 2. *C. de Error. advoc. Errores eorum, qui deſideria, id eſt, preces ſcribunt, veritati praejudicium adferre non poſſe*, quod et ex ipfo §. 6. plenius adparet, ubi archium notat Archivum vide Jo. Goth. Richter *Diſſert. de tabulariis Roman.* Lipfiae nuper ventilatam. Sic Advocatum decem annis ordine Decuriorum motum fcribit Papinianus in *L.* 13. §. 1. *D. de Lege Corn. de Falſis, qui falſum inſtrumentum cognoſcente praeſide recitavit.* Fiebat illa interdictio, vel in perpetuum, vel ad tempus, vel annis, vel tempore, quo provinciam regunt. Clara funt verba *d. l.* 9. §. 1. *de Poenis*, neque emendatione indigere videntur. Varii tamen varie *d.* §. explicarunt, vide Elbert. Leoninum, *lib. VI. Emend. c.* 8. Cl. van de Water *lib. II. Obſ. c* 4. Cl. Voorda *Interpret. c.* 32. *metiundum* legentem, et qui leviffima emendatione, punctum poft verba;

verba: *ad tempus* ponendo, textum emendat V. Cl. Abraham Wieling, *lib. II. lect. Jur. civil. c.* 10. §. 11. Forsan post voces: *in perpetuum*, punctum ponendum, et particula *vel*, pro id est, qui particulae significatus valde fuit usitatus JCtis, Strauchius in *Lexico Partic. pag.* 269. *n.* 5. erit explicanda. Plana sic omnia, inprimis si *d. pr. legis* 9. jungamus *L.* 8. *D. de Postulando*, ubi in quinquennium, certis ergo annis, et *L.* 13. §. 1. *D. de Leg. Cornel. de Falsis*, ubi in decennium foro interdictum Advocato legimus. Illustrant textus allegati, verba Ulpiani: *annis metiuntur*, nec frustra illum addidisse sequentia: *vel etiam tempore quo provinciam regunt*, produnt. Praesides enim regulariter per triennium Provinciam regebant. Originem vero interdictionis ex moribus repetendum esse Ulpianus tradit, *Moris est* dicens, neque cognitum fuisse antiquis videtur hoc poenae genus, propter diversam Patronorum conditionem, gratis qui aderant olim clientibus. Postea ad tabelliones quoque, idem quod Patroni fere agentes in foro, haec poena fuit adplicata, minime tamen ad alios Scribas publicos, qui sine dubio secundum legem violati à se contractus, vel criminis perpetrati fuerunt puniti. Ulpianus in *d. l.* 9. causas interdicti fori non allegat; sequentes ego cum Viro quodam consult. in disp. *inaug.* olim communicavi, in quas meae quia sunt, dominas injicere manus, immo et novas addere, mihi erit integrum. Fiebat (1) ob crimen repetundarum, Plinius *lib. V. ep.* 14. quod tamen absolute non fuit verum, neque ordinaria hujus criminis poena, ut conjicit Brummer. ad *L. Cinc. c.* 6. *in fine.* (2) Ob pactum de quota litis, Interpretes ad *L.* 1. §. 12. *D. de Extraord. cogn. et L.* 1. *C. de Postul.* (3) Ob convitia, Symmach. *lib. V. epist.* 39. *et IX. ep.* 28. (4) ob falsum instrumentum, *L.* 13. §. 1. *D. ad L. Cornel. de Fals.* (5) Si quis Advocati et Adsessoris officio simul functus fuerit, contra *leg.* 14. *C. de Adsessorib. et domest. et cancell.* ubi §. 2. *si quis etenim in tali commisso fuerit inventus, sciat se de matriculis Advocatorum penitus esse delendum.* Hodie ob quamcunque fraudem et violatas leges, initio muneris suscepti sibi praescriptas, Cl. Lyser *Medit. ad D. spec.* 51. §. 2. Exempla in foris nostris obtigisse, passim legere datur. Hae causae etsi non omnes, pleraeque tamen et tabelliones illos tangunt, unde breviter omnes adscripsisse hic juvabit. Neque inhumanae dici possunt hae poenae, si fraudes et fastum scribarum, quem passim hoc in opusculo tetigimus, reputemus.

reputemus. Docebit hoc vel ſolus Ulpianus in *L.* 3. §. 15. *de Suſpect. tutor. Hinc ergo non quaſi ſuſpectus removebitur, ſed remittetur puniendus ea poena, qua ſolent adfici qui tutelam*, CORRUPTIS MINISTERIIS PRAETORIS REDEMERUNT, ubi per miniſteria Praetoris omnino intelligendi ſunt ſcribae Praetoris: nec enim audiendi erunt, qui *miniſterium* contra expreſſa verba legunt. Vocatur autem ejusmodi Praetorius ſcriba in Nov. *Juſtin.* 94. *Clariſſimus* cui incumbebat rerum aeſtimatio et ſubſtantiae pupillaris taxatio, in qua ſi vitium commiſiſſet negligentia, actio in factum ad intereſſe adverſus illum dabatur, ſi dolo quaedam occultaſſet, actio de dolo contra illum inſtituebatur, *L. ult. C. de Magiſtr. conveniend:* ubi Zeno Imp. *ſed in aeſtimanda adultae ſubſtantia, qui tanquam non amplius ducentis libris auri patrimonium valeret, fidejuſſorem acceperat interceſſiſſe; in quo caſu non curatoris ratio erit reprehendenda, ſi qua laeſio rebus minoris illata fuiſſe adverſus legum ordinem comprobetur, ſed ſuper negligentia vel dolo* SCRIBAE, *qui veram ſubſtantiae taxationem paſſus eſt occultari, legibus erit agendum.* Poſſet vel hinc depromi argumentum honoratiſſimum fuiſſe munus ſcribae publici, veluti Praetoris vel Praeſidis, cui nominatim cura rerum earum, quae ad minores xxv. annis pertinent, injuncta dicitur, in *d. Nov.* 94. et qui clariſſimus, ibi ut ipſe Praetor *d. l.* audit. Evidentius ex Novell. Conſtantini Porphyrogenneti περὶ συννηθείων τοῦ σκρίβα his verbis probat JCtorum ocellus, Cujacius *lib. XVI. Obſ. c.* 14. ubi dicitur non eſſe: Τέλειος δικαστὴς, ἀλλὰ (ὥς φασὶ) καὶ τῶν θεματικῶν κριτῶν καὶ αὐτῶν τῶν ἀντιγραφέων ὑποβέβηκε, καὶ σχεδὸν ἡ πᾶσα φροντὶς τῶν ἀφηλίκων, καὶ περὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν κίνδυνος ἐκ μεγάλης ἀμελείας εἰς αὐτὸν ἐφορᾷ. Quae ita poſſes vertere: *Juſtus ſeu perfectus judex, ſed (ut dicunt) Primarios judices et ipſos contrarotularios antecelluit et prope omnis cura adultorum et circa negotia ipſorum periculum ex magna negligentia in ipſum reſpicit.* Habes, lector Erudite, obſervationes meas, quales quales de Scribarum origine, honore, muneris progreſſu, eorumque jure. Arduam eſſe materiam, tractatu difficilem et à nemine hactenus pro dignitate excuſſam, ſed obiter et per tranſennam hinc inde tactam, inveſtigando invenies ipſe. Prompta igitur, ho-

minem

minem si te esse memineris, erit venia, si quando erraverim, vel justo obscurior, in illis quae clara mihi videntur, vel amplius, quod abominor, de facultatibus meis, quam in his est sentire, si tibi visus fuerim. Humane etiam et amice, ut decet viros bonos et eruditos, quorum mores emollire debent literae, dissensum tuum mecum communices, quem nec stolide repugnantem nec perfracte sua defendentem, sed discendi cupidum, ad rei rei literariae commodum promovendum mascule laborantem, et ad meliora producenda quovis pignore te provocantem, experieris. De hodierna Secretariorum et Scribarum conditione quaedam hic adjicere animus erat; sed urgent amici editionem, aurem vellicat librarius, memor essem nundinarum, quas aliquoties, libero qui utor stylo, nec librariorum legibus adstricto, nec nummario pretio unquam dehonestando, sine spe lucri transire passus fuerim. Interim cavendum, ne in errorem nos ducat praeclarus Casaubonus in *Not. Vopisci pag.* 253. *n.* 11. Secretarios quos hodie vocamus apud Romanos vile fuisse munus, scribens. Sed fefellit forsan virum eruditissimum variarum appellationum, quibus scribae olim insigniebantur, sonus, unde et in *Notis* ad ipsum Auctorem, de singulis paulo plenius agere constitui. Dicebantur autem apud sequioris aevi Principes aliquando Quaestores, aliquando Referendarii, Tribuni notariorum, Notarii, Magistri scriniorum, Scriniarii, Exceptores principum, Primi à secretis, Cassiodor. *lib. VI. Var. in formul. Notariat.* Vopiscus in *Aurelian.* Juretus ad *lib. V. epist.* 37. *Symmachi L.* 1. *D. de Quaestor: l.* 32. *C. de Appellat. l.* 1. *et* 2. *C. de Mand. Princ. L.* 7. *C. de Diversf. rescript. l.* 12. *C. de Excusat. mun. Tot. tit. de Prox. sacr. scrin. l.* 1 *et* 2. C. *de Primic. Nov.* 17. 113. *et* 124. Refellit Casaubonum ipse Imp. in *l. unic. C. de Magistr. sacr. scrin. verb. quia nostrae quodammodo adsidere majestati videntur.* Tempore autem Caroli M. uno vocabulo *Asecreta* dicebantur, ut patet ex libro, qui illi tribuitur, de *Cultu imagin. lib. IV. c.* 9. et Hincmaro *ep. III. c.* 6. observante la Cerda in *Adversar. c.* 126. *num.* 8. Fuerunt et hoc imitati Episcopi et Pontifices, alia nomina, ut solebant, scribis suis imponentes, ut à Politico regimine distinguerent Hierarchiam. Addam loca non ubivis obvia, et à Bernardo Medonio, qui et Marani opera, brevi comite praefatione mea in publicum

cum proditura, edidit, in *Explicat. Offic. ſanctae ac Magnae eccleſ.* primum publicata *pag.* 314. poſt *Codini Antiquit. Conſtantinop. edit. Pariſ.* 1655. Ὁ Πρωτονοτάριος ἱστήκει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ ἀρχιερέως, καὶ κρατῶν τὸ καλαμάριον αὐτοῦ παρίσταται ἔμπροσθεν τοῦ ἀρχιερέως καὶ γράφει ὁ τοιοῦτος εἴ τις χρεία ἐστίν. ἀναθεωρεῖ καὶ τοὺς νομικοὺς, γράφει καὶ διατάξεις, καὶ ἐλευθερίας, καὶ προστάγματα, καὶ τὰ τούτων ὅμοια. *Protonotarius ſtat in eccleſia ut miniſtret Patriarchae; tenensque calamarium ſuum erectus ſtat, et ad ſcribendum promptus eſt, ſi ita neceſſitas poſtulet. Obſervat etiam Juriſconſultos, ſcriptoque conſtitutiones, ordinationes, manumiſſiones & alia his non abſimilia, mandat.* Et mox de Commentarienſi: Ὁ Ὑπομνηματογράφων καθεζόμενος εἰς τὸ ψῆφος τῶν ἐπισκόπων, καὶ γράφει εἴ τι τὸν ὁρίσωσιν οἱ ἀρχιερεῖς. ἐστὶ δὲ οἰκέτης τῆς δευτέρας πεντάδος. *Commentarienſis adſidet ut ſuffragia annotet, quae in ſuſceptione Epiſcoporum emittuntur, et quae decernunt Archiepiſcopi ipſe ſcribit: praeter hoc tamen munus, eſt etiam miniſter Quinarii ſecundi.* Ceterum quoad originem Secretariorum diſſentio à Cl. Schiltero de *Secretar. c.* 2. exinde illam repetente, quod judicis dignitas magis ſplendeſcat, et 2. ut de fide inſtrumentorum tutiores ſint litigantes, qua in re habet adſentientem Cl. Lyſerum *Medit. ad D. Spec.* 561. At non ad ſplendorem praeſto eſt Scabinis Secretarius, ſed ad uſum ſcripturae. Et Secretarius poteſt eſſe falſarius, aliter legens aliter ſcribens, quid ſi in duobus Scabinis fraus timeretur, poſſet vel tertius adhiberi. Magis eſt dicamus, ideo Secretarium adhiberi, ne judex meditabundus turbetur, et juri et litigantibus intentus, utrumque perficere feſtinando, neutrum bene perficiat. Labi etiam in hoc videtur Cl. Lyſer, perſonam judicum principalem conſtituens Secretarium, cum hic ſane judicium non conſtituat, ſed ad perfectionem ejus aliquid tantum conferat, miniſter magiſtratus honoratior, nullo ſuffragii jure ornatus, et cui obſequii et ſilentii gloria unice eſt relicta. Jam filum Auctoris noſtri perſequemur, ſingula ſcribarum nomina examinaturi.

Actuarii, qui acta scribebant. *Abbreviatores*, majo-

Abbreviatores. Ita dicebantur seculo VI. Notarii, vel quod brevia seu breves scripserunt, acta scil. Du Fresne in *Glossar. Latinit. hac voce;* vel quod abbreviaturas, ut ajunt, in scribendo adhibuerunt, ceu Gothofredus conjicit ad *Novel. de Consulibus, not. i.* et Salmuth. ad *Panciroll. P.* II. *pag.* 266. De Abbreviatorum munere honorifico in aula Romana, plura videsis *in Opusc. de Scribis, c. ult.* §. 7. *pag.* 480. et de brevibus, in *Notis ad Auct. supra pag.* 368.

Actuarii. Suaves sunt, qui ab activitate, seu agilitate barbare hanc vocem derivant. De actis ipsis late egimus, supra *pag.* 345. Proprie erant, qui compendiosis notis et minutis signis scripturam excipiebant, Sueton. in *Jul. Caesar. c.* 55. *quam non immerito Augustus existimat magis ab* ACTUARIIS *exceptam, male subsequentibus verba dicentis.* Lipsius *Epist. ad Belg. I.* 27. Erant et Actuarii, qui rationes tractabant et pittacia authentica palatinorum et numerorum comitatensium, *L.* 5. *C. de Erog. milit. annon. L.* I. *C. de Offic. Praef. Afric.*

Ab Actis. Differunt *ab Actuariis* hi scribae sedentarii, qui judicis sententias in judicio notis excipiebant, *ab actis*, Graece Ἀβάκτις. De his elegans est locus Philonis Judaei in Flaccum, de Lampone ab actis Praesidis, conquerentis: γραμματοκόφωνες, φιλοπράγμονες, κακῶν εὑρεταὶ, ταραξιπόλιδες. *Lampones scribae sedentarii, inventores curiosi rerum malarum, civitatis perturbatores.* Et quae plura de eodem ex Philone adduxit J. Gutherius de *Offic. dom. Aug. II. c.* 13. *p.* 393. Adde Du Cange *in Glossariis*. Cave vero his adnumeres illos, qui *ab Actis Senatus* dicuntur in Inscriptionibus apud Gruter. *pag.* 389. *num.* 6. *pag.* 446. *num.* 3. *pag.* 457. *num.* 2. et *pag.* 458. *num.* 6. quas si inspicias omnes, illustri dignitate functos fuisse, animadvertes. Et nisi me omnia fallant, referendae erunt inscriptiones hae ad Senatores ipsos, qui ad SCta tacita scribenda eligebantur, de quibus in Opusc. de Scribis, *c. ult.* §. 4. *pag.* 466. et in *Notis ad Auctor.*

Actor.

majoris et minoris Parci; quorum primi diplo-
Kk 2 mata

Actor. Servus erat in familia, domini censum, substantiae modum et calendaria curans. Theophilo in *Paraphrasi Inst.* vocatur διοικοιτὴς πάσης ȣσίας, *L.* 37. *D. de Leg. I.* Hos *columen familiae* dixit Terentius *Phorm. Act.* II. *Sc.* I. Aelius Donatus *majores domus* ad *d. l.* Paulus JCtus in *L. ult. D. de Offic. Praesid.* gravius in illum animadvertendum esse statuit, qui actorem corrupisset, quod rationes domini posset adulterare et intercidere. Et Theodoricus pretium occisi Actoris centum solidis aestimat apud Papinianum *tit.* 4. Honoratior erat ejus conditio quam dispensatoris, etsi in multis ejusdem functionis cum dispensatore fuerit, *L.* 51. *D. de Solution. Dispensatori, qui ignorante debitore remotus* AB ACTU, *recte solvitur.* Ex *L.* 40. *D. de Statu homin.* discimus, Actores etiam habuisse adjutores. Huc pertinent etiam actores praediorum rusticorum, qualis occurrit apud Paulum *lib. III. Sentent. tit.* 17. §. 48. quem Varro *lib. III. c.* 2. *n.* 14. *de Re Rustica, scribam librarium* vocat; *Ex quibus rebus, scriba librarius libertus ejus, qui apparuit Varroni, & me, absente Patrono, hospitio accipiebat, in annos singulos plus quinquagena millia capere dicebat.* Videtur tamen hic librarius differre ab actore, qui servus erat et in familia rustica scriptoribus adnumerabatur, quia 1.) *libertus* dicitur, 2.) apparuisse Varroni, 3.) et absente patrono hospitio accepisse Merulam. *Actor*, inquit Popma de *Instrum. fundi c.* II. *in familia rustica acceptorum expensorumque actum administrat; cibaria familiae distribuit.* Eumdem pariter Columella *lib.* I. *c.* 7. *num.* 7. *et c.* 8. *num.* 5. *de Re rustica actorem* vocat, quod magis me confirmat, alium intelligere Varronem, per *scribam librarium. Actor villae*, pro procuratore accipitur apud Ansegisum, *lib. IV. Capital. c.* 41. *v.* 9. ait Barthius, *lib.* XXXVI. *Advers. c.* 16. Minime etiam cum scribis his privatis Actores rerum pupillarium sunt confundendi, qui liberi homines erant et praetoris decreto constituebantur. Theophilus §. 6. *Inst. de Curat.* ὃς ἄκτωρ διὰ τȣ̃το προσαγορέυεται, quia per acta constituitur, ἐπειδὴ διὰ τῆς πράξεως τῶν ὑπομνημάτων χειροτονεῖται·

mata signant; Alii pecuniam pro signandis accipiunt.

τονεῖται· *qui ideo actor vocatur, quia per acta constituitur.* Glossae Basilicorum, ἄκτωρ προκουράτωρ. Gregor. Turonensis *lib. IX. c.* 38. *apud quem actu agere*, est judicio experiri. Et huc forsan refer inscriptiones apud Gruterum, *pag.* 345. *n.* 3. et *pag.* 346. *n.* 2. ubi *Filetus actor*, item *pag.* 622. *n.* 8. et *pag.* 822. *n.* 7. ubi *Restitutus actor ali* occurrunt, qui dubio procul liberi homines fuere, saltem liberti. Neque iterum confundendus est actor hic cum Scriba clarissimo, qui inventarium rerum pupillarium conficiebat, et cautionem exigebat, *Novel.* 94. et nos in Opusculo de *Scribis*, *c. ult.* §. 13. *pag.* 511.

A Cancellis. Qui postea Cancellarius, Salmasius in *Vopisci Carin. c.* 16.

A Codicillis. Qui epistolas scribebant, Sponius *Miscell. erud. antiqu. pag.* 207.

A cognitionibus. Seu recognitor, Graecis ἀντιγραφεὺς, hodie Controlleur, Spon. *Misc. erud. antiqu. p.* 207.

A Commentariis. Idem est, qui scriba librarius, seu qui commentariis et libris memorialibus praeest, Asconius et Budaeus Commentariensem vocant. Inscriptionem, vide apud Sponium in *Miscellan. erudit. antiqu. pag.* 209. Graeci ὑπογραμματεῖς, Latini simpliciter *librarios* vocant. A variis functionibus suis varia accipiebant nomina. Erantque à commentariis *fisci*, Reines. *Cl. IX. Inscr.* 33. *XV. virorum.* Panvin. de *Imp Roman. c.* 42. *equorum*, Idem de *Lud. Circens. I.* 15. demum et *vehiculorum*, Bergier. de *Viis milit. lib. IV. c.* 4. 6.

A diplomatibus. Qui diplomata Principum scribebant, Sponius *d. l. p.* 209. Item codicillos, ad iter publicum equis publicis faciendum, Reinesius *Cl.* VI. *Inscr. n.* 13.

Ab epistolis. Qui epistolas scribebant, Sueton. *Claud. c.* 28. Sponius, *d. l. pag.* 205. Spartian. in *Adriano c.* 22. qui Hadrianum primum equites huic muneri praefecisse scribit, quo postea JCti functi fuere. Lamprid. in *Alex. Severo*, *c.* 31. qui magistri epistolarum, libellorum audiebant.

A *libel-*

piunt. Octavianus Vestrius Introductione in aulam Roman.

A libellis. Est magister libellorum à supplicibus oblatorum, seu qui libellos scribebant, recitabant, Sueton. *Nerone*, c. 49. ad quod officium Adrianus primum equites Romanos adhibuit, perhibente Spartiano in *Adriano c.* 22. Hi etiam *Scriniarii à libellis* dicuntur, Salmasius ad *d. l.* Lamprid. in *Alex. Sever. c.* 31. *Post meridianas horas subscriptioni et lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab* EPISTOLIS *et* LIBELLIS *et* A MEMORIA *semper assisterent, nonnumquam etiam si stare per valetudinem non possent, sederent, relegentibus cuncta* LIBRARIIS *et iis qui scrinium gerebant.* Distincta itaque fuisse munera eorum, qui ab epistolis, libellis, memoria, item librariorum, et denique eorum, qui scrinia regebant, quales plerumque erant JCti, ex hoc loco adparet.

A libris Pontificum. Qui libros Pontificum in mundum redigebant compingebantque. Gutherius de *Veter. jur. Pontif. c.* 13. Haec denominatio vero illos potissimum spectat, qui Pontifici Maximo ad hoc negotium inserviebant.

A manu. Idem Sponius *d. l. pag.* 210. Videsis Opusc. *de Scribis, c. ult.* §. 6. *pag.* 472. Pitiscus ad *Jul. Caesar. c.* 74. *n.* 5.

A memoria, seu *memorialis.* Erat qui statim adnotabat ea, quae Principi forsan in mentem venerant, Lampridius *d. l.* vel responsa Principis ad libellos supplices excipiebat. Aliud munus fuisse videtur *ad memoriam dictare*, qui memoriae dictator erat, qualis fuit Junius Calphurnius, Flav. Vopiscus in *Caro c.* 8. ibique late Salmasius *in not.* Neque τὸ *dictare* Glossema spirat, ut conjicit Pitiscus in *Lexico*: aliud enim est à memoria esse, aliud magistrum memoriae esse, seu dictatorem. Herodianus, *lib. IV. c.* 14. τῆς δὲ βασιλείου μνήμης προεστὼς quod Politianus recte vertit: *à memoria.* Reines. *Cl. VI. Inscr. n.* 13. et quae supra jam occupavimus.

A rationibus. Ratiocinator erat, qui in familia rationes componebat, Sueton. *Claud. c.* 28. *Ante omnes Pallantem à rationibus.* Spon. *Miſcell. erud. ant. pag.* 210. Et hic eſt forſan, quem Modeſtinus in *L.* 15. §. 5. *D. de Excuſation. calculatorem* vocat. Unde vocem graecam *diapſephiſta* recte verterunt *ratiocinator.*

Ab ephemeride. Qui acta diurna ſcribebat, qualis fuit Theoprepon, Alexandri Aug. libertus, et vetus inſcriptio alibi adlata, *Pignor. de Serv. pag.* 216. De ipſis ephemeridibus et quomodo differant à commentariis, vide ſupra *pag.* 388. adde Daviſium ad *Fragm. Jul. Caeſar. p.* 999. ed. Cl. Oudendorpii.

A ſecretis. Qui Principis ſecreta cuſtodiebant, vel ex ore Principis dicta, conſilia, diplomata, et quae plura excipiunt, Guther. de *Offic. dom. Aug. lib.* III. *c.* 9. Vopiſcus in *Aureliano, c.* 36. *Notarium ſecretorum* vocat. Videſis *Opuſcul. de Scribis* in ſin. et infra, voce *Secretarius.*

Ἀγοραῖοι. Horum ἀγοραίων fuit, ἀγοραῖα ſeu forenſia et publica inſtrumenta conſcribere, Gloſſ. lat. graec. apud Freſne in *Gloſſ. gr. voce* νομικός, et Ἀγοραῖα. Cujacius *Expoſit. Nov.* 44.

Amanuenſes. Iidem erant, qui à manu eſſe dicebantur, Sciopp. *Judic. de Stylo hiſtor. pag.* 60. aeneam ſcriptorum aetatem hanc vocem inveniſſe ſcribit. Suetonius vero ea utitur in *Neron. c.* 44. *ne Amanuenſibus quidem exceptis,* et in *Tito c.* 3. *cum amanuenſibus per luſum jocumque certantem.* Heraldus *lib.* VII. *ad Jus Attic. c.* 14. inter librarios et amanuenſes nullam fuiſſe differentiam, contra Salmaſium recte evincit.

Antiquarius. Cl. Montfaucon. in *Palaeogr. graec. proem. pag.* XIX. non à Valentiniano, VII. antiquarios, ſecundum Panciroll. *d. l.* et Guther. *lib.* II. *c.* 13. et *lib.* III. *c.* 7. Sed à Valente inſtitutos eſſe, adſerit. Graeci ἀρχαιογράφους, καλλιγράφους vocant, Freſne *Gloſſ. gr. d. v.* Latini librarios, Iſidor. *lib. VI. Origin. c.* 13. Auguſtin.

guſtin. de *Verb. dom. ſerm.* 44. utrorumque enim erat, ſcribere et in mundum ſcripta redigere. Dicuntur etiam antigrapharii, qui ephori quaſi et inſpectores ſuſceptoribus adponebantur, ut fraus omnis exularet, Guther. *de Offic. dom. Aug. lib.* III. *c.* 9. et Bulenger. de *Vectigal. c.* 69. Du Freſne, *Gloſſ. gr.* Anonymus Scholiaſtes in Nov. Juſtiniani à Juliano JCto, latine redditus *c.* 64. *antigrafeos* ſcribit. Adde Iſidor. *hiſtor. eccleſ. lib. V. c.* 25. Proprie ſunt praefecti antiquario ſeu ἀρχείῳ et ſcripturarum, Pancirol. de *Magiſtrat. municipal. c.* 20. Juvenal. *Sat.* VI. *vs.* 454.

Ignotosque mihi tenet ANTIQUARIA *verſus.*

Sunt etiam ſcriptores librorum, qui vetuſtate conſumptos reficiebant, vel etiam antiquarum rerum memoriam Principi ſuggerebant. *L.* 10. *C. de Proxim. ſacr. ſcrin. Antiquarii quatuor in ſcrinio memoriae ſtatuuntur.* Sic in *L.* 2. *C. Th. de Stud. liberal. urb. Rom. Antiquarios ad Bibliothecae codices componendos, vel pro vetuſtate reparandos quatuor Graecos et tres Latinos, ſcribendi peritos legi jubemus.* Graeci *archiotas* vocant, et ſic Arcadius in *L. ult.* §. 10. *D. de Muner. et honor.* Sidonius Apollinaris *lib. IX. epiſt.* 16. Auſonius ad Probum Praefect. Praetor. *Epiſt.* 16. *pr.*

A*ntigraphi* ſunt Contrarotulatores, ſeu contraſcriptores, de quibus late in Opuſc. de *Scribis, c.* 2. et Salmaſius *ad Carum c.* 8. Gruter. *pag.* 579 *Inſcr. n.* 10.

Ἀντικένσωρ, Ἀντικένσορις, Ἀντικένσωρ. Idem eſt ac ſcriba, ſeu actuarius, ſecundum Gloſſam βασιλικῶν. Antigraphus interpretatur à Freſnio in *Gloſſar. gr. h. v.*

Ἀναγραφεὺς idem denotat, vid. Stephanus in *Lexico voce* γράφω.

Ἀντάριος idem qui Pronotarius Montfaucon. *Palaeogr. Graec. lib.* VI. *pag.* 394. in inſtrumento Monaſterii S. Baſilii ὁ ἀντάριος κυρὸς Νικόλαος. Idem *pag.* 396. 397. Freſne, *Gloſſ. Graec.* in *Add. p.* 4.

Ἀπογραφεὺς, Exſcriptor, amanuenſis, cujus deno-

minationis exemplum unicum adduxit Montfaucon in *Palaeogr. lib.* I. *c.* v. *pag.* 35.

Apocrisiarii, Ἀποκρισάριοι. Notarii secretorum, si Salmasio ad *Fl. Vopisci in Aurelianum, tom.* 2. *c.* 35. *pag.* 512. adstipulemur, eumdem esse notarium, cujus fraude periit Aurelianus, et cujus Vopiscus et Zosimus meminerunt. Zosimo enim dicitur *lib.* 1. *pag.* 57. τῶν ἔξωθεν φερομένων ἀποκρίσεως μυνύτης τεταγμένος, *ad efferenda foras responsa sua* (Imperatoris) *destinatus.* Justinianus generaliter Apocrysiarium *ad responsum esse*, εἰς ἀπόκρισιν, dicit *Nov.* 24. *c.* 4. et clarius in *Nov.* 25. *c.* 1. *habeat item* (Praetor Lyaconiae) *ad responsum, sive apocrysiarios*, vide *Glossarium Juliani, post edit. Novell.* Cl. Hombergk voce *ad responsum* et *Apocrysiarii.* Obstat, quod responsa ore fuerint data, quare apocrisiarii vix possunt scribis adnumerari. Et scripto haec praestitisse illos, inprimis si longius ab illis, quibus praebebant opem et officium, distarent, docuit Fresne in *Gloss. lat. v. Apocrisiarii*, qui Cancellarium et Referendarium sic dictos fuisse probat. Mabillonius de *Re dipl. lib.* II. *c.* xi. §. xi. *pag.* 116. in subscriptionibus hanc formulam sub tertia stirpe Francorum, Cancellariis propriam fuisse cum Chesnio scribit: *Balduinus sacri Palatii* APOCRISIARIUS *postulatus recognovi et subscripsi.*

Ἀποκοδικέλλων. Sic nonnumquam notarii et tachygraphi dicuntur, ut ex vita S. Theodori Stratelati Lambec. *Com. de Bibl. Caesar. lib.* iv. *pag.* 125. et ex eo Montfaucon *d. p.* 35. probant. Ἐγὼ δὲ προήμην ὁ ταχυγράφος οὐάρος καὶ ἀποκοδικέλλων ὁρῶν τὰς κολάσεις, *Ego autem aderam tachygraphus Varus à Codicillis supplicia videns.*

Apparitores. Generali hoc vocabulo saepe scribas denominatos fuisse ex Orat. Ciceron. *pro Cluent.* Manut. et Gothofr. in *Cicer. epist. fam. lib.* xiii. *ep.* 54. aliique contendunt. Sed cum vox *adparere* et *apparitor* ad omnes omnino magistratus ministros pertineat, verior videtur sententia dissentientium, qui verba Ciceronis de lege agraria contra Rullum urgent.

Archi-

Archicancellarius. Sub ſtirpe Francorum regia idem erat *Protonotarius*, ſeu *Archinotarius*, Notarius ſummus, ſeu Archicapellanus, Mabillon. de *Re dipl. lib.* II. *c.* XI. §. 5. 9. Du Freſne *h. v.*

Archicapellanus. Qui ſummo cancellario ſociatus erat et haud raro archicancellarii officium gerebat, Freſne *d. v.* Mabillon. *d. l.* §. 6. et §. 13.

Archigrammateus. Scriba regius primarius, qualem Eumenem Alexandri Magni fuiſſe ſcribam, ex Plutarcho in *Opuſc. de Scribis c.* 11. vidimus.

Archiviſtae. Archiotae ſeu Ἀρχειόται. Iidem qui notarii, Du Freſne in *Gloſſar. Gr. v.* Ἀρχεῖον. Sic enim et tabulariorum cuſtodes et notarii dicebantur, *L.* 18. §. 10. *D de Mun. et hon L.* 9. §. 6. *D. de Poenis*, ibique D. Gothofredus. Adde ſupra in voce *Antiquarii* et Macer. in *Hierolex. voc. Archiota* et *Scriniarius.*

Auditores. Pariter in medio aevo qui poſtea notarii dicti ſunt, quod Freſne ex Conſuetud. Claram. his verbis probat, *d. v. Auditores denique appellati, qui poſtmodum notarii.* Et mox: *At in Claramontenſi loco citato, notarii videntur appellari, qui ſcil. contrahentium voluntates audiunt easque ſcriptis mandant.* Hodie Auditores, Auditeurs vocamus, legionum actuarios ſeu Secretarios.

Adjutores. Divini Conſiſtorii Secretarii, qui ſcribas juvabant. Sic Conſtantinus in *Concil. Chalcedonenſ. act.* 1. *à ſecretis ſacri Conſiſtorii*, in eod. *Concil. act.* XIV. *devotiſſimus adjutor divini Conſiſtorii*, et *adjutor ſacri Palatii* vocatur, *Tom.* II. *p.* 139. *c.* 2. et *pag.* 314. Paſſim etiam in inſcript. apud Gruterum, aliosque horum occurrit mentio.

Boethii, qui alias in ſcribendo aſſiſtunt; unde forte Severino Boëthio nomen, quae denominatio

Bajuli. Macer. in *Hierolex. v. Notarius* ex Gloſſar. Baſil. notarios notare putat, penes quem ſit fides: nam mihi non eſt ad manus illud gloſſarium. Poteſt tamen tolerari, ſi cum Feſto, antiquos nominaſſe bajulos, *quos nunc dicimus operarios*, ſcribente, vocem explices. Et *bajulare ſuo corpore* eſt in *L.* 235. *D. de Verb. ſign.*

Beneficiarii Qui ſcrinium beneficiorum tractabant, et eorum inſtrumenta conficiebant, Panciroll. *Not. dign. c.* 88.

Bibliothecarius. Singulare eſt, quòd vox haec, quae alioquin praefecto bibliothecae propria eſt, ſcribam pariter ſignificet, vide Macrum in *Hierolex.* voce *Primiſcrinius.*

Bibliopola, hodie pro librorum mercatore, olim pro ſcriba pariter accipiebatur, Apoll. Sidonius, *lib.* V. *ep.* 15. *Officii ſermone praefato* BIBLIOPOLAM VESTRUM non gratioſe ſed judicialiter *expertus inſinuo*; fitque hoc palam ex ſequentibus: *Ut fidem in pectore, ſic in opere* CELERITATEM *circa dominum Te mihi ſibique communem ſatis abunde probavi.*

Boethii. Non inepte ſuſpicatur Andreas Alciatus ad *tit. Cod. de Tabul. Scrib. et Logograph. Tom.* 3. *Oper. pag.* 490. Severino Boethio inde nomen fuiſſe, quemque falſo ab aliis Boetium nominari, ex inſcriptione Derthonæ in divi Martiani coenobio exſtante, probat. Dicuntur autem Boethii ab Imperatore, adjutores ſcribarum, alias *Subadjuvae*, vel ut alii Adjutitios, ut in *L.* 7. *C. de Prox. Sacr. Scrin.* βοηθέω enim idem valet quam adjuvo. Haec Alciatus *d. l.*

Brodiatores. Antiquarios eſſe probat Du Freſne ex Nicol. de Clemangis, qui curſorium Brodiatorem rejicit, doctumque antiquarium expetit: *Si quid igitur* infit, *in iis libellis te delectaverit, tibique placuerit, cujus apud Te velis exemplum remanere, oro ne per curſorios iſtos*, UT ITA DICAM, BRODIATORES ID DESCRIBI FACIAS, *ſed per aliquem doctum, ſi quem talem doctum inveneris, antiquarium, qui literam ſoleat formatam tractim et ſtudioſa*

natio invenitur in L. fin. C. de Tabell. ſcrin. et logograph. lib.x. Cod. tit. LXIX.

Chartulani. In Codice praefecturarum. Chartu-

oſa attentione cum notis ac ſignis debitis ſcribere. Rarius tamen uſitatam, vel à Clemange effictam fuiſſe hanc vocem, indicant verba: *ut ita dicam.*

Calculatores. Horum fit mentio in *L.* 7. *D. de Oper. libert.* et in *L.* 15. *D. de Excuſat. tut.* ita a calculis dicuntur, quibus veteres componebant numeros. Inde etiam à *rationibus* in vetere Marmore Lanuvino apud Pignor. de *Servis pag.* 336. Sueton. in *Claud. c.* 28. *Pallantem à rationibus* et Iſidorus, *lib.* 1. *Orig. c.* 3. *Primordia Grammaticae artis, literae communes exiſtunt, quas* LIBRARII ET CALCULATORES *ſequuntur, quorum diſciplina velut quaedam grammaticae artis infantia eſt.* Plerumque vero conjunguntur librarii et calculatores, ut ex locis allegatis patet, quaſi calculorum notitia utrique fuerit propria. Supra jam quaedam de calculis et ſtudio Romanorum pueros in illis erudiendis occupavimus. Adde Anton. Auguſtinum ad *Modeſtin. d. l.* 15. *Tom. IV. Theſ. Jur. pag.* 1600.

Cancellarii. De his actum jam ſupra in *Opuſc. de Scribis c. ult.* §. 7. *p.* 480. In Conſtitutionibus Caroli M. ſimpliciter pro ſcriba et notario, ſeu actuario uſurpatur. Dion. Gothofred. ad *L.* 8. *C. de Adſeſſor. domeſt. et cancellar. jud. lit. H.* cancellarios judicum notarios eſſe contendit. Cujacius, Gutherius, *lib.* II. *de Offic. dom. Aug. c.* IX. *pag.* 302. illi adſtipulantur, et hic, *qui à ſecretis*, inquit, *praef. praet. et judicum* cancellarii dicuntur. Salmaſius, *l.* ſupra *cit.* Secretarios principum fuiſſe adſerit. Ex LLbus Longobardorum adparet, Cancellarios in medio aevo fuiſſe, qui publice coram Comite et Scabinis chartam publicam ſcripſerunt, LL. Longobard. *lib.* II. *tit.* 40. *l.* 40. quique chartas deſcriptas publice debebant oſtendere, *ibid.* Apud Gallos Cancellarii ſcribebant regia diplomata, eaque in ſcriniis regiis reponebant aſſervabantque, et regia praecepta Regis nomine

Chartularii apud Juſtinianum et Paulum lib. XVIII.

mine populo adnunciabant ex Capitularibus, Mabillon. *de Re dipl. lib.* II. *c.* XI. §. 4. et §. 5. Speciatim Notarii dicuntur, in *Nov.* 10. qui in prioribus Cancellarii audiunt. Demum ſub ſtirpe tertia et ſubſcripſiſſe diplomata probat, Idem *d. l.* §. XI. ubi plura de Cancellariis. Sic et apud Germanos Notarii hoc nomen tractu temporis aſſumſerunt, qui Imperatorum diplomata recognoviſſe leguntur, quod Notariorum olim erat, Wolf. Lazius *de Migr. Gent. lib.* VIII. *p.* 276. Freher. *Tom.* I. *pag.* 74. *ſequ. p.* 360 Aegid. Strauch. *Amoen. Jur. Canon. Eclog.* II. *c.* 17. et Jur. publ. ſcriptores.

Canicularii, vel caniclini. Qui atramento Principis praefuerunt, et recte ad ſcribas, nec ſolum ad miniſteria illorum referuntur, vide Borremans *Var. lect. c.* 4. *pag.* 32. Freſne, *Gloſſ. Lat.* voce *Cornicularius*, obiter ejus fecit mentionem. Imperatori autem non ſolum purpuramentum miniſtrabant; ſed ſi quid praeter nomen ſubſcribendum erat, id manu ſua exarabant, quod alias à Quaeſtore Palatii, vel magiſtro ſcriniorum fiebat.

Calendarii. Qui Kalendaria et iduaria, de quibus ſupra *pag.* 394. curabant, et qui alias Curatores Kalendarii audiunt, Noriſius in *Cenotaph. Piſan. Diſſ.* 1. *c.* 3. et Pancirollus, ſupra adlati. Fuit olim in Germania ſingularis ſocietas fratrum Calendariorum, qui tamen toto coelo à veterum Calendariis diverſi. De illa ſocietate vide J. Felleri Orationem et Tenzelium in *Menſtruis anni* 1692. *pag.* 182. 193.

Capellani. Illuſtrium perſonarum Presbyteri ſcribae intelliguntur, vide Du Freſne in *Gloſſ. Latin. h. v.* et in *Praef. gloſſ. lat.* §. 27. Mabillon. *d. l. lib.* II. *c.* 13. §. 6. In Capitularibus tamen Regum Galliae, *lib.* 1. *c.* 152. prohibitum fuiſſe Presbyteris et Clericis ſcribae et notarii munere fungi, probat. Mabill. *d. l.*

Cenſuales. Qui ſub Magiſtro cenſus publica monumenta ſcribebant, et inprimis cujusque Patrimonium deſcribebant, *L.* 1. §. 2. *D. de Muner. et honor. L.* 2. *et inſcript. C. de Tabular.* Panciroll. de *Magiſtr. Municip. c.* 21.

Charaxarii. Vide Gloſſar. Iſidori et Excerpta Pithoeana litera N. in Corpore *ſcript. latin.*

Charti-

Chartigraphus. Sic in medio aevo vocabantur, quos hodie Cancellarios dicimus. Mabillon. *lib. II. de Re dipl. c.* II. *pag.* 116. ubi ex Dubleto ſequens ſubſcriptio: *Franco Diaconus et* CHARTIGRAPHUS *relegit et ſigillavit.* Berneggerus in *Orat.* I. *pag.* 27. magiſtros libellorum ſupplicum hoc nomine alios inſignitos fuiſſe tradit.

Chartophylaces. A chartophylaceo, ubi chartae publicae cuſtodiebantur; Latinis Tabularium. Suidas v. χαρτοφυλάκιον ibique Porta et Kuſter. Translata fuit vox illa ad notarios eccleſiae, qui plerumque chartas publicas cuſtodiebant, Freſne *Gloſſ. Graec. et Lat. h. v.* et Gretſer. in *Obſ. in Codin. pag.* 159. Macer in *Hierol.* voce *Chartophylax* et *Archiviſta.* Wolfg. Lazius civiles notarios civilium archivorum curam pariter habuiſſe docet, de *Rep. Rom. lib.* II. *c.* 4. *pag.* 124.

Chartularius. Confundi hunc à Viris doctis cum Chartophylace obſervat Meurſius in *Gloſſ. gr. Barb.* voce χαρτοφύλαξ, ſed Du Freſne in *Gloſſar. Lat.* voce *Chartularius*, recte adnotat, eamdem fuiſſe dignitatem eccleſiaſticam cum Chartophilace. Adde Briſſon. in *Lexico Jurid.* voce *Chartularius.* Gothofred. in *Not. ad L.* 10. *Cod. Ubi cauſae fiſc.* et *L.* 3. *Cod. De Canon. largition.* et ad *Nov.* 117. *c.* XI. Rectius definiuntur Chartularii, tabularii ſeu ſcribae, qui largitionales titulos ſcribebant et iterata cura revidebant, retractabantque. Hinc etiam dicebantur *Tractores*, qui rationes tractabant, *L.* 10. *C. de Numer. act. et Chartular.* ibique D. Gothofredus. Inde etiam patet, Chartularios non fuiſſe adjutores Numerariorum, ut ex Cujacio Gutherius, *lib.* II. *de Offic. dom. Aug. c.* 14. docuit; nam ex *d. l.* diverſa officia fuiſſe patebit. Tres quoque ſacri cubiculi erant ſpectabiles chartularii, qui Codicillos magiſtratuum ſcribebant, quique pro hoc officio praeſtito novem ſolidos, ſed aureos exigebant, *Auth. Ut judic. ſine ſuffr. fiant.* Et hi fuerunt ſine dubio, quibus in *L.* 3. *C. de Canone largit.* indulgetur, *ne publici curſus oneri ſubjiciantur.* Mentio chartariorum fit etiam in *L. ult.* §. *ult. C. de Offic. Mag. offic.* Caſſiodor. *lib.* VIII. *Var. epiſt.* 23. Reineſ. *Inſcript. Claſſ. XX. n.* 409. Erant igitur viri ſpectabiles, inſtrumenta Principum, codicil-

codicillos dignitatum ſcribentes, haecque ad primicerium notariorum transmittebant, ut codicillos cum ſymbolis et inſignibus dignitatis obtentae, librosque mandatorum traderet, Panvinus, *Not. dign. imp. Orient. c.* 16. Alii erant chartularii in Eccleſia Conſtantinopolitana, quae centum habebat in novem claſſes diviſos, quique contractus, venditiones, penſiones aliaque eccleſiam ſpectantia notabant, *L. fin.* C. *de Sacros. Eccles.* Pancirollus, *lib.* I. *Var. lect. c.* 2 *et lib.* II. *c.* 188. Et Epiphanius chartarius occurrit apud Ennodium, *lib.* VII. *epiſt.* 1. quem Sirmondus in Notis chartularium Comitis Patrimonii, uti apud Caſſiod. *lib.* VII. *Var. ep.* 22. ab Alarico accipitur, intelligit. Erant olim Chartularii ſub magiſtratu peditum equitumque, *L.* 5. C. *Th. de Diverſ. offic.* Cujac. *ad L.* 3. C. *de Can. largit.* Schilterus *Exercit. ad D. XV.* §. 79. *in fin.* eosdem fuiſſe ac hodierni noſtri *Munſterſchreibers*, qui militum rationes et reliqua curant, contendit. Alio in ſignificatu Codinus *lib. I. de Offic. aul. Conſt. c.* 5. *n.* 6. chartularios numerat inter equiſones Imperatorios, his verbis: *Quando igitur Imperator equum aſcenſurus eſt, equo per comitem equorum adducto. Poſtea ſubiens ejus locum* GHARTULARIUS *freno ducit uſque ad portam*, et hinc notat Gretſerus ad *Codin. lib.* I. *c.* 13. ad curam ſtabuli pertinuiſſe hanc dignitatem.

Chryſographi. Qui literis aureis ſcribebant, apud Graecos χρυσογράφοι, Montfaucon. *Palaeogr. Graec. lib.* I. *c.* 5. *pag.* 36. *et c.* 1. et nos ſupra in *Notis*.

Clerici. Et his ſimpliciter ita dictis ſcribae intelliguntur, quippe penes quos omnis in medio aevo literarum peritia latebat, vide Freſne *Gloſſ. Lat. d. v.* et Montfaucon. d. l. *lib.* I. *c.* VI. *pag.* 48. Sic et apud Aegyptios in more fuiſſe poſitum, probat idem, ut clerici et notarii munus plerumque conjungeretur.

Commentarienſis. Speciatim carceris eſt cuſtos, qui vinctorum nomina in Commentario, id eſt, libello, perſcribebat, Hotmanus de *Verbis Jur.* ad quos cuſtodia et obſervatio receptarum perſonarum pertinet, *L.* 4. C. *de Cuſtod. reor.* Sunt etiam Commentarienſes, qui commentarium Principis conficiebant, ceu ex Auctore etymolo-

mologici probat Gutherius *de Off. dom. Aug. lib.* II. *c.* 13. *p. m.* 392. At Commentarienſis in officio praefecti praetor. manu adnotat exempla, quae poſtulantur, *L.* 45. §. 7. *D. de Jur. fiſci.* Adde Gothofr. *ad L.* 1. §. 8. C. *de Offic. Praef. Praet. Africae lit. I.* et Pancirol. *Comm. in Not. imp. Orient. c.* 13.

Contrarotulatores, Graecis ἀντιγράφεις, Gallis Controlleur, Germ. *ein Gegenſchreiber*, de quo actum jam ſupra. Et ſic in inſcript. apud Gruter. *pag.* 579. *n.* 10. *Contraſcriptor rationis ſummi Choragi.*

Cornicularius. Eſt exceptor ſeu Commentarienſis, Firmicus *lib.* III. *c.* 6. *Exceptores earum ſententiarum, quae de hominum capitibus proferuntur, aut* CORNICULARII *aut Commentarienſes*, Du Freſne *d. v.* A cornibus non à curribus appellatos fuiſſe putat Gutherius, d. l. *lib.* II. *c.* 15. *p. m.* 418. ſic emendans Caſſiodorum *lib.* II. *Var. ep.* 36. *Praefuerunt enim cornibus Secretarii Praetoriani.* Eorum enim fuit munus ſtare ad cornua Secretarii et judici agenti, loquenti, ſcribenti, miniſtrare. Pancirol. in *Notit. imp. orient. c.* XI. *p.* 11.

Curſores. Iidem ac Brodiatores, de quibus haec ex Nicolao de Clemange *ep.* 109. refert Du Freſne, *voce Curſor. Ceſſavit igitur cum dictatu antiqua ſcribendi formula, qua perfectam ac rite formatam literam cum certa diſtinctione clauſularum notisque accentuum tractim antiquarii ſcribebant, et ſurrexerant ſcriptores,* QUOS CURSORES VOCANT, QUI RAPIDO JUXTA NOMEN CURSU PROPERANTES, *nec per membra curant orationem diſcernere, nec pleni aut imperfecti ſenſus notas adponere.*

Decuriales, dicebantur, qui in decurias ſcribarum relati erant, ut patet ex antiquis inſcriptionibus et ex tit. C. *Th. Decur. urb. Romae* paſſim, et inprimis ex *L.* 1. *d. t.* qua jubetur, ut quicumque ad primos ordines Decuriarum vult promoveri, ſit litteratus ex librariis aut Cenſualibus, *ut citra offenſam vitii ex eodem verba procedant*, ait ibi Conſtantinus, mox addens: *litteraturam virtutum omnium maximam eſſe.* Servabant hi monumenta omnia, praecipue ſententias judicum, contractus, adoptiones et reliqua. His praeerat judex, *d. L.* 1. C. *Th. et L.* 3. *cod.* et late Jac. Gothofredus in *Paratitlo. Rector decuriarum*

rum, de ejus officio Cassiodorus egit *lib.* V. *Var. epist. ep.* 21. et 22. De decuriis scribarum actum est supra in Opusc. *de Scribis, pag.* 486. De decuriarum ordinibus in municipiis, scribarum scilicet, librariorum etc. qui in civilibus causis et editionibus libellorum officiorum sollemnitate fungebantur, vide *L.* I. *Cod. Theod. de Lucris officialium.* Scribarum tamen decurias veluti digniores à librariorum decuriis separari in d. l. I. putat Jac. Gothofr. ad *L.* I. C. *Th. de Decur. urb. Rom.*

Diaconi. In prima Ecclesia Diaconi circa mensas occupati erant, uti adparet ex prima eorum institutione *Actor.* VI. *vs.* 2. ubi: ὐκ ἀρεςόν ἐςιν ἡμᾶς καταλείψαντας τὸν λόγον τῦ Θεῦ διακονεῖν τραπέζαις. Hinc antiquitus Diaconos dictos fuisse, qui reditus ecclesiarum et Canonicorum curabant, verosimile est. Postea Clemens Papa per septem urbis regiones, septem Notarios Apostolicos constituit, qui acta Martyrum perscriberent, unde Notarii regionarii dicti sunt, teste Anastasio et Platina in *Clemente,* et nos supra in Opusc. de *Scribis, c. ult.* §. 7. *pag.* 480. Anterus vero Papa negligentius acta haec tractata, apud Notarios deposita, diligenter conquisivit et in Ecclesiae apothecas recondidit addiditque illis ἐπισκόπυς καὶ ἐργοδιώκτας. Fabianus successor Anteri, septem Diaconos constituit, qui cujus dignationis tormenta consignabant, Strauch. *Amoenit. Jur. Can.* II. *ecl.* 4 *c.* 4. Et Cl. Mabillon. *d. l. lib.* II. *c.* 13. *in fin. Plerique* ait, *Notariorum sub Carolingis Diaconi erant: illustrium personarum fere Clerici, ex quibus unus aliis Notariis superior erat.* Adde Du Fresne in *Gloss. Lat. hac voce.*

Dictator. Id est, scriptor, ἀντιγραφεὺς idem *Dictor,* dicitur, Du Fresne *Glossar. Lat. d. voce.*

Dictati. Pariter Scribae dicebantur, Salmas. ad *Vopiscum, pag* 481. allegatus apud Du Fresne, *d. v.*

Diurnarii. Medii ponuntur inter tabularios et logographos civitatum, et ita dicuntur in *L.* 8. C. *Th. de Divers. offic.* omniaque acta curialia scribebant. Jac. Gothofredus ad *L.* I. C. *Th. de Tabular. logogr. et censual.*

Episto-

Epiſtolares. Hodie Copiſtae, de quibus Juſtinian. l. final. §. in his autem Cod. de temp. appel. Iidem *Scripturarii* et *Groſſiſtae Cancellorum.* Graecis γραμματεῖς. Iidem etiam *librarii* Plinio lib. VII. de Caeſare: *Epiſtolas quaternas aut ſeptenas pariter dictabat librariis.* Librarioli Ciceroni lib. IV. ad Atticum epiſt. 4. et Vegetius lib. II. c. 7. inter caſtrenſia officia ponit librarios, qui militum rationes ſcribebant.

Exceptores Scribae privilegiorum.

Formularii, qui formam ſcripti concipiebant;

Ll *Hypo-*

Epiſtolares. In d. *L. ult.* §. 2. *C. de Tempor. et reparat. appell. devoti epiſtolares* dicuntur, qui alias in *L.* 8. *C. de Aſſeſſor.* et paſſim *Cancellarii* audiunt. Differunt ab epiſtolaribus *Epiſtularii*, qui erant nuncii epiſtolarum, et de quibus Salvianus apud Du Freſne *Gloſſ. Lat. d. v.*

Exceptores. Sunt qui acta excipiebant, et jurgantibus acta reſtituebant, Du Freſne d. l. v. *Exceptor.* Cuſtodiebant etiam acta, et in Secretario judicum illa recitabant, habebantque ſuum primicerium, ſeu ἀρχοντα, vide late J. Gothofredum *ad L.* 2. *C. Th. de Numer. Act. etc. et in Paratit. d t.* Mabillon. de *Re dipl. lib.* II. *c.* 27. Guther. de *Offic. dom. Aug. lib.* II. *c.* 14. *et lib.* III. *c.* 7. et Gloſſarium Juliani poſt Nov. Hombergk. voce *Exceptores.*

Ἐξισωτής. Peraequator, ſcriptor, Du Freſne *Gloſſar. Graec. d. v.*

* *Formularii*, Cicero I. *de Oratore, c.* 55. Juriſconſultos vocat formularum cantores, et ſimpliciter *formularios* vocat Quinctilianus, qui formulas concipiebant *lib.* XII. *c.* 3. *in fin.* Hoc loco ita dicti videntur à *forma*, ſeu literis formatis, de quibus plura ſupra *pag.* 116. *in Not.* et Du Freſne *v. Forma.*

Γραμμα-

Hypomnematographi. Instituti primum ab Augusto,

Γραμματεῖς. De hac voce quantum satis est, egimus in Opusc. de *Scribis.* Adde Du Fresne in *Append. ad Gloss. Graec. v.* γραμματικός. Hinc et apud Latinos, et Graecos, inprimis Byzantinos scriptores *Grammaticus* Notarium vel Secretarium denotat, observante Du Fresne in utroque *Glossario d.v.*et *v.* γραμματεῖον. *Grammatei* etiam audiunt, Codinus de *Offic. Constantinop. c.* 5. Suidas in *Lexico* h. v. et γραμματογράφοι Fresne in Gloss. gr. v. Νοτάριος.

Γραμματοφύλαξ. Tabularius, Du Fresne in *Gloss. Gr.* h. v.

Graphiarii. à Graphio, stylo ferreo, de quo iterum Fresne v. *graphium* et *Gravio* et in Glossar. Gr. v. Γραφιοθήκη. Idem in *Gloss. Lat.* voce *Praenotarius*, notarios seu vicenotarios explicat. In curiis nostris vox *Greffier* adhuc frequentatur, adque hoc munus promoventur Doctores Juris, viri amplissimi, qui Secretariorum munere funguntur, acta Senatus componunt, Tabulariorum curam tenent, sententias praelegunt, et quae plura, ex placitis Ordinum illustrium repetenda.

Graphones, Graphiones, Γραφεῖς, Macris d. l. *h. v.* Montfaucon. *lib.* I. *Palaeogr. c.* 5. *p.* 35. *et c.* VII. *p.* 73. Du Fresne, d. l. voce *Grafia*, ex J. Eyndio *lib. II. Chron. Zeland.* probans omnes, quibus literas tractare, seu jus dicere permittebant ignari praesides, communi vocabulo *Graphiones* fuisse dictos.

* *Hieromnemones*, Gr. Ἱερομνήμονες. Marmora Oxoniensia ed. Humphr. Prideaux p. 125. et Stephan. Lex. Graec. voce ἱερός.

Hypomne-

ſto, poſt Aegyptum redactam in provinciam. Strabo. Iidem ſunt qui Commentarienſes. Hypomnema enim eſt Commentarius. Cic. lib. xv. epiſt. ccLxv. *Multum mihi eripitur operae in ſcribendis hypomnematis.*

Ll 2 *Libel-*

Hypomnematographi, Strabo *lib.* VII. *pag.* 1148. *edit. Gronov.* Alexandrini hypomnematographi mentio fit in *L.* 59. *Cod. de Decurionib.* ubi Praefectus Auguſtalis etiam invitus ratam habere cogitur nominationem commentarienſis Alexandrini. Talem ſe fuiſſe Lucianus prodit in Apologia de his qui mercenariam operam praeſtant his verbis: τὰς δίκας εἰσάγειν, καὶ τὴν τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέναι, καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι, non enim aſſeſſorem, ut J. à Coſta contendit, ſed hypomnematographum ſe fuiſſe prodit, obſervante Valeſio, ad *Amm. Marcellin. lib.* XXVIII. *c.* I. *pag. ed. Gron.* 559.

Ἱερογραμματεῖς. Scribae in ſacris, de quibus in Opuſc. de *Scribis*, *pag.* 444. Cl. Mill. in *Diſſert. ſelect.* apud Aegyptios Magos fuiſſe conjicit, diſſentit vero Strabo, qui curam librorum ſacrorum habuiſſe illos refert, vid. Acta Erudit. German. P. 102. *pag.* 391. Poteſt tamen, me judice, utrumque de illis dici, ſi reſpicere lubet loca d. p. à me adlata.

Καλλιγράφοι. Antiquarii dicuntur et in Baſilicis *librarii* Freſne *Gloſſ. gr. n. v.* Hi primum eleganter ſcribebant εἰς κάλλος, *Nov.* 43. Theophylactus *lib.* VIII. *c.* 13. de nece Mauricii verba faciens, ἐδέησε γὰρ ἄνδρα τινὰ τῶν εἰς κάλλος γραφόντων, ὃν ἐν συνθέσει φωνῆς καλλιγράφον ὀνομάζει τὰ πλήθη, γνώριμον καὶ ἡμῖν καθεστῶτα, μέχρι τετάρτης τῆς νυκτὸς εἰς οἰκίαν τινὸς καταπαννυχίζεσθαι, *Oportebat enim virum quemdam eleganter literas efformantem, vulgus una voce Calligraphum nuncupat, quem et nos*

cogno-

Libellorum magiſtri. Libellenſes, qui requeſtas, hoc eſt libellos ſcribunt, Briſſonius. Sunt autem longe alii libellatici, de quibus Baronius Tom. II. Annalium. Erant enim hi qui per ſe, vel per nuntium

cognovimus, usque ad quartam vigiliam noctis in cujusdam aedibus pervigilare. Plura dabit Montfaucon. *d. l. c.* 5. *p.* 35. et *c.* VI. *pag.* 49. 52. *c.* VII. *p.* 68. et *lib.* IV. *c.* IX. *p.* 325. ubi tractu temporis integros libros deſcripſiſſe refert.

Κρυπτογράφοι. Arcanorum ſcribae, inde Κρυπτογραφία quae fiebat vel per commutationem literarum vel per novos characteres et inuſitatos, Montfaucon. *d. l. lib.* I. *c.* V. *p.* 36. *et Lib.* IV. *ibid.* Ad hanc κρυπτογραφίαν pertinet arcana ratio ſcribendi, de qua ſupra, et τὰ ἀπόῤῥητα apud Aelianum lib. XII. *Var. hiſt.* c. 33. ibique Perizonius.

Laterculenſes. A laterculo, de quo ſupra *pag.* 396. cui cura laterculi et cuſtodia mandata erat. Item qui praeerant codicibus edendis, *L.* 13. *Cod. de Praep. ſacr ſcrin.* Pancirol. in *Not. dign. c.* 93. Guther. de *Offic. dom. Aug. lib.* III. *c.* 7. *pag.* 568. et Gloſſarium obſcur. verbor. Juliani, poſt Hombergk. *Novell.* voce *Laterculenſis.*

Lectores. Mabillon. de *Re diplom. lib.* II. *c.* 13. §. 3. de Cancellariis et notariis agens, *non raro etiam appellabantur lectores: Ruodo Laicus* LECTOR *ſcripſi in charta LXIX. apud Goldaſtum*, et quae plura exempla ſequuntur. Macer etiam in *Hierolex. v. Lector. Item* LECTOR, ait, *notarius dicitur.* Et Valeſius in *Annotat.* ad *Euſeb. Hiſt. eccl. c.* 22. officium notarii et lectoris unum idemque fuiſſe docet. Nam et Notarii lectoris munere ſubinde in eccleſia fungebantur, Du Freſne Gloſſ. Gr. v. Εὐαγγέλιον. Et ſane nihil frequentius eſt conjunctione horum officiorum in Actis conciliorum, vide Montfaucon. *d. l. lib.* I. *c.* VI. *p.* 61. 63. *c.* 7. 88.

Libellarii. Notarius, Du Freſne *Gloſſar. Lat. h. voce.*

Libella-

nuntium indicabant Magiſtratui ſe abnegare Chriſtum, in cujus rei teſtimonium a Magiſtratu libellum impetrabant: quo muniti, perſecutionum poenas evadebant; ut colligitur ex epiſt. LIX. D. Cypriani ad Antonian.

Libellatici. Verius Du Freſne *d. l. voce Libellatici*, ait, libello Magiſtratui porrecto ingenue profeſſos ſe eſſe Chriſtianos et ob id ſacrificare ſibi non licere, praemium ſeu ſummam pecuniae obtuliſſe, ne, quod iis non licebat, facerent.

Libelliones. Iidem Librarii, ſeu Notarii, Du Freſne *d. v.*

Librarius. Librarius ſcriptor Horatio audit, vid. Opuſc. *de Scribis pag.* 498. Librarii apud veteres etiam ſervi erant, Cicero *ad Famil. lib.* XVI. *ep.* 21. *et ad Attic.* et promiſcue quidem Veteres Scribae et Librarii appellationem videntur uſurpaſſe. Sic *Librarius Coſſ.* Gruter. *pag.* 541. *n.* 10. *pag.* 544. *n.* 6. *p.* 625. *n.* 6. *Librarius quaeſtorius*, *pag.* 627. *n.* 5. *Librarius quaeſtorius trium decuriarum pag.* 627. *n.* 6. *Librarius Tribunicius*, *ibid.* *Librarius legionis*, Stewech. *ſupr. cit.* *Primus Librarius* Fabrettus *Inſcr. p.* 211. quas poſterior forſan aetas *maximos ſcribarum* adpellavit, vid. Jac. Salomonii *Inſcript. agri Patavini pag.* 267. *pro rariſſimis meritis à Senatu omnibus ſuffragiis maximus eſt Scribarum declaratus annum aetatis ſuae* LXXVII. *agens.* Alia de Librariis dabit Cuper. *Monument. antiqu. p.* 231. Reineſius, *claſſ.* VIII. *n.* 44. aliique in *d. opuſc.* allegati. In medio aevo pro deſcriptore librorum, item pro eo, qui deſcribendis actis judicialibus operam dabat, item pro Notario et demum pro dignitate eccleſiaſtica, Cantoris ſcilicet, uſurpabatur, Du Freſne v. *Librarius.*

Logiſta. A Graeco λογεῖον, logiſta et logographi. Unde analogiſtes, tutor non ratiocinator in *L. quidam* 5. *D. de Admin. tutor.* Alciatus *lib.* III. *Parerg. c.* 25. qui rationes reddere non tenetur, et Cl. Ducker. *de Latin. Vet. JCt. pag.* 404. Differunt tamen hi à logographis, quod illi

Logographi. Hodie Taxatores, qui ſcribebant in libris rationum L. ult. C. de Tabul. ſcrin. et logograph.

Medio-

illi libros rationum curabant. Unde et *Rationales*, ſeu *curatores Reipublicae* dicuntur; quo munere viri ſummi fungebantur, qualis fuit Candidus apud Gruter. *pag.* 389. *Inſcript.* n. 2. *Logiſta civitatis Nicomedienſium et Epheſiorum.* Hi vero illos ſcribebant, Alciatus ad *tit. C. de Tabular.* Confunduntur tamen paſſim apud medii aevi ſcriptores cum Logographis, unde digito haec indicaſſe juvabit. Videſis Opuſc. de *Scribis c.* II. §. 4. *pag.* 437.

Logographi. Qui tributorum rationibus ſcribendis occupantur, *L.* 1. *et ult. Cod. de Tabular.* Suidas logographos pro his accipit, qui judiciorum acta conſcribunt, Budaeus in *Pandect. pag.* 262. et in *Commentar. lingu. Graec.* Jac. Gothofr. ad *L. unic. Cod. Th. Ne Conlat. per Logograph. celebr. Tom.* 4. *pag.* 57. Finitimum quoddam officium fuiſſe ſcribit Tabulariis, Cenſualibus, Scribis, Subſcribendariis, Diurnariis. Dicuntur etiam Logographi civitatum in L. 3. *C. Th. de Tabular.* Alii his finitimi fuere per Aegyptum et Nili tractum Logographi Chomatum, *L. ult. in fin. Cod. Th. de Patroc. Vicor. Tom.* 4. *p.* 179. *col.* 2. In Novell. Juſtin. etiam Logographi extat mentio, Julianus in *Gloſſ. obſcur. verb. d. v.*

Logotheta. Comes largitionum Principis generalis vocabatur, qui capitium album gerebat, purpura et margaritis diſtinctum, et pallium blatteum ſeu purpureum, ſine aliis ornamentis: tunicam auro, purpuraque et albo Phrygiatam habentem ante, et à tergo Imperatoris imaginem adridentem, ſceptro tamen judiciali non utebatur, Pancirol. *Notit. Dign. Imp. Orient. c.* 74. 88. Rhodig. *Antiquit. lect.* VII. 6. Varie haec vox apud Graecos accipiebatur, pro Rationatore, diſcuſſore, diſputatore, et labentibus ſeculis pro eo, qui edicta et aureas Imperatorum bullas ſubſcribebant, uti hodie apud nos Cancellarii, Du Freſne *Gloſſ. Lat.* voce *Logotheta.* Et in novae Romae imperio jusjurandum à novo Imperatore accipiebat in templo Blachernarum

Mediogrammatéi, quos Scribae consulebant, hodie Correctores, a Graecis Diastolae, quasi Interpunctores.

chernarum, Nicetas in *Manuele Commeno III.* Tractu temporis logotheta notabat, rationalem, censitorem, Alemannus ad *Procop. histor. anecdot. pag.* 101. Et in *Explicat. Offic. S. eccles.* post Codin. pag. 314. edit. Medonii Paris. haec leguntur: ὁ λογοθέτης τὴν βουλὴν ὑποκρατῶν τοῦ ἀρχιερέως βυλώνει πᾶσαν γραφὴν, κρατῶν καὶ τὸν δίσκον μετὰ τοῦ ἁγίου δώρου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ διδόμενος τὸ κατακλαστὸν παρὰ τοῦ ἀρχιερέως. *Logotheta habet sub sua potestate sigillum Patriarchae, omnemque scripturam obsignat Θ Discum etiam habet cum sacra Eucharistia: quodque à Patriarcha fractum est, ipse distribuit.* Adde Glossarium *in Codinum* voce *Logotheta.* Lambecius ad *Codinum pag.* 175. *edit. Parisiens.* Glossar. obscur. verb. Juliani voce *Logotheta*, et Anton. Augustin. *Interpr. verbor. Juliani.*

Magistriani. Seu Μαγιστριάνοι. Seu *Agentes in rebus.* Fresne *Glossar. Gr. h. v.* Gutherius d. l. *lib.* III. *c.* 10. *p.m.* 603. et passim in Actis Concil. *Tom.* II. *p.* 145. 187. Julianus in *Gloss. Obscur. verb.* voce *Magistriani* et A. Augustin. *Interpr. verb. Juliani*, et v. *Agentes in rebus.* Jac. Gothofred. ad *Tit. Cod. Th. de Agentibus in rebus Tom.* II. *p.* 164.

Matricularii. A matricula *Nov.* 13. ex matriculis scriniorum vel apparitorum. Alium vocis significatum, vide apud Du Fresne *Gloss. Lat. d. v.*

Memoriales. Qui in scrinio memoriae sunt, L. 2. C. *Th. de Privil. eor. qui in S. Pal. mil.* L. 2. C. *Th. de Cohortal.* Adde, si lubet, *Memoriam propagat. pag.* 9. et quae supra jam occupavimus.

Μνήμονες. Prideaux ad *Marmor. Oxoniens. pag.* 125. et Stephanus voce Μνάομαι.

Notarii, à notis, quia verba dictantis per notas et compendia scribebant, inquit Ammonius, et Paulus de milit. testam. Modestinus, Brissonius, Spiegelius. *Antiquarios* eos appellat, Ausonius epist. XVI. ad Probum; Graeci καλλιγράφους, σημειογράφους καὶ ταχυγράφους; Suetonius in Jul. Caes. cap. LV. *Actuarios:* sicut et Trebellius Pollio et Seneca. *Singularios*, a singulis vocari inquiunt Scaliger. lib. II. cap. XIII. in Notis Ausonii, et Raderus in Martial. lib. XIV. Epigram. CCII. Horum natales felicissimi sub Astro Virginis, si Dîs placet, auctore Manilio lib. IV. Astronom.

At quibus Erigone duxit nascentibus ævum, etc.
Hic et scriptor erit velox cui litera verbum.

Ordo primùm vilis, teste Petro Tolosano libro XLVIII.

Νοδάρος. Notarius, ut vult Du Fresne *Gloss. Gr. d. v.*

Νομικὸς. *Tabellio*, σημειογράφος, ὑπογραφεὺς, Idem *d. l. h. v.* et Cujacius in *Expositione Nov.* 44.

Notarii. Graecis dicebantur γράφοντες εἰς τάχος διὰ σημείων et in Nov. 15. ταχυγράφοι. Plutarcho in Catone, σημειογράφοι dicuntur. Et sic Eusebius *Histor. eccles. lib.* VI. *c.* 21. Ταχυγράφοι δὲ καὶ γὰρ αὐτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν παρῆσαν τῷ ὑπαγορεύοντι, χρόνοις τεταγμένοις ἀλλήλους ἀμείβοντες. Βιβλιογράφοι τε οὐχ ἧττους ἅμα καὶ κόραις ἐπὶ καλλιγραφεῖν ἠσκημέναις. *Tachigraphi vero ipsi (Origini) vicissim dictanti plures quam septem numero eorum aderant, temporibus ordinatis se invicem rependentes, Bibliographi quidem non pauciores septem simul et puellis ad pulchre scribendum exercitatis.* Patet inde, Librarios ea, quae Notarii celeriter notis exceperant, in mundum literasque redegisse

XLVIII. Syntagm. cap. XLII. utpote omnium ſervitio expoſitus. Gloſſ. in Leg. Univerſos, de Decurion. lib. x. Cod. adeo ut etiam Notarii munus ſuſcipiens, perderet privilegium officii. Leg. II. de Tabul. x. Cod. neque liceret Eccleſiaſtico exercere munus Tabellionatus laici. cap. Sicut ne Clerici. cap. Offic. de hered. in. 6. Alioqui Notarii Eccleſiaſtici et Apoſtolici ſemper fuere in honore; ſicut etiam poſt ipſi Notarii laici. Sunt enim in Romana Curia Protonotarii ſeptem, ita dicti, ut a laicis Notariis diſtinguantur, qui originem habent a Notariis illis primis, qui Acta Marty-

redegiſſe. Et Suidas in voce ΩΡΙΓΕΝΗΣ. ὑπηγόρευε τοῖς ταχυγράφοις, καὶ οἱ βιβλιογράφοι σὺν γυναιξὶν ἔγραφον ἐπὶ τὸ καλλιγράφειν ἐξησκημέναις, id eſt, *dictavit notariis et librarii et mulieres edoctae eleganter ſcribere deſcripſerunt.* Sidonius Apollinar. *lib.* IX *ep.* 9. *Tribuit et quoddam dictare celeranti ſcribarum ſequacitas ſaltuoſa compendium, qui comprehendebant ſignis, quod literis non tenebant.* Paſſim etiam in Jure noſtro Notariorum obvia eſt mentio, *L.* 40. *D. de Teſt. mil. L.* 1. §. 5. *C. de Com. ſerv. man. l.* 11. *C. Quando pot. in pign.* Bene monuit Cl. Montfaucon de Notariis et tachygraphis magnae molis libros confici poſſe *pag.* 35. *Palaeographiae.* Quum vero in praeſenti id agamus unice ut breves ſimus, remitto lectorem ad M*abillon. lib.* II. *de Re diplom. c.* 13. *et lib.* II. *c.* 11. Du Freſne voce *Notarius.* Demum et feminas exercuiſſe munus notarii Ammianus docet *lib.* XVIII. *p.* 118. Incurret demum in oculos, multum differre veterum Notarios à modernis noſtris: horum enim inſtrumenta fidem habent pleniſſimam, niſi quis contrarium probet; non apud veteres fidem habebant, niſi inſtrumenta inſerta fuiſſent judicialibus actis, *L.* 19. C. *de Teſtam. L.* 22. *D. de Teſtib. Nov.* 37. *c.* 7. §. 3. Si inſerta non eſſent, comparatio literarum inſtituebatur L. 20. *C. de Fide inſtrum.* De A-

rum excipiebant. De quibus initio capitis praecedentis. Civilium vero Notariorum haec ſunt genera a Lazio numerata lib. II. Reip. Rom. cap. IV.

Princeps Notariorum. Apud Ammianum lib. XXV. et Lampridium in Alexandro: *Primicerius Notariorum* apud Martianum in Cod. Praefecturae. Is erat, qui nunc vocatur Cancellarius, et olim *Princeps laterculi*, Leg. In agr. §. de acquir. Jur. do. *Tribuni*

ctuariis et Notariis hodiernis vide late Jacobi Dopleri *Schauplatz der Leibes und Lebens Straffen c. 4. per tot.*

Primi inter Notarios variis temporibus varias appellationes ſortiti fuere: tetigimus in notis eorum varia nomina. Addamus pauca:

Comes Notariorum. Freſne in *Gloſſar. Lat.* voce *Comes.*

Πριμικήριος Νοταρίων. Freſne Gloſſ. graeco d. voce et Meurſius *Gloſſ. gr. barb. voce* Νοτάριος.

Primicerius notariorum, Gretſerus ad *Codinum c.* VI. *p.* 163. Freſne *Gloſſ. latin.* voce *Notarii.* Panciroll. *Notit. imper. orient. c.* 92. Et qui omnino his addendus Jac. Gothofred. *ad* L. I. *et* 2. *Cod. Th. de Primiceriis et notariis.*

Πρῶτος Νοταρίων. Freſne *Gloſſ. gr. h. v.*

Πρωτεύων Νοταρίων. Freſne d. l.

Secundicerius notariorum. Vide L. 21. *C. Th. de Petitionib.*

Tribunus Notariorum. Ammianus Marcellinus *lib.* XVII. *p.* 181. edit. Gronov. ibique Valeſius, Iſidor. Peluſiot. *ep.* 291. Zoſimus *lib. V. Hiſtor. pag.* 345. et late de his Tribunis

Tribuni Notariorum, qui nunc Secretarii, de illis mentio apud Symmachum epist. ad Arcadium Imperatorem, Marcellin. libro XVII. et Cassiodorum lib. VII. qui appellat *Tribunum chartariorum.*

Notarii decurionum, apud Sueton. in Claud. qui *Censuales* apud Capitolin. in Gordiano.

Notarii militantes, qui nunc Secretarii castrenses nominantur apud Ammianum libro XXIX. et XXX. a Vegetio dicti *Librarii militarium rationum*, libro II. cap. VII.

Notarii Principum, Leg. unica. Cod. De mand. Princip. *et soli dicuntur habere dignitatem:* nam ceteri nuncupantur *Servi publici.* Leg. II. Re pupil. sal. form. ita Spiegelius.

Notarii

bunis notariorum Juretus ad *lib.* V. *Symmachi ep.* 13. Jac. Gothofredus *ad* L. I. C. *Th. de Mandatis Principum et ad* L. 2. *eod de Primicerio et Notariis.* Eleganter illorum munus descripsit Claudianus, ipse Tribunus et Notarius, Principem militiae vocans hunc Tribunum, in *Epithalamio Palladii*

Paulatim vectus ad altum,
PRINCEPS MILITIÆ, *qua non illustrior extat*
Altera, cunctorum tabulas assignat honorum:
Regnorum tractat NUMEROS, CUNEOSQUE *recenset.*
Sparsas imperii VIRES *constringit in unum*
DEPOSITUM; *quae Sarmaticis custodia ripis*
Quae saevis objecta Getis, quae Saxona frenat
Vel Scotum LEGIO, *quantum cinxere cohortes*
Oceanum, quantum pacatur MILITE *Rhenus.*

Numerarii. De his Numerariis exstat titulus Codicis Theodosiani *lib.* VIII. *tit.* I. *De Numerariis, Actuariis Scriniariis et Exceptoribus.* Dicuntur forsan à numerando, quia officium eorum circa publicas civitatum rationes versabatur: chartas enim publicas tractabant earumque notitiam

Notarii Secretorum, apud Vopisc. in Aureliano. Hoc vero Lazium fugit, quod *Notarii frumenti constituebantur in frumenti distributionibus*. Pollux libro VIII. cap. IX.

Pararii apud Senecam II. et III. De Benef. ut interpretatur Gruterus. Quamvis Raevardus libro III. Variar. cap. I. Pararios vocat *Obsignatores*; de quibus Cicero pro Cluentio.

Prochiri & Mesoprochiri. Amanuenses ita vocantur

tiam habebant, publicas rationes administrabant, ratiocinia praestabant et debitorum et reliquorum modum Judicibus ingerebant, *l.* 6. 7. 8. *et* 9. C. *eod.* Dicuntur etiam Tabularii, L. 9. C. *eod.* *Numerarii*, inquit Valentinianus, *qui appellari consueverant*, *Consularium ac Praesidum duntaxat*, *Tabularii posthac nostra sanctione vocabuntur*, vide Jac. Gothofred. *ad d. l.* et late in *Paratitlo ad d. tit.*

Ὀξυγράφοι. Celerrimi Scriptores, Socrates *Histor. Eccles. lib.* II. *c.* 25. 31. et *lib.* VI. *c.* 4.

Pararius. Forsan à *par*, quia inter duos medius est, vel à parare, quia praeparat animos ad emendum, vendendumque, Vossius in *Etymol. p.* 370. Locus apud Senecam est *lib.* II. de *Benefic. c.* 23. et *lib.* III. *c.* 25. Rectius autem Lipsius, per proxenetas vel interventores dictam vocem explicat.

Primicerius notarius. Vox haec *primicerius* saepius jungitur notariis, tabulariis ut supra vidimus, absolute tamen posita, pro substrata materia accipienda est, neque sine additamento notarii vel tabularii posita, hos exprimit, nisi materia subjecta hoc exigat, vide Gothofr. supra alleg. et ad *L.* 19. C. *Th. de Palatin. sacr. largit.*

P*rochiri*, *Melloproximi*. Memoria horum exstat in *L.* 5. 7. *et penult.* §. 1. *Proxim. Sacr. Scrin.* Gothofredi editio habet *mello-*

cantur a Suetonio. Prius nomen habetur lib. XII. Cod. Leg. Jubemus.

melloproximos. Alciatus vero *ad d. tit. Cod. pag.* 511. *Tom.* III. *Oper. Meloproximus* legit à Graeco μελετάω, quod meditari significat, vel à Graeco μέλει, quod curae esse denotat. Idem Alciatus d. l. non ineleganter conjicit in tot. illo tit. olim pro *proximis*, *Prochiros* scriptum fuisse, quia Graeci Προχείρους vocant hosce scribas, quod manu expediti sunt. Et hac ratione etiam *mesoproximus* legi posset. Compositionem hanc Graecae et Latinae dictionis raro admiserunt veteres, auctore Quinctiliano, posteriora tamen secula lubentius haec vocabula receperunt, inprimis cum imperii sedes in Graeciam fuerit translata. Exempla ejusmodi compositorum vocabulorum dedit R. Fornerius *lib.* V. *Rer. quotid. c.* 2. Est autem *Meloproximus*, qui se cum proximo scrinii sacri exercebat curamque cum eo gerebat, velut Subadjuva. Cujacius vero putat, illum dici Meloproximum, qui sequenti anno futurus est proximus, quod forsan verius: nam uterque in *L. penult.* 14. viri clarissimi titulo insignitur, et eadem illis dignitate privilegiisque frui concessit Honorius et Theodosius in *L.* 16. *et* 17. *C. Th. de Proxim. comitibus, dispos.* Inter Proximos vero Scriniorum et magistros scriniorum magnam esse differentiam observavit jam Jac. Gothofredus ad *L. unic. C. Th. de Magistr. scrin.*

Primicerius. Πριμικήριος in Nov. 8. est variorum ordinum, et hinc substantiva, notarius, adjutor, exceptor, scriniarius huic voci plerumque adduntur. Sic Primicerius Notariorum in *L.* 1. *C. de Primicer et secundicerio*, quem Socrates *lib.* VII. *Histor. Eccles. c.* 23. Πρωτοστάτην τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων vocat. Alciat. in *Rubr. Cod. de Primicer.* à κηρὸς, id est, cera, seu κήρωμα, id est, tabula cerea, in qua antiqui scribebant, hanc vocem derivat. Quidam, quod primus in cera vel albo scriptus sit. Alii à cereo, ut Hieronymus in *Chronic.* et Cassiodor. in *Epistol.* quia et Graeci πρωτοκήριος dicunt, quibus adsentitur Connanus *lib.* IV. *Jur. Civ. c.* 14. *n.* 6. Primicerios scribens, Codicillis Principum,

pum, quibus donum aliquod, aut honorem magiſtratumque concedebant, cereum illud ſigillum adpoſuiſſe, ut hodie Cancellarii. Apud medii aevi ſcriptores etiam ſine additione *notarii*, *exceptoris*, etc. occurrit, primum notariorum denotans. Hinc Cujacii ſententiam ad *tit.* 7. *Cod. lib.* XII. praeferrem, ſcribentis τὸ *cerius* eſſe tantum productionem verbi ſine ulla ſignificatione: hinc Suidas πριμικήριον explicat: τὸν πρῶτον τῆς τάξεως, adde Jac Gothofr. *ad* L. 19. C. *Th. de Palatin.* et quae ſupra jam occupavimus.

Primiſcrinius. Hujus extat mentio in *L. ult.* C. *de Muner.* L. *ult.* C. *de Apparitor. praef. praetor.* L. 3. C. *de Diverſ. offic.* Symmach. I. *epiſt.* 33. Ipſi Primiſcrinii etiam dicuntur Primicerii, L.3. C. *de Div. offic.* L. I. C. *de Sportul.* et Jac. Gothofredus ad L. I. C. *Th. de Princip. agentum in reb.*

Protonotarius. Idem qui primicerius notariorum, cujus varia munera exponit Gretſerus ad Codinum, ſupra citatum. Praecipuum ejus erat Pittacia curare, ſeu brevia et res geſtas praecipue conſcribere. Teſtatur hoc Platina in *Vita Julii* I. P.P. *pag.* 91. *Voluit item* (Julius I.) *ut omnia ad Eccleſiam pertinentia per notarios aut per primicerium notariorum conſcriberentur: hos hodie, ut arbitror,* PROTONOTARIOS *vocamus, quorum* OFFICIUM EST, RES GESTAS PRAECIPUE CONSCRIBERE. *Verum noſtra aetate adeo plerique, nolo dicere omnes, literarum ignari ſunt, ut vix ſciant nomen ſuum Latine exprimere, nedum aliorum res geſtas perſcribere. De moribus nolo dicere, cum è lenonum numero et paraſitorum quidam in hunc ordinem relati ſint.* Quod vero olim ſummi et eruditiſſimi viri huic muneri fuerint admoti, ex Aeneae Sylvii *lib.* I. *de Geſtis Baſil. concil.* pulchre docuit Zwingerus in *Theatro vitae human. pag.* 34. *ſequ. Ludovicus Romanus*, inquit, *Protonotarius, jurisperitus, memor erat omnium, quae ipſe unquam aut legiſſet, aut audiſſet; nec oblitus erat eorum aliquid, quae ipſe vidiſſet. Nec ut ceteri Juriſconſulti principia legum in diſputando allegabat, ſed quaſi* Codicem *legeret, ſic textum memoriter referebat. Vir ſummus non admirationi, ſed ſtupori futurus omnibus populis, niſi peſtifera lue vix trigeſimum egreſſus aetatis annum in Baſileenſi concilio periiſſet, cum horis ſex et triginta decubuiſſet.*

Rege-

Regerendarios Marianus nominat, pro Notariis ſeu Singulariis.

Reſcribendarii, qui taxant ſcribarum mercedem. Ibid. Sicut *Summiſtæ Apoſtolici*, qui decernunt, quid

Referendarii. Ῥαιφενδάριοι, ſive Ῥαιφερενδάριοι, ſub prima ſtirpe Francica notarii ſimul erant teſte Mabillon *d. l. lib.* II. *c.* IX. *et c.* XI. §. 3. et 4. quo tempore etiam Caſſiodorum vixiſſe conſtat, qui *lib.* VI. *Var. ep.* 17. ex eorum formula demonſtrat, eos cauſarum ordines principi expoſuiſſe, interpellantium vota cognoviſſe et iis reſponſa reddidiſſe. Secretarii munere functos fuiſſe tradit Salmaſius ad *Vopiſci Aurelianum c.* 36. Adde Freſnium in *Gloſſ. Graec. h. v.* Suidas in *Lexico* voce Ῥαιφενδάριος. ἀξίωμα ῥωμαϊκὸν ἤγουν ὁ ἀναφορεὺς. *Referendarius, dignitas Romana, qui referat mandata*, vide quae ad hunc locum Salmaſius d. l. adnotat. In *Nov.* XI. *de Referendar.* deſcribuntur, qui ad Principem ſupplicum preces referebant, qui nunc libellorum ſupplicum magiſtri audiunt. Et in *Explic. Offic. Sanctae ac magnae Eccleſ.* et Patriarchas ejusmodi Referendarios habuiſſe patet: Ὁ Ῥαιφερενδάριος ἀποστελλόμενος εἰς ἄρχοντας, καὶ εἰς μεγάλους ἀνθρώπους ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως μεμνήματα καὶ εἴ τι ἂν βούληται ἀποστέλλειν, *Referendarius ad Principes et Magnates delegatus à Patriarcha, mandata ejus, et ſi quid aliud velit, defert.* Adde Gutherium *lib.* III. *de Offic. dom. Aug. c.* VIII. *p.* 567.

Regendarius. Pancirollus ad *Notit. imp. orient. c.* 18. *p.* 13. Regerendarium à Theodoſio *libellenſem* vocari exiſtimat. Verum rectius Gutherius *lib.* II. *de Offic. dom. Aug. c.* 15. *p. m.* 421. à regerendo Regerendarios fuiſſe dictos conjicit, unde *regeſta* denominantur: nam evectiones regerebat, id eſt, in librum ſeu regeſtum referebat.

Regerendarii. Iidem qui regendarii, à regeſtis ſeu conſtitutionibus illis quae ad ſpeciale alicujus judicis officium perti-

quid a Secretariis oporteat registrari. Tolosanus lib. XV. Syntagm. c. XLII.

Scripturarii, inquit Nonius cap. I, quos nunc Tabularios dicimus, qui nomina omnia urbium et provinciarum complectebantur.

Scriptores, qui dictaturam minutam in forma literarum conscribunt. Notarii enim numquam, nisi

pertinebant, inque ejus judicis gesta seu acta referebantur. Ipsa etiam judicium, acta et monumenta *regesta* dicebantur, vid. Jac. Gothofred. ad L. 14. *C. Theod. de Indulg. debit.*

Registratores. De his vide Mabillon. *de Re diplom. lib.* II. *c.* 13. §. 11. et Strauchium *Eclog.* I. *Amoenit. Jur. Canon. c.* 14.

Responsales, seu *Responsarii.* Pro Apocrisiario vel notario accipi haec vocabula docuit Dion. Gothofred. ad *Nov.* CXXIII. *c.* 25. quodque confirmat Du Fresne in *Glossar. Latin.* voce *Apocrisiarius.*

Scripturarii. Sinistre in fragmento Lucilii ex *lib.* XXVI.

Publicanus vero ut Asiae fiam scripturarius pro
Lucilio, id ego nolo, et uno hoc non muto omnia

Nonium explicasse vocem scripturarii pro Tabellario, observavit jam Turnebus, et ex eo Fr. Douza. Aliter vero allegat verba Lucilii Nonius *c.* I. *de Proprietate Serm. num.* 172. *Publicarum rerum assuefiam, ut scripturarius.* Quae verba facile in errorem ducere illum poterant, unde Auctori haud adstipulor. De vectigali, quod *Scriptura* dicebatur, pro pecudibus in pascua publica immittendis Publicano solvendo, vide supra, quibus adde Cl. Burmannum in *Diss. de Vectigal. c.* 4.

Scriptores, seu *scribae.* Perinde enim hae voces apud antiquos accipiuntur, Cicero ad *Famil. lib.* II. *ep.* 4. Diversi erant à notariis, quod compendiosam scripturam in literas

nisi minuto charactere scribebant; ut observat Janus Mellerus Palmerius in Spicilegiis: *Veteres omnes*, inquit, *majusculis literis totos perscribebant*

literas redigerent. At num majusculis literis totos codices perscripserint, minutasque literas plane ignoraverint veteres, ingenia eruditorum mire vexavit. Apud Judaeos certe volumen legis quadratis literis absolute scribendum erat, ceu Buxtorfius *Diss.* IV. *de Literar. Hebraic. antiqu.* Cl. Leusden. in *Philol. Hebr. Dissert.* XI. et Richard Simonius *lib.* I. *Hist. Critic. Vet. Test. c.* 21. latè docuerunt. Graeci pariter usi fuere majusculis literis seu capitalibus, et MSCta vetustissima his literis, sine ulla distinctione et accentibus superbire ostenderunt P. Lambecius in *Comment. de Bibl. Caes. lib. II. c.* 7. *pag.* 521. *sequent.* et passim alibi. Leo Allatius in *Animadvers. ad Fragm. Antiqu. Etrusc. c.* 36. *p.* 56. *sequ.* Montfaucon. *lib.* III. *Palaeograph. c.* I. *et c.* 6. ubi de literis uncialibus Seculi VIII. et IX. Romani quoque ignorarunt nostrum scribendi genus iisque literarum figuris scripserunt, quas capitales hodie vocamus. Haud tamen diffitendum erit, minusculis literis fuisse usos veteres, etsi forma earum eadem quae capitalium. Majusculas literas Petronius *quadratas* vocat, in *Satyr. c.* 39. Plautus *cubitales* in *Rudent. Act. V. Sc.* II. *vs.* 6. *Cubitum hercle longis literis signabo jam usquequaque si quis perdiderit vitulum.* Et in *Poenulo* A. IV. *Sc.* II. *vs.* 15. *nomina insunt, cubitum longis literis.* Cicero *IV. in Verr. c.* 34. *grandes.* Ovid. III. *Eleg.* 3. *Grandibus in tumuli marmore caede notis.* Trebellius Pollio in *Censorino c. ult.* *Exstat ejus sepulchrum in quo grandibus literis* etc. *Unciales* vocat Hyeronym. *Praefat. in Job.* Quadratae dicebantur à literis H, M, N, Π, rotundae etiam a literis E, Θ, O, C, judice Montfaucon. *d. l. lib.* III. *c.* I. *p.* 185. Unciales dicuntur, quia unciae, quae est pars duodecima pedis, altitudinem habuerunt, Budaeus *lib.* I. *de Asse Unciales*, ait, *literas Hieronymus intelligi voluit pollicis crassitudine exaratas*, et *lib.* V. *eod. Uncialem altitudinem pollicarem intelligit, id est, digiti et trientis.* Sic ut unciales literae fuerint maximae definita earum mensura et quanti-

libros; minuſculas Notariis relinquebant, quarum uſum Papyrianus non niſi occupatis et negotioſis indulgebat. Majuſculae autem erant, quas cum Petronio

tate, docente Mabillonio *lib.* I. *de Re diplom. c.* XI. *n* 4. contra Leonem Allatium. Quid autem faciemus literis minutis? Et illas habuiſſe Romanos extra dubium eſt. Comprobat hoc ratio et numeroſae Romanorum Bibliothecae, quae in tantam magnitudinem vix potuiſſent excreſcere, ſi omnes libri uncialibus literis deſcripti fuiſſent. Confirmant hoc commendationes veterum: *cura bene ac velociter ſcribendi* apud Quinctilian. *lib. I. c.* I. Teſtantur hoc demum teſtimonia Plauti *Bachid. Act.* IV. *Sc.* 9. *vs.* 68. 69. *Euge literas minutas.* Ciceronis IV in *Verr. c.* 43. *Signum Apollinis pulcherrimum cujus in femine* literulis minutis *argenteis nomen Myronis erat inſcriptum.* Seneca *epiſt.* 95. *Recitator hiſtoriam ingentem attulit* minutiſſime *ſcriptam.* Sueton. *in Caligula c.* 4. *pr. Tandem flagitante populo Romano propoſuit quidem legem: ſed et* minutiſſimis literis *et anguſtiſſimo loco; uti ne cui deſcribere liceret.* Plinius *lib. III. ep.* 5. *Electorum commentarios centum ſexaginta mihi reliquit opiſtographos quidem minutiſſime ſcriptos.* Vopiſcus *in Tacito c.* XI. *legit ſane ſenex* minutulas literas *ad ſtuporem.* Ceterum characteres ligati ex Tachygraphorum literis et actis ad libros MSctos emanaſſe probat Montfaucon *lib.* IV. *Palaeogr. c.* I. Exemplum minutiſſimae ſcripturae prodit Lambinus *ad Horat. de Art. Poet. pag.* 290. de Camillo Spannochio, *qui Virgilii opera in membrana literis ita minutis et tenuibus deſcripſit, ut* XXVI. *columnis quarum unaquaeque* 540. *circiter verſus contineret, comprehenderentur, cum tota membrana longitudine digitos* XIX. *altitudine* XIV. *non ſuperaret.* Sic literas minutas ſingulari artificio exaratas, teſtatur Ilias Homeri in nuce incluſa, de qua Plinius *lib. I. c.* 21. et in Seſamo diſtichon literis aureis inſcriptum, de quo Aelianus I. *Var. hiſt. c.* 17. quod merito παρανάλωμα τȣ͂ χρόνου vocat Aelianus, quodque nihil operatur aliud, quam ut Scriptura non legibilis reddatur, ceu de numeroſis MSCtis Aldrovandi teſtatur *Diarium Italic. Klautii p.* 72. *Caſell.* 1722. *in fol.*

Scrinia-

tronio vocamus *quadratas*, vel *unciales*, ut divus Hieronymus in Praefat. ad Job; vel *Apices*, ut Sidonius, notante J. Baptista Pio.

Scriniarii. *Dicti sunt*, inquit Du Cange in *Gloss. qui in scriniis operam suam locabant, et Scriptorum vices agebant. Papias: Scriniarii, libellarii, Chartularii publici.* Suidas, vid. Jac. Gothofr. ad *tit. Cod. Th. de Magistr. Scrinior.* Et de Scriniis illis quatuor, libellorum, memoriae, dispositionum et epistolarum, Panciroll. *Not. dign. Imp. Orient. pag.* 22. *et* 125. Salmasius ad *Aelii Lamprid. Alexandr. Sever. c.* 31. Scrinia vero capsulae erant in quibus libros, scripta, aliaque secreta reponebant, teste Isidoro et Plinio *lib.* V. *epist.* 5. Erant etiam in Ecclesia Romana Scriniarii XII. qui scrinia publica scripturarum curabant, epistolas à Cancellario et Protoscriniario dictatas scribebant, instrumenta, donationes et reliqua conficiebant. Macri fratres in *Hierolex.* h. v. *Scriniarius.* Notarius, scriba, archivista, qui licet in primitiva Ecclesia ad colligenda Martyrum acta instituti fuerunt, processu tamen temporis ad formandas Apostolicas bullas additi sunt, ut ex epp. Sergii IV. patet: *scriptum per manus Benedicti Notarii Regionarii et Scriniarii S. R. E.* Primus horum erat Protoscriniarius, Archivista, Bibliothecarius, Cançellarius, Protonotarius, lib. V. Decretal. tit. 7. c. 12. Magister scrinii, Sozomen. *lib.* VII. *c.* 13. ubi de Magistro ejusmodi Benivolo, qui cingulum ad pedes Justinae Valentiniani II. Imp. matris abjiciebat, Arrii impium dogma stabilita lege nolens confirmare. Scriniarii appellabantur tabelliones est vulgare Romanorum, Gloss. *in cap. ad Audient. l.* 2. *decret. de Praescript.*

Secretarius. A secreto judicis, seu loco judicii, ubi judex cum Adsessoribus considebat *L.* 14. *C. de Testib.* In secreto enim causas examinabat judex, unde phrasis explicanda elegans: *levato velo agere.* Dempster. *ad Coripp. p.* 16. et J. Gothofr. ad *L.* 1. *C. Th. de Offic. Rect. prov.* Panciroll. 1. *Var. lect. c.* 77. Et hoc in significatu Scriptores Ecclesiastici illa voce utuntur, Pithoeus *lib.* II. *Advers.*

Symbolographi, nunc Regiſtratores; qui ordinem Cancellorum tenent.

Subad-

Advers. c. 12. *in Thes. Critico Tom.* II. Mornac. ad *L.* 12. *Cod. de Teſtib.* In medio aevo *ſecretum* notabat ſigillum, vide Chartam apud ill. P. à Ludewig in *Reliquiis MSCt. tom.* 1. *p.* 393. A ſecreto igitur venit Secretarius, qui perſona publica eſt, judicii minus principalis, adlecta à judice vel Senatu ad acta ſcribenda, obſervanda, partibus exempla danda, eademque in archivo cuſtodienda. Officium et jura ejus ex Jure topico cujusve civitatis, Schiltero de *Secretariis*, et Lyſero ſupra allegatis, ſunt repetenda. In actis conciliorum Notarii et Secretarii munera conjunguntur, *Act. Concil. Tom.* II. *p.* 134. 37. *et paſſim*, et Frenius in *Gloſſ. Lat.* voce *Notarius* teſtatur, Secretarii et Notarii munera olim diverſa, poſtea conjuncta fuiſſe.

Σημειογράφοι. *Scribae compendiarii*, à τῶν σημείων notarum ſcriptione, de quibus abunde ſupra, et Du Freſne in utroque Gloſſar. Dillherr. in *App. Philolog. p.* 491.

Sigilliferi. Mabillon. de *Re diplomat. lib. II. c.* 13. §. 11.

Singularii. Nonnulli ſingulas ſeu ſinglas, id eſt, ſingulas literas ſcripſiſſe, et inde denominatos fuiſſe exiſtimant. Sed vix uſum habere poterat hoc munus, quoniam Juſtinianus etiam hanc ſcribendi rationem per ſigla in Conſt. de *Veter. jur. enucl.* improbavit, rectius ſingulares Pancirollus in *Not. Imp. Occid. c.* 20. ſic dictos fuiſſe contendit, quod à ceteris omnibus ſcriniariis eſſent disjuncti; vel cum veteri Gloſſa ſingulator ἱππαστὴς κέλης, equitator, qui equis deſultoriis utitur, intelligendus erit. Caſſiodorus ſingularios excubias egiſſe oſtendit *lib.* II. *c. de Primicerio Singulariorum.* Panciroll. *lib.* II. *Var. c.* 188. Gutherius, *lib.* II. *de Offic. dom. Aug. c.* 14. Milites ergo, ſeu ſtipatores potius magiſtratuum fuerunt, quam ſcribae.

Subad-

Subadiuvae, Graecis ἀντίγραφοι, nunc Contraro-
Mm 3 tularii,

Subadjuuae. Erant quasi adjuvantes adjutoris seu Adjutoris Vicarii, primi in officio Magistri officiorum. Errat autem Pancirollus Primiscrinios fuisse dictos conjiciens in *Notit. Imp. Orient. c.* 16. quum Primiscrinius ab Adjutore et Subadjuva separetur in *l.* 3. *C. de Divers. offic.* Guther. *d. l. c.* 13. Alciatus *lib.* VIII. *Parergor. c.* 19. Wolfg. Lazius *Comm. Reipubl. Rom. lib.* II. *c.* 4. *p.* 128. Inter cetera id muneris eorum fuit, ut Leges intimarent, seu in memoriam revocarent, Jac. Gothofred. ad *L.* 3. *C. Th. de Agent. in reb.*

Subscribendarius. Hujus meminit Constantinus in *L.* 1. *C. Th. de Erogat. milit.* Cujacius hunc cum Actuario confundit, quod Gothofredus *d. l.* recte refellit, quia Actuarius in singulis numeris fuit; Subscribendarius vero unus tantum sub comite vel duce rei militaris. Dein et munus Subscribendarii diversum fuit ab Actuarii munere: ille enim commonitorium, siue scriptionis indicium nomine Comitis et Ducis conscriptum mox subscribebat, quae subscriptio hac fere formula ad Procuratores continebatur: *Huic Tribuno tantum annonarum dabis.*

Summarii. Iidem qui ratiocinatores, computatores ψηφισαὶ. οἱ ἀριθμοῦντες *Nov.* 30. 44. *et* 58. ibique Cujacius.

Summistae. De his Auctor noster in voce *Rescribendarii*, et Du Cange *d. v.*

Symbolographi. Vide Lazium in *Com. Reip. Rom. lib.* II. *c.* 4. *p.* 128.

Tabellarius. In medio aevo pro eo, qui rationes conficiebat, nonnumquam accipiebatur, Sidonius ad *Petrejum, lib.* IV. *ep.* 10. *Sed et ille suscipiebat hunc granditer habens eum consiliarium in judiciis, vicarium in Ecclesiis, Procuratorem in negotiis, villicum in prædiis,* TABELLARIUM
IN

tularii, qui ex oppoſito ad majorem fidem acta tranſcribunt.

IN TRIBULIS, *in lectionibus comitem etc.* Niſi mavis legere *tabularium*, quod veroſimilius videtur.

Tabelliones. De his jam egimus in Opuſc. *de Scribis, pag.* 505. Late Fr. Amaya ad *L.* 34. *C. de Decurion.* non fuiſſe vile et abjectum hoc munus probans. Plerique tamen confundunt munus tabularii et tabellionis, Herald. *ad Jus Attic. ſupra alleg.* vide etiam Freſnium in *Gloſſ. graec.* voce γραμματεῖον et *Gloſſ. Lat. praefat.* §. 26. Mabillon. de *Re diplom. lib.* II. *c.* 13. Montfaucon. *Palaeogr. lib.* I. *c.* 5. *p.* 35. et VII. *p.* 80. qui Tabelliones ſervos publicos faciunt per *L.* 18. *D. de Adoption.* et *L.* 2. *C. eod.* ubi Tabelliones dicuntur ſervi publici. At per *L.* 3. *C. de Tabulariis.* ad tabellionatum homines liberi ordinari debent. Verum nulla harum legum ad Tabelliones pertinet: noſtri enim publica inſtrumenta conficiebant et fidem publicam à lege merebant, ut recte Amaya *d. l. n.* 32. obſervavit. Paucis, Tabelliones erant contractuum et teſtamentorum ſcriptores, *L.* 14 §. 3. *C. de S. S. eccles. L.* 1. *C. Ut nemo ad ſuum Patrim. L.* 2. *C. de Eunuch. L.* 17. *C. de Fide Inſtr. Nov.* 52. *c.* 2. *L.* 24. *C. de Teſtam.* Et in *Nov.* 44. dicitur, ſtationes ſuas habuiſſe, *gradus* et *ſcamna* dictas, et miniſtros ſive diſcipulos, pariter et adjutorem ſeu ſubſtitutum confirmatum apud acta magiſtri cenſus, Cujac. ad *Nov.* 44.

Tabularii. Olim erant ſervi, ſcribae rationum domeſticarum, poſtea triplicis fere generis fuere, vel privati tabularii, vel tabularii judicum, vel tabularii civitatum et Palatini miniſterii. Illos, qui rationes publicas tractabant Arcadius et Honorius ſervituti obnoxios eſſe vetuerunt in *L.* 5. *C. Th. de Tabul. Logogr. et Cens.* eorumque officium erat, calculare rerum fiſcalium et privatorum rationes, easque conficere et in publicum aerarium inferre. Panciroll. in *Not. Imper. c.* 7. J. Savaro ad *Sidon. Verb. ſalaria Tabulariis.* Juretus ad *Symach. lib.* IX. *ep.* 10. In hos

Praeter haec de Scribis scripta, remitto ad ea quae Laevinus Torrentius scripsit accurate de or-
Mm 4 dine

hos quoque severam tulerunt legem Grat. Valentin. et Theod. in *l.* I. *C.Just.* ignis poenam tabulariis fraudulentis, qui immunitates ambitu et fraude alicui concesserant, dictitantes. Hi sunt Tabularii civitatum, de quibus in tit. *Cod. Th. de Tabular. logogr et Cens.* qui à tabulariis, qui in officio judicum sunt, ideoque et *tabularii apparitores* audiunt, distinguuntur, J. Gothofred. ad L. I. *d.* I. Horum sine dubio meminit Amm. Marcellin. *lib.* XXVII. Juret. ad *Symmach. lib.* IX. *ep.* 10. Tabularii vero civitatum singulis civitatibus necessarii dicuntur in L. *ult. eod. Publici* in L. 2. C. *Th. de Ann. et trib.* eorumque officium *municipale* et *publicum* vocatur in L. 2. C. *Th. de Tabular.* finitoque officio ad curias nominabantur, vid. Jac. Goth. *ad d.* L. I. Panciroll. in *Not. Imp. Orient. c.* 77. et de *Magistrat. munic. cap.* 21. *p.* 195.

Ταβȣλάριοι *et* Ταβȣλλάριοι, Fresne in Gloss. Graec. d. v. et Montfaucon. *d. l. lib.* I. *c.* VII. *p.* 76.

Tachygraphi. De his actum jam supra, vide Montfaucon. *pag.* 35.

Tractores, seu *Tractatores*, *Tracteotae.* Hi tractabant rationes, erantque scriniarii, annonas publicas computantes, auctore Juliano Edict. IV. τὸ τῆς Φοινίκης σκρίνιον τρακτεύοντος, *Nov.* 122. *c.* I. *Nov.* 123. *c.* 3. *Nov.* 124. *c.* I. Glossar. *Obscur. verb. Juliani* voce *Tracteotae.* Cum Chartulariis pari conditione et honoris gradu fuisse illos verosimile est: hi enim largitionales titulos scribebant, seu tractabant, et iterata cura revidebant et retractabant. Vox autem *retractare* notat iterum examinare, ut probat Ulpianus in *L.* 29. *princ. D. de Jure Fisci L.* 31. *in fin. D. de Jurejur.* Tiraquell. de *Retract. in praef. n.* 6. Inde vox *Tractores*, qui rationes tractabant, *L.* 10 *C. de Numer. act. et Chartular. L.* 6. C. *de Execut. et exact.* adque illas Cujacius et Gothofredus,

Sic

dine ſcribendi libro I. Comment. Horat. Satyr. V. verſ. LXVI.

CAPUT XXXIII.

De rarioribus quibusdam inſcriptionibus.

COMMUNES rerum fere obviarum inſcriptiones negotioſo labore nonnulli diligenter obſervarunt; inter quos inſignis opera eſt Raimundi Fuggeri, Gruteri, et illorum qui in Batavia nuper Inſcriptiones cum Auctario Lipſii ediderunt: Nathanis item Chrythraei, et Franciſci Swertii, qui ambo ſcripſere Delicias; hic, orbis, ille variorum in Europa Itinerum: hoc eſt, Inſcriptiones ſepulchrorum in templis, Nidorum in

Sic abſolvimus operoſam de Scribis materiam, quorum diverſa nomina ordine alphabetico, facilius ut in ſenſus oculosque Studioſorum incurrerent, curſim explicavimus. Reſtaret ut adcuratius in ſingulorum munera, fata, origines et jura inquireremus, temporum intervallis preſſius enucleatis, quibus ſubſidiis hiſtoria Scribarum redderetur illuſtrior, haecque pars antiquae hiſtoriae literariae clarior, foecundior. Verum quum ſcopus hujus libelli haec non ſinat, et materiae dignitas longiorem temporis tractum exigat, hisce minutis fruere Lector, donec alii meliores proferant dapes, vel ipſe mihi mollius otium ſingula ruminandi indulgeatur,

in Bibliothecis. Imaginum in compitis, Cipporum in triviis, Fontium, Hortorum, etc. *

Nolo hoc loco ſemel appoſitas delicias iterum inferre. Illud unum propoſui, ſecretiores quasdam et non obvias inſcriptiones protrudere. Quae an caput coenae inter delicias illas eſſe poſſint, an bellaria, nihil laboro; imo nec pro deliciis vendo,

* Omnium memoratu digniſſimum eſt Jani Gruteri corpus inſcriptionum, de quo Reineſius vere judicat in *Praefat. Inſcript. pag.* 3. *Opus, cui ſimile nec viſum ante nec poſt videndum*, ex recenſione Cl. J. G. Graevii Amſtelaedami 1707. 2. tomis. Plura de hoc legere datur in erudita Praefatione Cl. P. Burmanni tomo 1. Gruteri praemiſſa. Adde Baylium in *Lexic. Artic. Gruter.* et J. Clerici *Bibliotheque choiſie Tom. XIV. P.* 2. *ſequ.* Supplementum harum inſcriptionum promiſit Jo. W. van Meel, verum lucem non aſpexerunt. Dedit autem praeclarus Reineſius Supplementum in Syntagmate Inſcript. Antiq. cum Commentar. opere poſthumo, Lipſiae 1682. in fol. vide Acta Erudit. *Ann.* 1682. *p.* 89. et Morhofium in *Polyhiſt. Tom.* 1. *lib.* IV. *c.* 14. §. 26. Conr. Sam. Schurtzfleiſchius in *Epiſtol. arcan. tom. II. ep.* 69. P. Servium multas falſas inſcriptiones Reineſio impoſuiſſe ſcribit, quas hic bona fide publicavit. Hunc excepit Raph. Fabrettus in Inſcriptionib. Romae 1699. in fol. ſubinde Reineſium notans. Huc pertinent etiam Sponii Miſcell. eruditae antiquit. ſeu Supplem. Grut. Lugduni 1679. et 1683. fol. et ejusdem epiſt. Itinerar. Item Sertorii Urſati Marmi eruditi overo lettere ſopra alcune antiche inſcrizioni 1660. primum editae, iterumque à Jo. Ant. Urſato 1719. Adde C. C. Malvaſii Marmora Felſinea Bononiae 1690. fol. Petr. Sancti Bartolii Monumenta veterum ſepulchralia cum explicationibus Petri Bellorii Italice ſcriptis, Romae 1691. fol. et latina civitate donatis ab Alexandro Dukero Tom. XII. Antiquit. Rom. His junge Inſcriptiones Marquardi Gudii Cl. Heſſelii cura 1733. in folio editas, vide Bibliotheque Raiſonnée 1733. *menſe April. pag.* 243. *ſeq.* Omnibus forſan palmam praeripiet Anton. Franc. Gorius, de quo vide *Acta Eruditor.* 1728. P. I.

do, sed propono Lectori ut emat, aut contemnat.

Igitur domorum januis olim inscribi solitum, *Cave canem*. Lambinus in Mostell. Plautin. observat. Imo et canem appingi solere, auctores sunt Varro apud Nonium, voce Praebitio; et Petronius, cujus postremi haec verba: *Non longe ab ostiarii cella canis ingens catena vinctus in pariete erat pictus; superque quadrata litera scriptum, Cave canem.* *

Scali-

P. 1. et 2. Graecas inter Inscriptiones prima est illa βυστροφηδὸν exarata, quam singulari Commentario illustravit Edmundus Chishullius 1721. Londini, et in Antiquitatibus Asiaticis 1728. editis, ubi de hac et aliis antiquissimis Graeciae inscriptionibus plura. Inter Romanas inscriptiones antiquissimum monumentum praebet fragmentum columnae Duillianae, quam post Petri Ciacconii singularem librum, una cum inscriptione Scipionis antiquissima illustravit Vir Cl. Jo. Nic. Funccius *libro* v. *de Pueritia linguae Latinae.* De antiquis inscriptionum collectoribus vide J. A. Fabricium *lib.* IV. *Biblioth. Latinae c.* 5. *pag.* 573. De utilitate Inscriptionum consule S. Pitisc. in *Praefat. Lex. Antiqu.* et M. A. V. N. *de Usu et excellentia studiorum antiquitatis, inprimis Marmorum,* Hagae Comit. 1626. f. Promisit etiam Scipio Maffejus librum *de Arte Critica lapidaria,* vide *Nova Litter. Erud.* 1722. *p.* 5.

* De Vitellio refert Suetonius in *Vitell. c.* 16. confugisse eum in cellulam Janitoris, religato prae foribus cane, ubi vide Casaubonum et Gatakerum in *Miscellan. Theolog.* p. 387. Canes itaque instar servi janitoris erant, qui ad januas catenis alligari solebant, de quibus abunde Pignorius *de Servis.* Ne quis autem ignarus in in periculum incurreret, in tabula cellae formulam scribebant. *cave, cave canem.* Petronius *Satyr. c.*29. Hinc enata est formula: *βλέπε κύνα, cave canem,* quem titulum Var-

ro

Scaliger in Festo, * notat, januis solere etiam inscribi, *Arse verse*, ad averruncandum incendium.

Vivis

ro Satyrae cuidam dedit. Adrianus Turnebus *lib.* XV. *c.* 4. furiosos canes, ex quorum morsu praesens vitae periculum metuendum, adagium hoc respicere autumat. Utitur et illo Apostolus Paulus ad *Philipp. III. vs.* 2. **Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, Cavete canes, cavete malos operarios.** Sed magis est, ut à locis sacris abigerentur canes, prout sollemne erat Graecis, Coler. in *Parergis cap.* 16. *pag.* 369. *tom.* I. *Thesaur. Juris*, et Plutarchus in *Quaest. Roman. pag.* 285. 290. Sicut nefas esset Flamini Diali nominare canem, eodem Plutarcho auctore, quod adhuc hodie Moscovitae observant, adeo ut si canis templum intret, de novo illud consecrent, teste Tentzelio in *Menstruis Anno* 1698. Hinc pro convitio Paulus d. l. vocem *canes* accipit, et sic apud *Matth.* VII. *vs.* 6. et II *Petr.* II. *vs.* 22. Ceterum prae foribus templorum Graeci vinctos tenebant canes excubantes, Cl. Hemsterhusius ad *Lucian. Dialog. pag.* 98. et Casaubonus ad *Aristophan. Equit. vs.* 1014.

* Voce, *Arse verse*, citans versum Afranii: *Inscribat aliquis in ostio* ARSE VERSE, quodque Plinius confirmat *lib.* XXVIII. *Etiam parietes incendiorum deprecationibus conscribuntur.* Sic hodie in nonnullis regionibus, ubi superstitio adhuc regnat, rustica gens vilesque animae crucibus aliisque signis ad incendia deprecanda aedium parietes munire solent. At et alia inscribebant aedibus. Occupati, teste Plauto in *Asinar. A.* IV. *Sc.* I. *vs.* 15. in foribus scribebant, occupatos se esse: *In foribus scribat occupatam esse se.* Hinc antiquitus scutis prae pensis indicem illius artis qua quis vitam agebat, exhibebant, ut his in oris adhuc hodie magnis in civitatibus solemus. Majorum virtutes pariter, nomina et originem et quae plura in valvis exprimebant. Abunde haec testatur Ennodius *lib.* I. *Carmin. epigr.* 17.

Navita

Vivis arboribus amantes inſcribebant. Virgilius Eclogâ x. *

Certum eſt in ſilvis inter ſpelaea ferarum
Malle pati, tenerisque meos inſcribere amores
Arboribus: creſcent illae, creſcetis amores.

Ovidius Oenone:

Et quantum trunci, tantum mea nomina creſcent;
Creſcite, et in titulos ſurgite rite meos.

Vide Pontanum noſtrum in Ovidium. Noſtrum item De la Cerda in Virgilium, et Meurſium in Theocritum.

Pom

Navita per poſtes ſuſpendit munera Ponti,
IN FORIBUS PROPRIIS *flumina parta gerens.*
Venator PORTIS *apponit* MISSILE FERRUM,
Veſtibulum galea comitur armigeri.
DISCITUR IN VALVIS ARS, VIRTUS, NOMEN, ORIGO.
Nos frontis ſigno credimur eſſe Dei.
Sic noſtrorum pande ſtudium dux litera recti,
UT DOMUS INGENIUM NON TACEAT DOMINI.
Qui geſtas Latium ſatiatus pectora rorem
Aſpice ſerpentes hic Heliconis aquas.

Et quae mox Auctor de amicarum januis ipſe adduxit.

* *Vs.* 50. Ovid. *Heroid. Ep.* V. *vs.* 23.

Add

Pomo * et *florum foliis* † fuiſſe quaedam inſcripta diximus ſupra, ubi de materia in quâ.

Amica-

* Adde ſupra dictis *pag.* 153. Anton. Liberalem c. 1. Μεταμορφωσεων. Καὶ inquit ἐπιγράψας μῆλον, ἔῤῥιψεν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος· ἡ δὲ ἀνείλετο, καὶ ἀνέγνω. ἐγέγραπτο δὲ ὅρκος κατὰ Ἀρτέμιδος, ἦ μὴν γαμηθήσεσθαι Ἑρμοχάρει Ἀθηναίῳ· ἡ μὲν οὖν Κτήσυλλα ἀπεῤῥίψε τὸ μῆλον αἰδεσθεῖσα, καὶ χαλεπῶς ἤνεγκεν, ὥσπερ ὅτε Κυδίππην Ἀκόντιος ἐξηπάτησεν. Haec ad verbum ita Latine, adcuratius forſan interprete, reddere poſſes: *Et inſcriptum pomum abjiciebat in templum Dianae: Haec vero tollebat et legebat. Inſcriptum erat juramentum per Dianam: profecto nubam Hermochari Athenienſi. Haec igitur Cteſylla abjiciebat pomum, pudore ſuffuſa, et aegre ferebat, ſicuti quando Cydippen ſeduceret Acontius.*

† Palmarum foliis inſcripſiſſe Ægyptios teſtatur Plinius *lib.* XIII. *c.* XI. ubi *malvarum* docuit legendum eſſe Salmuth ad *Panciroll. lib.* I. *Rer. deperd. tit. de Habitu Imperatorum pag.* 398. contra quem Scaliger in libello contra Gvilandinum recte diſputat, cui etiam adſtipulatur Auctor noſter *d. c.* X. De ſcriptura in foliis arborum, ita Virgilius *lib. III. Æneid. vs.* 344. et *lib.* VI. *vs.* 74.

Foliis ne tantum carmina manda
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Et Juvenalis *Satyr.* VIII. *vs.* 126.

Credite me vobis folium recitare Sibyllae.

Et hunc ſcribendi morem diu Indos ſervaſſe, teſtis eſt Oſorius *lib. II. de Rebus Emanuelis, Luſitaniae Regis.* In foliis oleae Syracuſanos judices exulum nomina ſcripſiſſe docuit Diodor. Siculus *lib. II.* Et ſortes capitales apud Graecos frequenter foliis inſcriptas fuiſſe argumento vocis ἐκφυλλοφόρησις id eſt, *condemnatio*, non invenuſte concludit Junius *lib. II. Animadverſ. c.* 5. Generatim florum foliis inſcripſiſſe veteres, teſtatur Ovidius *lib.* V. *Faſtor. de Floralibus vs.* 223.

Prima Therapnaeo feci de ſanguine florem
Et manet in folio ſcripta querela ſuo.

Virgil.

Amicarum januis proci inscribebant earum laudes. Plaut. Mercat. *

Impleantur meae fores eclogiorum carbonibus.

Aristo-

Virgil. *Eclog. III. vs.* 106.

Dic quibus in terris inscripti nomina Regum
Nascantur flores.

Propertius *lib.* 1. *eleg.* 18. *vs.* 22.

Scribitur et vestris Cynthia corticibus.

Formula qua commendabant Amasiis suis nomina floribus inscripta, haec erat: ὁ δεῖνα καλὸς ille formosus est, pulchra Pasicompsa, vide Petrum Victorium *lib.* xv. *Variar. c.* 5. Callimachi *Fragm.* xxv. ex Scholiaste Aristophanis

Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε
Γράμματα, Κυδίππην ὡς ἐρέουσι καλήν.

Sed corticibus incisas tot ferte
Literas, Cydippen quot dicent pulchram.

Ubi Cl. R. Bentlejus restituit φλοιοῖσι pro φύλλοισι, cui et Cl. J. C. de Pauw adsentitur *lib. I. ad Aristinaetum epist.* 10. *pag.* 65. non immerito conjiciens, et Scholiastem ita scripsisse. Ceterum nec alios habebit adsentientes Bentlejus, insulsum esse amatorem existimans, qui amatae nomen perituris foliis inscribat. Folia enim varii generis ad scripturam veteres adhibebant, et superiora contrarium liquido ostendunt. Recte etiam monuit contra Bentlejum Cl. J. C. de Pauw, cujus studium in Graecis literis dudum laudavit elegantissimus Kuster ad *Aristoph. Plut. pag.* 1. in Scholiis Aristophanis omnino legendum esse φύλλοις. Et hoc videtur confirmare vox praecedens ἢ δένδροις *vel arboribus*, quasi Scholiastes ad *Acharn. vs.* 144. voluerit indicare differentiam inter scripturam arboribus insculptam et foliis mandatam. Adde *Schol. Aristoph. Vesp. vs.* 98.

* *Act. II. Sc.* 3. *vs.* 72.
Contemplent, adspiciant omnes, nutent, sibilent,
Vellicent, vocent, molesti sint, occentent ostium
Impleantur meae fores elegiorum carbonibus.

Sic

Ariſtophan. de Pyrilampe formoſiſſimo in Veſpis:

> Καὶ νὴ Δί' ἄν ἴδῃ γέ που γεγραμμένον,
> Τὸν Πυριλάμπους ἐν θύρᾳ δῆμον καλόν:

> *Si fortè ſcripta vidit ad quasdam fores*
> *Haec verba: Bellus Pyrilampis vicus eſt.*

Formo-

Sic *elegia* vocat Plautus inſcriptiones illas, à Graeco ἐλεγεῖον, quo vocabulo uſus eſt Auſonius, pro inſcriptione ſive titulo puellari zonæ intexto. Elegia mavult legere Scipio Gentilis in *Parerg. ad Pandect. cap.* 29. haec Ovidii *lib. III. Amor. eleg.* 1. *vs.* 53. allegans.

> *Ah quoties foribus duris inciſa pependi,*
> *Non verita à populo praetereunte legi.*

Mallem ego elogia, quae vox inſcriptionem, laudem pariter et vituperium alicujus continentem, ſignificat. Videſis ſupra *pag.* 385. *in Notis.* Sic et meretricum cellis et januis tituli inſcribebantur. Pertinet huc Tertullianus in lib. de *Pudicitia. Ipſa etiam proſtibula publicae libidinis hoſtiae in Scena proferuntur plus miſeriae in praeſentia feminarum, quibus ſolis latebant, perque omnis aetatis, omnis dignitatis ora transducuntur: locus, ſtipes,* ELOGIUM *etiam quibus opus non eſt praedicatur.* Senec. Controv. 1. *Meretrix vocata es, in communi loco ſtetiſti* SUPERPOSITUS EST CELLAE TUAE TITULUS. Et iterum: *Educta es in lupanar: accepiſti locum, pretium conſtitutum eſt:* TITULUS INSCRIPTUS EST. Martialis *lib.* XI. *Epigr.* 45.

> *Intraſti quoties* INSCRIPTAE *limina cellae.*

Durantius *lib.* 1. *Var. c.* 2. auctoritate Senecae fretus titulum etiam in fronte meretricum pependiſſe ſcribit. Sic autem Seneca in d. Controverſia: *Nomen tuum pependit in fronte, pretia ſtupri accepiſti, et manus quae Diis datura erat ſacra capturas tulit.* Et hujus forſan auctoritate ſubnixi nonnulli illud *Hierem c.* 3. ubi *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere,* explicant. At niſi manum de tabula

ſacra

Formosorum tumulis, quod a diis rapi crederentur: *Sol me rapuit*. Vide Meursium de Funeribus. *

Tricliniorum et diaetarum foribus, S litera inscripta; ad imperandum silentium maledicentiae in absentes. Pierius lib. XXXVI. Hieroglyph. Ita divus Augustinus intra triclinium fertur mensae suae habuisse versus duos adscriptos, ad compescendos calumniatores. †

Cibo-

sacra removere consultius foret, frontem ego intelligerem domus vel cellae: Ita enim veteres passim frontem pro ipso domus introitu, seu frontispicio acceperunt. Catullus in *Epigram.* quod scripsit in contubernales, quibus ita minatur:

Namque totius vobis Frontem tabernae Scipionibus scribam.

Scaliger τὸ *Scipionibus* mendum esse vidit, eruditioribus illud corrigendum relinquens. Muretus vero per Scipiones ligna intelligit, è quibus in taberna merces appenderentur. *Eis igitur*, dicens, *se scripturum contubernalibus frontem, i. e. ita valide percussurum ut cicatrices imprimantur.* Forsan acu rem tetigit ille, nisi mavis legere: *tabernae frontem litionibus scribam.* Inde dubio procul Joannes Evangelista in *Apocal.* XVII. *vs.* 3. explicandus est: *Et in fronte* dicens, *ejus nomen scriptum, Mysterium: Babylon, mater fornicationum et abominationem terrae*, ubi per Babylonem intelligunt interpretes civitatem Romam.

* Meursius *d. l. c.* VII. Infinita id generis alia tumulis et cenotaphiis inscripta legere datur in Inscriptionibus veterum. Sic liberos *dulcissimos*, filium *unicum*, uxores *antiqui et rari exempli* et quae plura, in lapidibus appellabant. Videsis tract. meum de *Memoria propagata c.* 2. §. 4. *pag.* 116.

† Germani in illa sancta veterum simplicitate symbolis indulgentes rosas plerumque in tabulis suis depictas habebant, in symbolum silentii, qua de re venuste Stuckius in *Antiquitatibus convival. lib. III. c.* 16. cujus haec sunt verba:

Ciborum nomina in tabella ſcripta Regi menſae dabantur a coquo. Lipſius lib. III. Antiquar. lection. cap. I. ex Athenaeo.* Cibi autem ipſi

 ſub-

eſt, morem illum profectum, ut multis in locis Germaniae in cœnaculis roſa lucanaribus ſupra menſae verticem affixa conſpiciatur, quo quisque ſit ſecreti tenax, ne quid temere effutiat, ſed omnia reticenda meminerit: quem morem carmen illud graphice depingit:

Eſt roſa flos Veneris; cujus quo facto laterent,
Harpocrati matris dona dicavit Amor:
Inde roſam menſis hoſpes ſuſpendit amicis
Conviva ut ſub ea dicta cavenda ſciat.

Hinc proverbium quoque illud pervulgatum apud Germanos: Haec ſint ſub roſa acta ſive dicta, quo ſignificatur ea quae vel dicta vel facta ſunt liberius, fida taciturnitate eſſe tegenda, minimeque foris eliminanda. De Friſiis idem teſtatur C. Kempius de *Orig. ſitu qualit. Friſ. lib.* I. *c.* 19. *pag.* 76. *Convivis domum intrantibus aut egreſſis, oſtendere ſolent limen, dicendo: Extra illud nihil, quare & noſtro aevo hic mos eſt, ſupra menſam habere roſas depictas, ut ſub illis dicta et facta inter pocula alio non effutiantur.* Apud Romanos Deorum ſtatuae in conviviis ponebantur, ut praeſentes eſſe viderentur, Valer. Max. *lib.* II. *pr.* A convivis etiam invocabantur ſollemni hoc carmine: *Bache veni. Adſis laetitiae Bachus dator et bona Juno.* Tacendo demum res peragebatur, quia Dii epulis intereſſe credebantur, Servius ad I. *Aeneid. vs.* 636. *Tacendoque res agebatur cum intereſſet inter coenandum Deus*, Cl. G. Cuper. *lib.* II. *Obſervat. c.* 3.

* *Lib.* II. *Deipnoſoph.* Convivii domino poſtquam discubuiſſet, tradebatur γραμματίδιόν τι, ſeu ſcheda deſcripta, habens ordine obſonia omnia, ut in comperto ipſi eſſet, quid coquus literatus, quales depingit Athenaeus, primum, quid poſtremum miſſurus eſſet. Locus Spartiani eſt in *Geta c.* 5. et meretur hic adſcribi: *Habebat etiam iſtam*

ſubinde literarum etiam ordine ſervato inferebantur, ita ut omnia ejusdem miſſus fercula eadem initiali litera inchoarentur. Spartianus id narrat in Antonino Getâ, qui ſimul pro uno miſſu inferri jubebat perdices, porcellos, pullos, phaſianos, pernas; alio miſſu, ficedulas, ficus, farta.

Pocula, ſcyphos, cultros, cochlearia, et lances ſubinde reperio literis notata.

De *poculis*, Athenæus lib. XI. apud quem Eubulus in Neottide: Μισῶ κάκιστον γραμματικὸν ἔκπωμα: *Peſſimum odi literatum poculum.* Talia erant, inquit Caelius lib. VIII. cap. I. illud apud Athenaeum, in cujus ambitu ſcriptum, Διὸς σωτῆρος, et quod Capuae fuiſſe legimus Dianae ſacrum ex Homeri carminibus concinnatum; qualia multa habuiſſe Neronem refert Suetonius: *Ultimis ſuis rebus ſcyphos gratiſſimi uſus, quos Homericos ab cælatura carminum Homeri vocabat, ſolo illiſit.* *

Scutel-

iſtam conſuetudinem, ut convivia et maxime prandia per SINGULAS LITERAS *juberet, ſcientibus ſervis, velut in quo erat anſer, aprugna, anas: item pullus, perdix, pavus, porcellus, piſcis, perna, et quæ in eam literam genera edulium caderent: et item phaſianus, farta, ficus et talia.* Compendii cauſa alphabeticus hic ciborum index inventus fuiſſe videtur, ne moleſtus eſſet coquus ſingulis diebus in conviviorum adparatum inquirens. Ritus hic quidem apud noſtrates, quantum ſcio, extra uſum eſt, at ejus loco in ordine accumbendi, ſchedulis per tabulam diſtributis et ordinatis, convivarum nomina et ordo indicatur, unde et noſtrae tabulae haud invenuſte cum veteribus dici poſſent *literatae.*

* Recepti moris fuiſſe apud veteres nomina artificum vaſis

Scutellae inscriptae apud Petronium: * *Tegebant asellum duae lances, in quarum marginibus nomen Trimalcionis inscriptum erat; et argenti pondus.*

De *cultro literato* Plautus Rud. Scen. Seriò. †

Ensiculus est aureolus literatus. ——
In eo ensiculo literarum quid est? &c.

Nn 2 Coch-

vasis et instrumentis à se confectis inscribere, testatur Pap. Statius in *Hercule Epitr. Sylv.* IV. *vs.* 33.

Artificum veteres agnoscere ductus
Et non inscriptis auctorem reddere signis.

Hinc non invenuste contra Fort. Licetum *lib.* III. *Observ. c.* XI. probat Jo. Smetius in *Antiquit. Neomag. pag.* 105. literas O. et OF. vasis fictilibus adjectas, officinam denotare. Poculis vero varias formas, symbola et signa, unde γραμματικὰ ποτήρια Athenaeo audiunt, Casaub. *ad Athen.* X. *c.* 17. *&* XI. *c.* 5. Sueton. *d. l. c.* 47. Homer. *Iliad.* XI. *vs.* 632. inurere vel incidere, et nostratibus in more positum est, mosque his frequentatur in publicis conviviis. Notum est omnibus, uni poculorum pari, quo in publica Jubilaei nostri festivitate utebantur Amplissimi Trajectini Ordines, symbolum illud Academiae nostrae fuisse inscriptum: *Sol justitiae illustra nos*, et alteri poculorum pari: *Felix seculi renovatio.* Alia dabit Vir Cl. mihique amicissimus P. van der Schelling in de *Displegtigheden c.* 23.

* *C.* 31. Voces *argenti pondus* singulare quid indicant, ab interpretibus silentio praeteritum; si quid video, intelligit hic Petronius aestimationem argenti, quam vulgo solemus vocare de *Keur*, non quantitatem: Non tamen refragor si et hanc intelligere malis. Hodie praeter signa artificis plerumque inprimitur vasis, scutellis &c. publicum signum, ab artificibus juratis, unde de qualitate et valore; non de quantitate argenti, et ubi locorum vasa fuerint confecta, judicare datur.

† *Act.* IV. *Sc.* 4. *vs.* 112. *seq.* Ex verbis Plauti: *In eo ensiculo*

Cochlearia inſcripta apud Lampridium in Heliogabalo:* *Sortes ſane convivales ſcriptas in cochlearibus habuit tales: unus exhiberet decem camelos, alius decem muſcas.*

Lagenae ſcriptis pittaciis ſignari ſolitae; et multa ſunt ejus rei indicia. Horatius lib. II. epiſt. II. Petronius: *Statim allatae ſunt amphorae vitreae diligenter gypſatae, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo, Falernum Opiniaनum annorum centum.* Plautus Paenulo Scen. Satis. † *Ibi*

ſiculo literarum quid eſt? MEI PARENTIS NOMEN, patet non ſolum artificis, ſed et nomina poſſeſſorum inſtrumentis vaſisque inſcripta fuiſſe. Hodie ſigna gentis noſtrae familiaria illis imprimere ſolemus.

* *C.* 22. legitur autem ibi: *habuit tales, ut alius exhiberet decem camelos* etc. ubi recte videtur emendare Salmaſius *τὸ exhiberet* in *exiret*, ut locus ita intelligatur: ut alius exiret, ſubaudi, tollens ſortem illam, cui inſcriptum: decem camelos. Idem ex Martiale, ubi? *lib.* XIV. *ep.* I. *vs.* 5. adde Stuckium in *Antiq. conviv. lib.* 14. *c.* 24. *p.* 630. probavit, ſortes Romanorum convivales, quas divites & pauperes convivis ſuis diſtribuebant aequaliter, toto cœlo differre ab his ſortibus: de illis ita Martialis,

Divitis alternas et pauperis accipe ſortes
Praemia convivae det ſua quisque ſuo.

Quae vero ſcopum noſtrum propius hic tangunt, ſcilicet de ſortibus inſcriptis, vide ſupra *cap.* 25. *in notis.*

† Plaut. *in Poenul. A.* IV. *S.* 2. *vs.* 14. Petronius c. 34. Ferreis autem ſeu vitreis et fictilibus vaſis, gypſo obturatis et circumlitis, vina condebant veteres, fumo induranda, Plinius *lib.* XIV. Et e vaſis vinariis tabella pendebat, in qua, teſte Galeno, vini aetas ſcripta erat,

Ibi tu videas literatas fictiles epistolas
Pice signatas, nomina insunt cubitum longis literis.

Erant autem haec nomina Consulum sub quibus diffusa vina fuerant, ut patet ex Horat. Epod. Od. XIII. lib. III. carm. Odâ XXI. et XXVIII. et multis locis Martialis.

Merces, etiam scriptis tabulis (quas Scaliger libro III. Poëtic. cap. ultimo Titulos vocat) venum prostabant. Ita in postibus Bibliopolarum scripta erant nomina eorum * quorum vendebant libros. Martial. lib. I. Epigr. CXVIII.

erat, quo tempore, quibusque consulibus conditum esset, Brodaeus *lib.* I. *Miscell. c.* 3. Martial. *lib.* VIII. *ad Flaccum:*

Defluat et lento splendescat turbid limo
Amphora centeno consule facta minor.

Adde Martial. *lib.* IX. *Epigr.* 74. ibique Raderum, Juvenalem *Satyr.* V. *vs.* 34.

Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cujus patriam titulumque senectus
Delevit, multa veteris fuligine testae.

Videtur etiam prorsus necessarium fuisse titulos adpendere vasis, ne tituli delerentur fumo, quo vina indurabant, videatur *l.* 8. §. 5. *D. Si servit. vind.* Duarenus *lib.* I. *Dispur. c.* 24. 25. Brissonius *lib.* IV. *Antiquit. c.* 15. Pancirollus *Var. lect. lib.* III. *c.* 31.

* Adde Horatium *Satyr.* I. *Sat.* 4. *vs.* 71.

Nulla taberna meos habeat neque PILA *libellos.*

Contra Caesaris est forum taberna
Scriptis postibus hinc et inde totis,
Omnes ut cito perlegas Poëtas.

et pisces quidem adscripto in tabulis pretio veni-bant, teste Athen. lib. VI. * apud quem ita Alexis in Lebete de Aristonico Legislatore:

Nunc

Iterumque de Arte Poëtica *vs.* 372.

Mediocribus esse Poëtis
Non DI, non homines, non concessere columnae.

Veteres imitantur et nostrates Bibliopolae, tabellis nomina Auctorum in tabernis suis exhibentes. Apud Lambecium *Bibliothec. Vindebon. lib. II. pag.* 257. in juramento Stationariorum, seu librariorum Universitatis Parisiensis, de Anno 1202. haec notabilia verba leguntur: *Primo, quod de cetero quilibet Stationarius habeat tabulam de pergameno, scriptam bona litera et patente, positam ad fenestram suam, in qua scripta sint omnia exemplaria, quibus utitur et quae ipse habet, cum pretio taxationis eorum. Secundo, si contingat, quod habeat aliqua exemplaria non taxata, ea non communicabit, quousque Universitati oblata fuerint & taxata. Tertio quod librorum utilium pro studio cujuscunque facultatis exemplaria, prout melius et citius poterunt, procurabunt, ad commodum et utilitatem studentium.* Vellem et nostris librariis a supremo Magistratu vel collegio quodam ad hoc delegato, lex illa de pretio librorum praescriberetur, ne emungerentur Eruditi peculio multo sudore quaesito, à librariis illis Judaeis, pro lubitu et avaritia sua pretium libris statuentibus vel supprimentibus. Sed de horum fraudibus alibi plura.

* C. 2. *p.* 226. edit. Casaub. et Petit. ad *LL. Attic. lib.* V. *tit.* 3. *in fin. p.* 402. De tabulis, mercibus adpensis, egimus supra, ubi et de agro proscripto ex Plinio et Cupero fuse. Adde de aedibus obaeratorum proscriptis Pollucem *lib. III. Onomast. c.* 9. *segm.* 85. Λίθος δὲ ἦν, ἢ

στήλη

Nunc autem legem quamdam edixit novam
Auream, ne ſedentes vendant piſcarii,
Sed recti ſtent perpetuo.
Deinde ut appenſis tabulis pretium ſcribant in poſterum,
Quo citius mercaturi revertantur domum.

Eſt apud Senecam lib. x. cap. VI. Titul. controverſiae de inſcriptis mercibus.

Alias item merces, ſed quas emiſſe ſtatim pœnitet. *Pudorem*, inquam, *muliercularum venalem proſtitiſſe in fornicibus, titulo pudoris ac libidinis pretio tabulis inſcripto*, invenio apud complures. Seneca Controv. I. *Meretrix vocata es, in communi loco ſtetiſti; ſuperpoſitus eſt cellae tuae titulus.* Ibidem: *Nomen tuum pependit in fronte, pretia ſtupri accepiſti.* Petronius: *Video quosdam inter titulos meretricesque ſpatiantes.* Martialis:

στύλη τὶς δηλοῦσα, ὡς ἔϛιν ὑπόχρεων τὸ χωρίον. ἐπὶ δὲ τούτου ἔλεγον, καὶ τὸ ἐστίχθαι τὸ χωρίον. ὡς δὲ ἐναντίον, ἄϛικτον. *Lapis vero erat, aut columna quaedam oſtentans, quod locus eſſet aere alieno obſtrictus, de hoc autem dicebant, locus ſignatus eſt, ut contrarium ejus eſt, non ſignatus.* De his lapidibus literatis et more ſubſignandi praedia, adeas Meurſium *lib. III. Animadv. Miſcell. c.* 21. et Gv. Fornerium *lib. I. Selelt.* 24. citatos apud Jungium ad *Pollucem.* Et equorum clunibus inuſta fuiſſe certa ſigna, ut conſtaret, quibus parentibus nati eſſent, ex Anacreonte Od. ult. et Ariſtoph. Νεφελ. *Att.* I. *Sc.* I. *vs.* 108. aliisque probat A. Borremans *Variar. lection. c.* 19. p. 255. ubi τὰς φασιανὰς contra Nicod. Friſchlinum explicat, *equos Phaſiano ave notatos.* Dubia vero illi haud levia ex L. Kuſteri *notis ad d. l.* moveri poſſent, ſic ut locum Ariſtophanis allegatum vix huc pertinere putem.

Intraſti quoties inſcriptae limina cellae.

De quo ritu plura vide apud Briſſonium de Jure connubiorum: Caſell. Durantium, lib. I. cap. II. Variar. et x. Douſam Praecidan. lib. I. cap. IV. ad Petronii Satyricon. *

Servi

* Vide ſupra *pag.* 155. *ſequ.* Perantiquum illum morem inſcriptionibus ornare aedium limina Diogenes Laërtius *lib.* VI. *ſegm.* 39. prodit, ſceleratum quemdam hominem foribus domus ſuæ inſcripſiſſe tradens: *ne quid mali domum ingreditor*, ad quae haec Diogenes Cynicus verba regeſſit: ὁ οὖν κύριος τῆς οἰκίας ποῦ εἰσέλθοι, *dominus igitur domus quonam ingreditur?* Sic et parietibus inſcribere ſollemne fuit veteribus. Sic meretrix apud Lucianum *pag* 736. *edit. Salmurienſ. in fine Dialogi meretricii* Ἐγὼ δὲ, inquit, καὶ ἐπιγράψειν μοὶ δοκῶ ΕΠΙ ΤΟΥ ΤΕΙΧΟΥ ἐν κεραμεικῷ ἔνθα ὁ Ἀρχιτέλης εἰώθε περιπατεῖν, Ἀριςαίνετος διαφθείρει Κλεινίαν, *Ego vero in pariete inſcribere volo in Ceramico, ubi Architeles deambulare ſolet, Ariſtenaetus corrumpit Cliniam.* Inſcriptionibus demum ſacris et profanis in templis veterum Chriſtianorum nihil eſt frequentius apud antiquos. Exempla ſuppeditabit Sidonius Apollinaris *lib. IV. epiſt.* 18 et literati lapides. Ad memoriam quoque poſt fata propagandam inſcriptionibus ornabant templa, aedes, nova opera, et res Diis dedicatas, qua de re abunde in Tract. meo, *de Memoria propagata c.* 3. *pag.* 205. Et C. Falſteri *Amoen. Philolog. diſcurſ. XXV. pag.* 162. Adde memorabilem inſcriptionem, quam Imperator Juſtinianus orbi altaris in aede Sophiana inſcripſiſſe fertur. Sacram autem fecerat menſam nullo artificio imitandam, auctore Cedreno *Hiſtor. comp. Ann. XXXII. Juſtin. p.* 386. Materia ejus conſtabat argento, lapidibus pretioſis, lignis, metallis rebusque omnibus quas orbis terrarum fert totus, hisce pretioſioribus ſpeciebus liquatis maſſam confecit, cui ſolida immiſcebat, ſacram menſam ex illis formans, hac addita inſcriptione: τὰ σὰ ἐκ τῶν σοὶ προσφέρομεν οἱ δοῦλοί σου, Χριςὲ, Ιουςινιανὸς

καὶ

Servi venumdabantur appensis collo titulis. Propertius: *

Nn 5 *Et*

καὶ Θεοδώρα, ἃ εὐμενῶς πρόσδεξαι Υἱὲ καὶ Λόγε τοῦ Θεοῦ ὁ σαρκωσθεὶς καὶ σαυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ ὀρθοδόξῳ πίσει σοῦ διατήρησον· καὶ τὴν πολιτείαν ἣν ἡμῖν ἐπίσευσας, εἰς τὴν ἰδίαν σοῦ δόξαν αὔξησον, καὶ φύλαξον πρεσβευούσης τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. *Tua de Tuis tibi offerimus servi tui, Christe, Justinianus et Theodora, ea tu propitius accipe, Fili et verbum Dei, qui nostra caussa carnem adsumsisti et cruci adfixus fuisti: ac nos in certa fide conserva, et quum nobis commisisti rempublicam, eam ad tuam gloriam auge ac tuere intercedente sancta Deipara virgine Maria.* Elogia pariter titulosque honorarios in templis locabant veteres. Plutarchus Aristidem narrat in Liberi Patris templo victoriae documenta Gymnicae, tripodas choragicos reliquisse, cum hac inscriptione: *Tribus Antiochis vicit, Aristides choragus fuit, Archestratus docuit.* Et elogia in columnis et parietibus scripta fuisse testatur Plinius *lib.* VIII. *Epist.* 8 *in fine, de Clitumno fonte, Nec desunt,* ait *villae, quae sequutae fluminis amoenitatem margini insistunt. In summa nihil erit, ex quo non capias voluptatem. Nam studebis quoque et leges multa multorum, omnibus columnis, omnibus parietibus inscripta, quibus fons ille, Deusque celebratur.*

* *Lib. IV. Eleg.*5. *vs.*52. Melius autem legitur, *Cretati medio quum saliere foro*, observante ibi Broekhusio, quem vide. *Gypsati* etiam dicuntur vide supra et Ciceron. *lib.* VII. *Epist.* 6. *manibus gypsatissimis*, quem tamen locum belle emendat S. Petitus ad *LL. Attic lib.* I. *tit.* I. *pag.* 67. ita scriptum fuisse contendens: *quibus illa* III. *anibus gypsatissimis.* Fugit haec emendatio ingeniosa Ciceronis interpretes, unde libentius illam hic adscripsi. Gellii locus, quem citat Auctor est *lib.* IV. *c.* 2. ubi inprimis notanda verba: *titulus scriptorum singulorum utei scriptus sit toerato,* Videsis Gronovium *d. l.* et Fr. Balduin. *Annot.* *ad*

Et quorum titulus per barbara colla pependit,
Caelati medio cum ſalière foro.

Erat autem in titulis ſcriptum, quemadmodum Gellius refert ex verbis edicti Ædilitii: *Quid morbi vitiique cuique ſiet. Quis fugitivus, erróve ſiet, noxáve ſolutus non ſiet.* Id quod Ulpianus confirmat Leg. I. Digeſt. de Aedil. edict. his verbis: *Qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores quid morbi vitiique cuique ſiet.*

Dum agebantur Comoediae aut Tragoediae, *Auctoris* nomen in tabulâ ſcriptum proponebatur, ut Scaliger lib. I. cap. IX. notat de Poëtic. * quemadmodum Romae nomina ſingularum populi Curiarum in foro deſcripta titulis figebantur, quando Curiae dies ſuos feſtos agitabant. Ovid. II. Faſtor. † De feſto ſtultorum:

Inque

ad cap. I. *Aedil. edict. p. m.* 84. Legem Imam hic allegatam illuſtrat Ulpianus in *l.* 17. §. 18. *D. eod.* quam nuper à violenta Cl. Noodtii criſi recte vindicavit Cl. J. Voorda, amicus noſter, *c.* XII. *Emendationum.* De aedilium vero imperio circa merces, adeas P. Scriverium in *Anecdotis pag.* 7.

* Sic et libelli gladiatorum ab editoribus ante pugnam proponebantur, quibus futuri muneris dies, item nomina & paria gladiatorum ſignificabantur, Cicero *Philipp.* II. 38. Indices illorum ludorum deſcriptos vendebant palam ut in provincias mitterent, ad amicos. Cicero *lib. II. Famil. epiſt.* 8. Libellus *munerarius* vocatur à ; Pollione *in Claudio c.* 5. *Habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in indice ludorum*, Thyſius *de Gladiator. pag.* 230. Lipſius *Saturnal. lib. II. c.* 18.

† *Vs.* 529.

Inque foro multa circumpendente tabella.
Signatur certa Curia quaeque nota.
Stultaque pars populi, quæ ſit ſua curia, neſcit:
Sed facit extrema ſacra relicta die.

De *reorum tabellis** apud Suetonium in Caligulâ cap. XXXII. in Domit. cap. X. apud Dionem libro LIX. apud Euſeb. lib. V. cap. I. ex epiſt. Martyrum Lugdunenſium, ubi haec verba: *Cum undique per Amphitheatrum circumduceretur, tabula (in qua Latinis literis haec inerat inſcriptio,* HIC EST ATTALUS CHRISTIANUS) *illum praecedente.* Attigit de hoc more pauca Petrus Faber Semeſtr. libro II. cap. VIII. qui ait, Chriſto morienti fuiſſe titulum ſuperpoſitum ex eodem more. De quo titulo vide Gretſerum noſtrum Commentariis doctiſſimis de Cruce.

Res amiſſae ſcriptis et affixis undique programmatibus quaerebantur expreſſo nomine amiſſoris. vide cap. XXII. in Mantiſſa Joannis Wovverio. † *Hermae*

* De reorum tabellis Videſis ſupra *c.* 29. *in Notis.*

† *Duplici* ratione res amiſſas inveſtigabant Romani, vel in pilis et columnis, Plaut. *Rudent. Act. V. Sc.* 2. *vs.* 7.

Cubitum hercle longis literis ſignabo jam usquequaque,
Si quis perdiderit vidulum cum auro atque argento multo
Ad Gripum ut veniat.

Vel per praeconem, petitis à Praetore conquiſitoribus, Plautus *Mercat. Act. III. Sc.* 4. *vs.* 78.

Certum eſt praeconem jubere jam quantum eſt conducier,

Qui

Hermae et *cippi* in compitis ad vias monſtrandas inſcripti, ita adnotavit Torrentius libro I. Satyrâ VIII. Horat. §. XII. et Budaeus agens de Cippo. Firmatur teſtimonio Martialis libro I. Epigram. XIII.

Rura nemusque ſacrum, dilectaque jugera Muſis,
Signat vicina quartus ab urbe lapis.

Fer-

Qui illam inveſtigent, qui inveniant. Poſt ad Praetorem illico
Ibo, orabo, ut conquiſitores det mihi in vicis omnibus

Formulam praeconis exhibet Petronius *c.* 97. *Satyr.* Freherus *lib. II. Veroſim. c.* 20. Solebant autem pauperiores res perditas ita indicare, ut compendium facerent praeconis vel conquiſitorum. Sic et ipſi divites in rebus tenuibus, quae tanti non videbantur, Propertius *lib. III. Eleg.* 22. *vs.* 22.

Quas ſi quis mihi retulerit, donabitur auro.
Quis pro divitiis ligna retenta velit?
I puer et citius haec aliqua PROPONE COLUMNA
Et dominum exquiliis ſcribe habitare tuum.

Diſcimus hinc praemia fuiſſe inventioni propoſita, vide formulam apud *Petron. d. c.* 97. dominique habitationem expreſſam, item et illos, qui rem amiſſam inveneranr, in pilis vel libellis rem inventam indicaſſe, *l.* 43. §. 8. *D. de Furt.* Praemia illa Graecis dicebantur εὕρεθρα et probe peti non poterant, *l.* 43. §. 9. *D. de Furtis.* Cujacius *lib.* XI. *Obſ. c.* 18. Perrenon. *lib. II. Animadverſ. c.* 13. Contius I. *Diſput. c.* 15. Si vero dominus rei perditae σῶστρα, ſeu conſervatoria, et μήνυτρα ſeu indicii mercedem propoſuerit, tenebatur, *l.* 15. *D. de Praeſcr. verb. l.* 4. §. 4. *D. de Condict. ob turp. cauſ.* Si nemo rem inventam vindicaret, cedebat inventori, vel pars ejus communicabatur cum ſocio fortunæ, vid. Hertium *paroem.* 85. Theophraſt. *Charact. c.* XI. Leon. *Nov.* 70. Cl. Nood. *lib. II. Probab. c.* 6.

Fertur primus hujus inventi auctor C. Gracchus, auctore Plutarcho. Vide Raderum nostrum loco dicto Martialis, qui ait, ab hisce inscriptionibus milliaria Graecis dicta esse *σημεῖα*.

Naves

* Statuas Mercuriales apud Judaeos per omnes provincias in biviis ad asyla ducentibus dispositas fuisse, docet Maimonides in *Rozeach. c.* 8. §. 5. his addita erat epigraphe, quae refugii beneficium indicabat. מקלט מקלט Apud Graecos pariter Stelae in triviis et quadriviis seu locis dubiis & ambiguis, non autem per milliaria seu aequalia quaedam intervalla, ut apud Romanos *columnae milliares* ponebantur, *ἐπειδὴ λίθων σωροὺς ἀφιέρουν τῷ Ἑρμῇ ἐν ὁδοῖς ταῖς ἀδήλοις* ait Damascius apud Suidam voce *ἑρμεῖον*. Forma earum erat quadrata, quia Mercurius literas, Musicam, artes palestrae, et Geometriam invenisse fingebatur, unde etiam viris doctis et illustribus Hermas quadratas erigebant, addito epigrammate litera quadrata, hinc Atticum illud *τετράγωνος ἀνὴρ*, Vir quadratus, id est vir bonus et rectus, et ejusmodi Hermis abundabat Athenarum civitas, vide Corn. Nepot. in *Alcibiad. c.* 43. Gruterum *Inscript.* 438. *num.* 6. et Figuram in Boissardi Antiqu. *Rom. Tom.* IV. *n.* 43. Quadrata vero forma et litera Hermarum non indicabat solidam ac inconcussam esse illustrium virorum virtutem, ut conjicit Nicol. Bergierius de *Viis militar. lib.* IV. *c.* 43. cui tria haec loca debemus; nam et rotundis figuris et oblongis literis symbolum illud referre potuissent; sed quoniam viri illustres, nisi his artibus instructi illisque dediti fuissent, clari et memorandi evadere haud potuissent, hinc et iisdem honoris symbolis condecorari illos fas erat, quibus ipse Mercurius, artium illarum inventor, virorumque literatorum patronus. Apud Romanos milliaria singula lapideis columnis primus dimensus est Gracchus, auctore Plutarcho in *Graccho.* Dicuntur illi, *lapides, lapides milliares,* Graecis *σημεῖα*. Usum illorum didicit sine dubio Gracchus ab Indis,

Naves inscriptae, et locus inscriptionis dictus πτυχὶς καὶ ὀφθαλμὸς apud Pollucem et Athenaeum * libro quinto.

Pictu-

dis, de quibus Strabo *lib.* xv. testatur, habuisse illos viocuros, qui per dena stadia lapideas columnas posuerint locorum intervalla indicantes. Habebant autem hi lapides inscriptum milliarium numerum, inque basi nomen Imperatoris aut conditoris vel reficientis, et honores exhibebant, prout legere datur apud Gruter. Reinesium, Fabrett. apud Bergier. *lib. IV. Sect.* 39. vide Montfaucon. *Tom. IV. lib. V. Suppl. antiqu. Histor. Acad. reg. Tom. II. pag.* 379. Eo adludit Quinctilianus *lib. IV. Inst. Orat. c.* 5. à Bergier. adlatus: *Reficit partitio audientem certo singularum partium fine: non aliter quam facientibus iter, multum detrahunt fatigationis* NOTATA INSCRIPTIS LAPIDIBUS SPATIA. Miror autem Auctorem nostrum nihil de Milliario Aureo dixisse, quod vel maxime materiam hanc illustrat, cum et illis laminis vel columnis solidis aureis inscriptum fuerit, vide Henninium in *Notis ad Bergierium lib. III. c.* 13. §. 1. Figuram exhibet Gruterus *Inscript. p.* 154. *num.* 4. scil. basis fuit quadrata, columna vero rotunda, cui globus ex aere inaurato, vel alia materia fuit imposita. Auctor ejus fertur fuisse Augustus, Dio Cassius *lib. LIII. p.* 516. Singularem et elegantem Dissertationem de Milliario Aureo scripsit Cons. Otto Arntzenius, amicus noster, ad *L.* 144. de V. S. cui se opposuit Barth. in *Diss. de Jure viarum publicar. c.* §. *Trajecti* 173 Holstenium et Macrum JCtum in l. 154. *D. de Verb. signif.* vindicaturus. Horum argumenta mutatis mutandis sua fecit Cl. Otto *de Tutela Viar. publ. c.* 6. *pag.* 389. nimium etiam festinando, quod miror, Auctores ibi perperam allegatos, cum falsis allegationibus in rem suam transtulit, e. g. Missonium cujus *epistolam* 38. *P. I.* allegat, cum sit 28. epistola *pag.* 374. *edit. Traject.* Taceo plura, quae non sunt hujus loci.

* Singularia haec sunt loca ab Auctore prolata et ab aliis, quos evolvi, praetermissa, vid Jul. Polluc. *Onomast.*

Picturis olim, dnm colores nondum habebant, nomina pictarum rerum adscripta, narrat Plinius lib. xxxv. cap. III. Vocabantur autem hae picturae Sublestae, hoc est lineatae, à Iistâ, quod γραμμὴ, et μονόγραμμοι, inquit Scalig. in Copâ.* *Tropae-*

mast. lib. I. *c.* 9. *segm.* 86. ὑπὲρ δὲ τὸ προῦχον ἀκροστόλιον, ἡ πτυχὶς ὀνυμάζεται, καὶ ὀφθαλμὸς, ΟΠΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥΝΟΜΑ ΤΗΣ ΝΕΩΣ ΓΡΑΦΟΥΣΙ. *Parsque supra prominens, acrostolium, aut Ptychis et oculus vocatur, cui et nomen navis inscribitur*, et Athenaeus *d. l. pag.* 204. *edit. Casaub.* Solebant enim veteres in piora navis Deorum simulacrum tutelae nomine ponere, et ab his Diis ipsas naves appellare, Servius ad *Aeneid. X. vs. 171. Solent naves nomina accipere à tutelarum pictura. Actor.* XXXVIII. *vs.* XI. ibique Suicerum et interpretes. Feith. *Antiq. Homer.* IV. *c.* 13. Hinc apud Lucian. Πλοίῳ. Τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς θεὸν ἔχουσα τὴν Ἶσιν ἑκατέρωθεν. Qui locus illustrari poterit ex Pighii *Herc. Prod pag.* 367. ubi in inscript. antiqua nauis praetoria Isis III. vocatur à παρασήμῳ seu signo Isidis, vide de hac navium inscriptione J. Meursium in *Lycophron. n.* 110 *p. m.* 48. *edit. J. Potteri.* Stanlejum ad Aeschyl. *Sept. cont. Theb. vs.* 214. et de discrimine inter παράσημον et tutelam navis, eumdem Stanlejum, Meursium, *d. l. num.* 1299. et quae erudite observavit Cl. Burman. ad *Petron. c.* 105. *pag.* 487. Ex quibus sua hausit Cl. Ev. Otto in *Tutela viar. publ. c.* 13. *pag.* 288. 289.

* *Sublesta pictura est tantum primis lineamentis deformata, ac nullis coloribus. Eaque Graece dicitur μονόγραμμος. Lista est γραμμὴ, teste illo vetere Glossario. Sic et hodie lineam vulgo vocamus in Gallia.* Sic solebant antiquissimi pictores primas tantum lineas et umbras hominum seu bestiarum ducere, referente Plinio, *lib. XXXV. c.* 3. Signanter hoc exprimit Aelianus *lib. X. Var hist. c.* 10. οὕτως ἄρα ἀτέχνως εἴκαζον τὰ ζῶα, ὥστε ἐπιγράφειν αὐτοῖς τοὺς

Tropaeis inscripta caesorum nomina. Plutarchus de fortun. Roman. agens de Syllâ: Tacit. lib. 11. Dionysius et Plinius; Servius item in illud Virgilii libro xi.

——— *inimicaque nomina figi.* *

Vexil-

τοὺς γραφέας, τοῦτο βοῦς, ἐκεῖνο ἵππος, τοῦτο δένδρον, *adeo raditer simulabant animantia, ut inscriberent iis pictores, hoc est bos, illud equus, hoc arbor.* Num vero sine colore pinxerint veteres, ceu Plinius aliique contendunt, res est altioris indaginis, nec dubiis vacat, quae aliis excutienda relinquimus. Hoc scimus, rudia fuisse artis initia, artemque pingendi Romanos sprevisse, picturas tamen insano pretio comparasse, Vossius de *Nat. art. lib. I. c.* 5. §. 57. Seneca artem pingendi ex classe liberalium artium eximit, Pictores luxuriae ministros cluens *epist.* 88. vide Nerium *lib. I. Analect. c.* 40. Merillium *lib. IV. Observ. c.* 37.

* Clypeis et scutis pariter inscribi solitum vidimus supra, adde exemplum elegans de Othriade quodam, qui in pugna Atheniensium et Lacedaemoniorum postquam ad unum omnes fortiter occidissent, ipse clypeo suo inscripserat: ἐνίκησα, *vici*, quo clypeo detecto Lacedaemonii agrum Thyreatium jure victoriae occuparunt, Valer. Max. *lib. III. c.* 2. Alii scriptum in clypeo tradunt Διίτροπαιούχῳ i. e. Jovi, cujus in potestate sunt tropaea, videatur Constantinus Landius *Exercit. Jur. pag.* 1443. *tom. III. Thes. Jur.* Seneca *Suasor. c.* 5. Scutis etiam nomina, imagines et insignia impressa fuisse docet Vegetius, *lib. II. de Re Milit. c.* 18. quo pertinet etiam *L.* 27. §. *ult. D. ad L. Cornel. de Fals.* ubi de poena militis aliis insignibus utentis, vide Fornerium *lib. II. Rer. quotid. c.* 23. Et in lance majorum historiam expressam legimus apud Trebell. Pollionem in *Triginta Tyrannis c.* 32. *de Tito.* Taceo Deorum imagines in clypeis affabre pictas. Solem habuisse Persas in clypeo depictum testatur Tertullianus ad *Nation. lib. I. c.* 13. ubi secundum J. Gothofredi emendatio-

Vexillis inſcripta Ducum nomina. Sueton. Veſpaſ. cap. VI. *Nomenque ejus vexillis omnibus ſine mora inſcripſerunt.* Vid. Lipſ. de milit. *

Denique ut facetâ narratione finiam hoc caput; Trajanus Imperator, muris, et cippis, et aedificiis fere omnibus nomen ſuum inſcribi jubebat; † unde inſigni joco appellatus eſt *Herba parie-*

O o

dationem: *Ad Perſas ſi forte deputabimur, licet ſolem non in linteo depictum adoremus, habentes ipſum utique in ſuo clypeo.*

* *Lib. IV. dialog.* 5. *in med* ubi et aliis ſignis Principis nomen inſcriptum fuiſſe docet. Fiebat inſcriptio illa Φοινικοῖς γράμμασι, literis puniceis, teſte Dione *lib.* XL. *pag.* 128. *E.* Σημεῖον δέ τι τῶν μεγάλων τοῖς ἱςίοις ἐοικότων, καὶ φοινικὰ γράμματα ἐπ' αὐτῆς πρὸς δήλωσιν τοῦ τε ςρατοῦ, καὶ τοῦ ςρατηγοῦ σφῶν τοῦ αὐτοκράτορος ἐχόντων. *Signum unum ex iis, quae magna ſunt et velorum ſimilia et puniceas literas inſcriptas habent, ad indicium exercitus, et Imperatoris ſui faciendum.* Sub literis his Imperatoris erat imago; ſi vero deficerent ab Imperatore, nomen ejus lacerare ſolebant, Xiphilin. *lib.* LXV. *p.* 737. *D.* Tacit. *Hiſtor. lib.* III. *c.* 31. et Interpretes ad *Suetonii Veſpaſ. c.* 6.

† Non ſoli Trajano hoc tribuendum, ſed omnibus indiſtincte Imperatoribus, famae et nominis propagandi ſtudioſis, videſis tr. meum de *Memoria propag. cap.* 1. *pag.* 26. Immo et privati, Principum ad exemplum, cippis et aedificiis nomina ſua inſcribere adfectabant, ut videre eſt ex *D. de Oper. publ.* et quae dixi in *Memor. prog. c.* 4. *pag.* 204. Ceterum ſi Catanaeo credimus, et in hortis buxo nomen ſuum inſcribi curavit Trajanus: Sic enim Plinius *lib. V. epiſt.* 6. *num.* 35. *Nam viae plures intercedentibus buxis dividuntur, alibi pratulum, alibi ipſa buxus intervenit in formas mille deſcripta,*

LI-

rietaria. Dignus ſane, cujus nomen ob inſignem ſuam ſaevitiam in Chriſtianos è cippis omnibus expungeretur, * aut luto tegeretur, quemadmodum Domitiano factum eſſe ad Trajanum ipſum ſcripſit Plinius in Panegyri ſua, ritu in Tyrannos olim obſervato. De quo vide Joan. Caſtalionem Variar. cap. xx.

C A-

LITERAS INTERDUM, QUAE MODO NOMEN DOMINI DICUNT, MODO ARTIFICIS. Et mox: *Poſt has acanthus hinc inde lubricus et flexuoſus, deinde plures figurae*, PLURAQUE NOMINA. Vides, ſive Plinii poſſeſſoris, quod verius videtur, ſive Trajani fuerint nomina buxo, a topiariis, de quibus idem *lib. III. epiſt.* 14. *n.* 3. inpreſſa, novi vix inueniri aliquid, et noſtrates in ſplendidis ſuis ſeceſſibus veterum eſſe tantum imitatores. Verbo monendum erit, et vitro inſcripſiſſe veteres, cujus artificii illuſtria monumenta in templi Gaudani vitris, a Crabethiis affabre depictis, conſpicimus, vide Th. J. ab Almeloveen *Amoenit. Theol. Philolog. pag.* 95. *ad* 104. ipſasque tabulas aeri ſolido ac perenni nuper inciſas; quod voto concepit olim laudatus Almeloveen *d. l. pag*, xi. Animi cauſa de vitrorum antiquitate lege Lucretium *lib.* iv. *vs.* 606. et Memoires de *Literature Tom.* 1. *pag.* 133.

* Paulo vehementius inſurgit Auctor in Trajanum, quem Plinius et Juſtinianus optimum principem vocant: quemque C. Rittershuſius in ſingulari tractatu: *Trajanus optimus Princeps* tuetur, cui junge Cl. J. H. Böhmerum in *Diſſertat. ad Plinium lib.* x. *ep.* 48. et quae nuper ad excuſandam Trajani perſecutionem adtulit Cl. Chriſt. Falſterus *Amoenit. philolog. diſcurſu* xxiv. *pag.* 102. De damnata vero Memoria, ad quam hic adludit Auctor, et quid juris circa illam ſit, plura dabo, Deo volente, in ſingulari tractatu.

* TYPO-

CAPUT XXXIV.

De inventione Typographiae.

QVIA de ſcriptura nata eſt Typographia, ex re eſſe duxi de ea hoc loco agere. Eſt enim Typographia ſcriptura quaedam inverſa, quae literas ordine contrario exprimit atque ipſae literae compoſitae ſunt. Hanc non injuriâ Cardanus lib. XVII. De Artibus, vocavit Artem nulli nec utilitate, nec dignitate, nec ſubtilitate ſecundam. Sed injuriarum agere poſſem cum Henrico Salmuth, interprete Pancirolli, qui quod Germanos, gentem ſuam, maximi ſubtiliſſimique inventi laude ornare vellet, * nimis indigne tulit

Oo 2 à no-

* Typographiam miraculum eſſe noſtrae aetatis negabit ſanus nemo: fugientes enim Muſas et barbarie obcoecatas feliciter reſtituit, infinita MSta in pulvere latitantia in lucem produxit, hiſtoriarum dubiam fidem ſtabilivit, totque inluſtria nomina, artiumque cultores et inventores immortalitate donavit, ipſa ſui denique utilitate eſt commendabilis, de qua vide erudite Bernh. Mallinkrot de *Invention. art. typograph. Colon.* 1636. 4*to* et *ibid.* 1639. ſub titulo: *Diſcurſus Philolog. de Ortu ac Progr. artis typogr.* Jac. Mentel. *Paraeneſin ad B. Mallinkrot de Vera typogr. orig.* Pariſ. 1650. 4to. et ejuſd. Mentel. *Brevem excurſum* de *Loco, tempore et Auctore inventionis typogr. Pariſ.* 1644. Hoc ſane miraberis, artem, quae tot artium inventores oblivionis injuria liberavit, ipſum inventorem ſuum juſta ſua laude privaſſe: quam enim infeliciter tres illae Germaniae civitates Moguntia, Argentoratum et Harlemum, de inventionis laude ab ipſis typographiae

à noſtro Joan. Petro Maffeio eam lauream Sinen-
ſibus

phiae incunabulis diſputarunt, in propatulo eſt, vide Cl. Mich. Mattaire in *Annal. typograph.* Ut ut eſt, Germanis ſive Argentoratenſibus ſive Moguntinis deberi artis typographiae natales fatentur doctiores, quidquid etiam objiciant P. Scriverius, Boxhornius, quem Reineſius fertur durius juſto refutaſſe, niſi Heinſii interventu a propoſito deſtitiſſet, Junius in *Hiſtor. Batav. c.* 17. et alii recentiores, Laurentio Cuſtero Harlemenſi, inventionis gloriam vindicantes. Fruſtra etiam Harlemenſes ſtatuam erexerunt Coſtero ſuo, multa religione cymelium illud, ſeu primum librum, cui titulus: *Speculum humanae Salvationis*, cuſtodientes, vide Miſſonii *Iter Italic. pag.* 25. Ern. Tenzel. in *Colloqu. Menſtruis Anno* 1693. *p.* 592. ſatis ſuperque haec jam rejecit Majerus in *Vero Germaniae invento*, Salmuth *ad Pancirol. lib.* 11. *tit.* 12. aliique, ut mirer eſſe, qui in clara luce amant caecutire. Moguntinis inventorem Joan. Guttenberg, adſeruit Nic. Serrarius in *tract. de Reb. Mogunt. lib.* 1. *c.* 36. et laudatus Mallinkrot. Paſchius *Inv. nov. antiqu. c.* 7. *pag.* 787. Me quod attinet, Argentoratenſibus facile inventionis gloriam relinquo, qui ſingulari libello edito, argumentis haud ſpernendis, ut videtur, cuidam Joanni Mentelin inventionem vindicarunt, vid. H. Boeclerum *Oratione de typogr. invent.* 1640. Argentoratenſibus adſtipulantem. Ipſi Galli aliique candidiores extranei, Germanis laudem hanc tribuerunt, Gabr. Naudaeus *Additions à l'hiſtoire de Louis XI. Pariſ.* 1630. aliusque Auctor in *l'Hiſtoire de l'Imprimerie et de la librair. Pariſ.* 1689. *4to.* Errant autem, qui cum Voſſio *Var. Obſ. c.* 14. *pag.* 81. aliisque, Sinenſibus inventum illud nos debere contendunt, quum longe alia ſit ratio illis imprimendi libros quam noſtratibus: ignorabant enim illi chartam noſtram, ligno ſeu integris tabulis literas incidebant, quas uni lateri tantum imprimere valebant, ad alios libros plane inutiles, ſic ut ſingulis libris novas tabulas aptare neceſſe eſſet. Denique literis non utuntur, ſed ciffris et ſignis, quorum 120000 notitiam habere debet, qui Sinenſium ſcripturam legere amat, quod quam fuerit difficile Jeſuitis, per decem annos illis inſudantibus, prodit J. A. Coſta

lib.

ſibus vindicari lib. VI. Hiſtor. Indicarum; quando tamen cum Maffeio ſentiunt (quos ipſemet

lib. VI. *Deſcript. Ind. c.* 4. Jlocalariter vero Pancirollus *lib.* II. *rer. deperd. tit.* 12. Mercatores Germanos a Sinenſibus hoc didiciſſe inque Germaniam transtuliſſe ſcribit, quum eo temporis tractu ignota prorſus fuerit Germanis Sinenſium provincia. Non eſt igitur quod a Sinenſibus edoctos fuiſſe Germanos contendamus, etſi haud negandum, a pluribus ſeculis artem illos exercuiſſe, teſtibus itinerariis hic allegatis, quibus adde *Nouveaux Memoires ſur l'etat preſent de la Chine* par le R. P. Louis le Comte, Nic. Trigantium in *Expedit. Chriſtiana apud Sinas lib.* I. *c.* 4. *pag.* 19. Angel. Roccha in Append. *Bibliothecae Vaticanae p.* 409. Garciam ab Horto hic adlatum, *lib.* II. *Aromat. apud Indos naſcent. c.* 38. Plura huc pertinentia dabit forſan Cl. Jo. Dav. Koehler, quem integrum de origine artis impreſſoriae tractatum parare, tradit J. G. Schelhorn in *Amoenit. literar. Tom. IV.* ubi notitia rariſſimi cujusdam primigeniae typographiae monumenti. Ceterum foret optandum, ut ipſi principes ſeu ſupremus magiſtratus typographias curarent, vel ordinatius circa illas diſponerent, ne nobiliſſima olim ars, cui privatorum patrimonia haud ſufficiunt, negligatur vilipendaturque. Elegans eſt inventum Liberi Baronis a Cannſtein, in quodam tertio Sinenſium typographiae comparandum, quodque ipſe, Halae ſtudiorum cauſa cum morarer, curioſo oculo in Orphanotrophio inſpexi. Verbis Viri illuſtris P. a Ludewigii inventum hoc deſcribere lubet, qui ita in *Vita Juſtiniani pag.* 32. *Sed utinam*, inquit, *editores et Typographi curarent id, ut, niſi tollerent ſphalmata priſtina, tamen ſibi caverent a novis. Fiet hoc tum, ſi quis etiam hic exemplum ſibi propoſuerit ad imitandum L. B. de Cannſtein, qui tantas impenſas fecit in gratiam* SACRI CODICIS, *ut ſint typi cuivis verbulo ſingulares. Qui, cum ſemel ordinati ſint, permanent perſiſtuntque in ſuo loco. Ut adeo fieri nequeat, typographum, colligendo et ordinando typos novis vocabulis, in errorem ſeduci.* Eſt equidem inventum ingenioſum, at et pretioſum, eoque carere poſſumus facile, ſi boni Correctores typographis ſint ad manus.

Salmuth teſtes laudat) Gazias ab Horto, Joannes Gonzaluus Mendoza, Jovius: addam ego, Petrus Gregorius Tolofas lib. xv. De Repub. cap. III: et Nicolaus noſter Trigaultius, qui recens è Sinâ in Europam rediit; exque ipſis Sinenſium Annalibus, quos ipſe ſe excuſſiſſe diligenter affirmat, ita de typis ſcripſit lib. I. cap. IV. *Typographia apud Sinas antiquor eſt aliquanto quam apud Europaeos: nam à quinque retro ſaeculis certum eſt ab iis uſu receptam: neque deſunt qui aſſerunt, prius ea Sinas fuiſſe uſos, quam in hanc mortalitatem immortalis ſeſe Deus abjeciſſet.* Quam vero diverſa ſit, quantoque facilior illorum quam noſtra imprimendi ratio, ibi qui volet, legat. Pro certo igitur et explorato hoc habendum eſt. An autem à Sinenſibus ad Germanos haec ars delata ſit; an forte (quod fieri potuit) apud Germanos divina quadam ingeniorum ſimilitudine denuo inventa ſit, diſputent Germani et Sinenſes, ne mihi nimium ſuccenſeat Salmuthius, qui pro ſe adfert Polydorum, Guilandinum, Caſſanaeum, Ramum, et Beroaldum. Certe Junius in Batávia ſua vindicat Harlemenſibus primam typórum inventionem: ita omnes mirantur et exoſculantur eam artem, ut ſinguli velint eam ſuam fuiſſe filiam.

Porro quomodo hoc artificium exercendum ſit, * accuratiſſime ſcripſit Chriſtophorus Milaeus

* Vix ſufficiet laudatus Auctor ad adcuratam typographiae cognitionem, ad illos itaque reſpiciendum, quos laudavi in nota praecedenti. Adde Chevillier *tract. de l'origine de l'Imprimerie Paris* 1694. *4to.* ubi multa de typographis et Bi-

laeus libro 11. Hiſtor. univerſ. rerum, quo remitto Lectorem.

Bibliopolis Pariſienſibus, qui pendent ab Academia, quae Sorbonne vulgo vocatur, vid. *Nova literaria Germ. Lipſienſia* 1726. *p.* 667. *ſequ.* Catalogum Auctorum huc pertinentium dabit Cl. J. E. Kappens in Notis ad *Hiſtor. liter. Gundlingii c.* 3. *p.* 453. *ſequ.* aliique plures. De ipſis literis earumque artificibus, aeneisque figuris, libris noſtris ſubinde adhaerentibus, pauca ut adferamus volupe forſan erit. Crevit ars typographiae inſtar alluvionis paulatim. Neque enim adeo ornatum atque ex omni parte perfectum erat archetypum, uti hodie quidem. Rudes nec ſatis politae erant literae, quas typos vulgo vocamus; ſcatebant exempla ſiglis et abbreviaturis et unius tantum generis erant typi, unde literae initiales item lineae plerumque omittebantur, Graeca et Hebraica vocabula calamo vel penicillo, opere finito, adpingebantur vel adſcribebantur ſpatio vacuo. Senſim vero literae majuſculae, lineae et reliqua typographiae ornamenta excogitata fuere et ſingularis tribus artificum illorum, quos *Lettergieters*, ſeu confectores typorum appellamus, fuit enata. Initio vero ipſi typographi vel ex ligno vel plumbo aliave materiae compoſitione, ut hodie ſolent, ferro ſcil. aurichalco, ſtanno, plumbo &c. typos ſuos compoſuerunt vide *Neu verbeſſertes, auff der löblichen Kunſt der Buchdrukkerey nützlich Zugebrauchendes Format Buch. von* J. N. F. Lipſiae 1724 *in* 8. et Chriſtoph. Weigelii Abbildung der *Gemeinen nützlichen haupt-ſtände Künſtler und Handwerker*, *Regensſpurg* 1698. 4to *pag.* 248. ubi de confectione typorum variisque eorum nominibus. Literas vero ſeu typos argenteos habuiſſe veteres, fabulam ſapit; colore ſimiles fuere argenteis, non vero ex argento confectae, licet Dux Saxoniae Fredericus, quum artem typographiae diſceret, ejusmodi argenteas literas habuerit, quae hodie Torgaviae peregrinantibus oſtenduntur. Inſignia demum ſunt typographorum privilegia: etenim Imperator Fredericus III. aurum veſtimentis inſerere primus illis permiſit, et eruditis aequiparari voluit, unde et plerumque, ubi Academiae inveniuntur, albo Studioſorum ſolent inſcribi, ſub jurisdictione Rectoris Academici, non vero

vero Senatus urbici degentes, Daniel. Otto de *Jure Publ. c.* 24. & communis eſt DD. ſententia, privilegiis Studioſorum illos gaudere, Richter ad *Auth. habita ne filius pro Patre* Matth Speckhan. *de Jurisd. Part.* 2. *c.* 6. *n.* 1. quod rationem habet, quia utiliſſimam rei literariae et eruditis navant operam. Hoc autem intellige ait Rebuffus tr. de *Privileg Univerſ. pag.* 418. auctore Fritſchio infra laudando, *quan o ſunt jurati univerſitatis, alias non, cum non ſint famuli univerſitatis, nec Scholarium, ſed tantum ſunt mercatores, ergo privilegiis non gaudebunt, quod notes,* pergit ille, *pro Bibliopolis juratis hujus univerſitatis Pariſienſis.* Hodie vero, ut ſupra vidimus, poſt litem centum annorum ab Anno ſcil. 1618. usque ad Annum 1725. die 10 Decembris, Typographi et Bibliopolae Pariſienſes, examine à Profeſſoribus inſtituto, et praeſtito Rectori juramento, membra Univerſitatis declarati ſunt, gaudentque privilegiis Academiae, et quae plura notabilia, alibi tractanda, vid. Andr. Cheviller *de l'origine de l'imprimerie* et Nova literaria German. Lipſ. 1726. *p.* 667. *ſequ.* Chaſſanaeus in *Catalogo glor. mund. conſider.* 39 civibus honoratioribus illos adſcripſit et alicubi ad ordinem Senatorium admitti refert. Hodie tamen plerumque opificibus adſcribuntur, prout legere datur in Ordinationibus, et legibus topicis, cujus rei cauſa videtur eſſe ignorantia, et vilior conditio typographorum noſtrorum: quum enim olim viri eruditiſſimi, divitiis conſpicui ordinisque honeſtioris, arti illi inſudaverint; hodie vero quilibet gentis minutae, literarum ignarus et ab humanitate plerumque alieniſſimus ad artem hanc praeclaram, illotis, ut ajunt, manibus ſe accingat, mirum non eſt, clariorem olim fuiſſe beatioremque typographorum conditionem. Culpa autem fuit ipſorum artificum, ut ordo honeſtus vileſcat, indignos quod in illum receperint. Sed et eviluerunt proh dolor! et ipſi Gradus Academici, poſtquam unus et alter pecunia et gratia vel juſſu Superiorum, Doctoris inſignibus ornatur, alius ob odium privatum peculiaremque rei familiaris rationem, honore, etſi dignior, interdicitur. De typographis et quid ſit juſtum circa illos, peculiari *Diſſertatiuncula* egit Ahaſverus Fritſchius, quae eſt XIV. *tom.* I. inter opera ejus, nuper in folio edita. At amphoram inſtituit, currente vero rota urceus exiit. Obiter enim tractavit materiam belliſſimam, nihilque memorabile

tabile

rabile de Privilegiis et immunitatibus eorum adtulit. Imperator Fredericus III. typothetis pro insignibus uti concessit Aquila et galea aperta seu patente ; typographis vero Gryphione globulos typographicos pedibus tenente, cum galea patente. Nonnullis in locis ab oneribus publicis immunes sunt, uti Brunswicae et Luneburgi, ubi Dux Augustus typographis aulicis, post alia insignia privilegia, tunicam argenteis globulis donavit, Martin. Goski *Vita et fama Divi Augusti* 1663. Distinguuntur etiam in typographos Aulicos vel Academicos, vel singularum civitatum, et sic porro. Olim etiam Collegia Senatus typographias privatas in Curia habuisse videntur. Exemplum memorandum refert Vir Cl. de rebus patriis optime meritus mihique amicissimus P. van der Schelling. in libro, cui titulus: *Hollands Tiend-regt*, seu de *Decimis Holl. P.1.p.291.* puta, in curia Lugduni Batavorum à Secretario Jano Hauteno, prelum typographicum Anno 1602. fuisse constitum, eum in finem, ut Jura topica et acta Senatus illi subjicerentur. Habent ab hoc prelo librum, cui titulus: *der Stad Leiden Dienstbouc*, quem librum, praeter Deductionem quamdam, unicum hujus preli proventum fuisse, existimat Vir clarissimus. Ad nova ultimum typographiae inventa pertinent, quae nuper Anonymus quidam, Hamburgi degens, in Novis literariis publicaverit, se invenisse scilicet artem, viridi colore literas fingere, quod forsan oculis hebescentibus proderit insigniter; alium enim usum praestare non video. Appendicis instar notemus, affinem esse typographiae caelaturam, seu artem aeris incisoriam, seu chalcographiam, seu artem diagraphicam quam vulgo *die Kupferstechers* solemus appellare. Addamus et artem ligno varias figuras incidendi, vulgo Xylographiam, *das Formschneiden*. Denique et artem ex aere confectas laminas et tabulas corrosivis liquoribus inscribendi et loco sculpturae excavandi, quae prioribus inventis recentior. Artes hae omnes typographiae aemulae et exornatrices, Germanis nostris iterum inventionis debent gloriam. Teste enim Matth. Qvado in libello de *gloria Germanicae nationis* artem aeri incidendi excogitavit Franciscus à Bocholt, Montensis ducatus opilio. Huic successere Israël à Mekenich et Martinus Stockius, praeceptor famosi Alberti Durer. Artem vero ligno incidendi Xylographicam, idem excoluit insigniter, & falso tribuitur inventionis laus Italo cuidam, Hugoni de Carpi, quum ante illius

 ope-

CAPUT XXXV.

De ornatu librorum.

LITERARUM typorumque nitor fecit libros majori esse in pretio; paulatimque varius iis cultus adhibitus est. *

Pri-

operosa opera dudum Germanis ars illa fuerit nota, probante Christophoro Weigelio in libro: *Abbildung der Künstler und Handwerker pag.* 212. *vom Formschneiden.* Putant plerique cum ipsa typographia 1440. artem hanc coepisse eumdemque habuisse inventorem Laurentium Kusterum. Ultimam denique artem, teste laudato Qvado, invenere Johannes et Lucas fratres Germani, à Dotekum oppido natali cognominati. Singulare denique est opificium figuras aeneas excudendi, quodque differt à typographis, de quo iterum videndus est laudatus Weigelius *d. l. pag.* 205. *tit. der Kupferdrucker*, et qui primo loco nominandus erat, Joach. à Sandrarts *Teutsche Academie der Bau, Bild und Mahlerey-Kunst*, seu Academia artis pictoriae, *Noribergae* 1683. *in fol.* quem vide *pag.* 169. 193. et alibi. Coronidis loco neque hoc ingratum erit scire, tabulas ligneas figuris incisas duplo praestantiores esse ratione durationis, quam tabulas eneas: hae enim excusis aliquot mille exemplis de novo sunt emendandae corrigendae, ligneae vero minime, duploque immo triplo plura reddunt exempla, integrae adhuc et illibatae. Atque haec in praesenti obiter et quasi per transennam de typographia et hujus artis adjumentis ornamentisque.

* Et hoc lenocinio quasi invitemus studiosum lectorem, quem saepe externus librorum ornatus magis attentum tenet, quam internus valor et argumenti praestantia. Conqueritur jam Vossius in *Commentar.* ad *Epigr. XXII. Catulli* modum inprimis compingendorum librorum apud

Ve-

Primum libri omnes compingebantur in volumen;

Veteres, à nemine quod ſciat, ſatis hucusque traditum. Movit hoc Cl. C. G. Schwartzium, ut diſſertationibus aliquot, Lipſiae olim habitis, ornamenta Codicum veterum explicaret, ad quas lectorem remittere ſatius forſan eſſet. Sed quum illae non in omnium manibus verſentur, nobis quoque animus tantum ſit externa librorum ornamenta cum Auctore recenſere, denique haud pauca vel ab aliis praetermiſſa vel promiſſa, hanc materiam ruminando cum obſervaverim, periculum feciſſe et in his ſingulatim explicandis, juvabit. Conſtat interim omni aetate ornatum Codicum in pretio fuiſſe, et vel eleganter hoc excuſat in Codicibus ſacris M. Aurel. Caſſiodorus *de Inſtit. divin. ſcript. c.* 30. Aliud ex medio aevo petitum dabit ill. a Ludewigius in *Reliqu. ſcript. rer. Germ. Tom. II. lib.* 1. *de Vita Ottonis c.* 6. ubi: *S. Otto novo indumento donabat codicem Pſalterii, quo audito, Imperator collum ejus blandis ſtringens amplexibus et in oſcula promens, vivit dominus*, inquit, *ſicut tu inter caetera diligentiae monumenta, pſalterium meum vetuſto exutum tegmine, novo illuſtraſti operimento, ſic et ego te paupertatis tunica ſpoliatum, novi honoris culmine ſublimabo. Et exinde quaerebat opportunitatem, quomodo eum promovere et pontificali infula redimere poſſet.* In ſumma, apud antiquos major cura videtur fuiſſe in ornandis libris quam hodie. Sic ex ſolido auro vel argento integra ligamina paſſim in Bibliothecis deprehendere licet. Regiomonti in Bibliotheca regia ſingulare pluteum librorum argenteis tegumentis compactorum refertum, in juventute mea vidiſſe memini. Inveniuntur ibi ſummatim xx. libri, xiv. in Folio, VI. in Quarto, qui Anno 1611. à Conſiliariis regiminis eo delati eſſe dicuntur, omnes ad praxin pietatis pertinentes, vide Plur. Rev. Lilienthals *Erläutertes Preuſſen Tom. I. pag.* 752. et Andr. Schmidium de *Cultu Evangeliorum.* Sic ſolebat antiquitas circa ornamenta librorum externa eſſe ſollicita, ubi argumenti raritatem vel pretium librorum vel reverentiam erga illos poſteritati commendare geſtiret. Domeſticum adferam exemplum de Pandectis Florentinis, quae in pretioſa ciſta, ſive theca, in hunc uſum à Magiſtratu Florentino fabricata, holoſerico

men; hoc est, folia omnia uno ex latere intra bacillos

rico caeruleo obducta, quod solido auro, in formam ramorum frondentium artificiose et sumptuose distinctum, reconduntur. Audiamus vero de ipso novo Pandectarum amictu Cl. H. Brencmannum in *Histor. Pandect. lib.* I. *c.* 10. *pag.* 65. *Circa idem* (Anno forsan MCCCCXX. quo scil. arculam seu tabernaculum Pandectis asservandis confici jussum, ceu paulo ante ex libro MS. publicarum deliberationum anni 1420 refert) *videtur quoque ipsum exemplar novo eoque magnificentissimo amictu velatum fuisse, deauratis marginum extremis. Vestitum nempe fuit purpura seu holoserico villoso rubro, superadditis bullis et umbilicis argenteis fibulisque, item laminis, quibus operculorum orae exteriores undique per intervalla muniuntur, maxime in singulis angulis. Sunt autem operis perforati caelatique affabre, et pictura encaustica ornati, quae varia populi ac reipublicae urbisque Florentinae arma exhibet. At inter haec emblemata inprimis conspiciendae sunt bullae sive umbones majores in medio operculorum lateralium extantes. In volumine priore, bina enim sunt, unius lateris umbo sistit Moysen, decalogi tabulas tenentem et quasi reportantem à monte Sinai. Umbo vero qui fuit in opposito latere, cum sua pictura atque ornamentis decidit, neque hodie comparet. In alterius voluminis uno latere, Justinianus solio insidens Imperatorio, à sinistra habet Tribunianum, qui ipsi legum codicem porrigit, consistente à dextris Justitia cum lancibus et gladio.* Et mox: *porro, quod adversum posterius voluminis latus claudit operculum in simili umbone repraesentat lilium rubrum: idque insigne est Reipublicae Florentinae. Omnia autem encaustice expressa sunt, arte per quam politissima, praesertim si tempora consideremus. Fibulae vero quae constricta atque connexa tenerent illa volumina, unicuique appositae sunt quatuor, duae ab anteriore parte, à superiore et inferiore tertia et quarta. Sed retinacula fibularum, sive repagula claustraque amplius non adsunt.* En pulchram descriptionem, unde seculi illius ornamenta circa libros discere possumus, hinc in gratiam illorum, qui Juri operam dant, et amoenitates illas parum curae habent, vel ignorant plane, integrum hunc locum hic adscribere placuit. Plura ibi de pompa et

rint,

Tab. I.

Fig. I. pag. 589.




Fig. II. pag. 589-92.
Megilla seu libellq. Esther.



Fig. III. pag. 594. 596. 599.




Fig. IV. pag. 600.



Fig. V. pag. 599.





Fig. VI. pag. 594



Sunt quoque mutatæ terquinq; volumina formæ.
Ovid: Trist: I. Eleg: I. vs. 117.

Fig. VII. pag. 605. Sequ.





Fig. VIII. pag. 605. Sequ.



cillos duos complanatos consuebantur trajecto filo, ac tum circum bacillos voluebantur instar fasciarum. Volumen * enim a voluendo dictum, scri-

et solemnitate archetypum illud inspiciendi ex Politiano *lib.* x. *Epist.* 4. recenset Brencman: *quoties profertur*, inquit Politianus, *quod ipsum non sine gravi causa fieri solet, accensis funalibus, ita enim mos traditus, monachi illi* (Cistercienses putat Brencman) *quos dixi, summusque magistratus capite aperto, venerabundi circumsistunt.* Cur vero Alciatum *III. dispunct. c.* 12. *in fin.* has sollemnitates merito ridentem, notaverit Brencman, non video, quum eodem teste, ipsi Florentini, initio hujus seculi, morem hunc relligiosae antiquitatis abrogaverint.

* Varias fuisse librorum veterum formas, diversas plane ab hodiernis, tralatitium est; tres vero inprimis hoc loco excutere proposuimus. Alii libri dicebantur olim *Volumina*, alii *Codices*, alii *plicatiles*. Apud Hebraeos et Graecos veteresque Romanos plerique convolvebantur libri, sive ex Plumbo subtilissimo, sive ex Pergameno, corio, charta Nilotica, bombycina, compositi essent. Hinc intellectu facile est, Antiqui Foederis scriptores, ubi de Voluminibus illis sermo, de libris volubilibus fuisse locutos, *Esdrae* VI. *vs.*2. *Psalm, XL. vs.*8. *Esaiae VIII. vs.* 1. *Jerem.XXXVI.vs.*2.et sic tam in Veteri quam in Novo Testamento plerumque vox illa accipienda est, Hottinger in *Thes. Philolog. p.* 101. Cave vero credas, minuta membranarum frustula ita fuisse convoluta, integra erant illa et expansa. Voluminum figuram I. et II. hic adjectam intueri datur. Hoc argumento, negligentius quam par erat, confisus R. Simonius, congregationis Oratoriae Presbyter, in *Praefat. Crit. Vet. Testam. et lib.* 1. *c.* 1. *pag.* 5. confusum esse ordinem rerum in S. Scriptura occurrentium, exemplo historiae Sarae, prouectae jam aetatis, captae tamen amore Regis Abimelechi, probare gestit. Quod, quam sit infirmum ac fragile argumentum, intelligent omnes, qui vel primis labris antiquitates Hebraeorum gustauerint, curamque anxiam Scribarum in describendo et consuendo Codice Sacro, ex cap. I. opusculi mei de Scribis intellexe- rint.

ſcribit Iſidorus lib. vi. cap. xiii. ſicut pagina a lite-

rint. Veteres, eruditos ſaepe ejusmodi volumina manu tenentes pingere et exprimere ſolebant, ut in imaginibus Epiſcoporum Biblia manu geſtantium cernere eſt. Sic in ſigillo civitatis Gothanae adparet epiſcopus ſedens in throno, manu dextra baculum paſtoralem, ſiniſtra Biblia tenens, quod ex Sagittarii *Memorab. Hiſtor. Gothanae* refert Tentzel in *Menſtruis Anno* 1689. *pag.* 743. Immo Chriſtiani, Salvatorem noſtrum, volumen quoddam manu geſtantem, hac forma ſaepius expreſſerunt, teſte Paulo Aringho in *Roma Subterranea lib.* vi. *c.* 16. inveniri inter ſacras ſepulcrorum Chriſtianorum imagines tradit, Chriſtum explicitum quoddam volumen adſtanti Petro porrigentem. Et Guil. Durandus *Rat. lib.* I. *c.* 3. Patriarchas et Prophetas cum involutis rotulis pingi antiquitus conſueviſſe, refert, hanc ſymbolicam hujus rei rationem adlegans, quod ante adventum Chriſti multa myſteria fuerint implicita, quae Chriſtus poſtea illis revelavit, et hoc notare ſymbolum ab Aringho adductum veroſimile eſt. Sane eodem Aringho teſte, pervulgatus fuit Chriſtianorum mos, Volumina morientibus ſacerdotibus adponere. Ni fallor et regalibus cadaveribus ejusmodi volumina adjecta fuiſſe, ſupra probavimus. Quin, quod memorabile eſt, ipſi Turcae moribundis vel ad mortem condemnatis Alcorani volumen in manus ſolent dare, neſcio quid ſancti huic ineſſe credentes. vid. Eugenii *Heldenthaten pag.* 284. *Lipſ* 1710. *in 8to.* Haec volumina vero, perhibente Auctore noſtro, circa baculum teretem, in cylindri modum convolvebantur, unde Diogenes Laërtius in vita Epicuri κυλίνδρυς appellavit; Γέγονε δὲ πολυγραφώτατος Ἐπίκυρος, πάντας ὑπερβαλλόμενος πλήθει βιβλίων. Κυλίνδροι μὲν γὰρ πρὸς τοὺς τριακοσίυς ἐσί. *Fuit vero Epicurus polygraphus, omnes multitudine librorum ſuperans. Erant vero Cylindri circiter ad trecentos.* Graeci vocabant ejusmodi volumina εἰλίματα et recentiores εἰλήματα ab εἰλεῖσθαι volvere, item εἰλητήρια, τομάρια, *Apocalypſ. c.* VI. *vſ.* 14. ubi tale volumen vocatur βι-

literis quae in chartâ panguntur aut cera. Id quod

βιβλίον εἰλισσόμενον. Septuaginta Interpretes ἐν κεφαλίδι βιβλίȣ, *in capite libri*, vertunt, *Psalm XXXIX. vs.* 8. et sic etiam inusitatum hoc loco voci κεφαλίδος significatum, eleganter explicat Fullerus in *Miscellan. lib.* II. *c.* 10. non à κεφαλὴ caput, uti plerisque fuit visum, sed ab Hebraeo כפל derivans, sic ut κεφαλὶς idem notet, quod διπλούμενον, duplicatum seu complicatum, convolutum, à rotunda capitis forma voluminibus tributum, unde graeca vox δίπλωμα, quod complicatis membranis confici solebat. Recentioris aevi Graeci κοντάκια saepius vocarunt volumina, Gloss. Graec. Arcadius *lib.* VI. *de Concordia*, *Contacium*, inquit, *Presbyteri Graeci vocant tenuem membranam, rotundo ligno, quasi jaculi fragmento κοντῷ circumvolvi ab antiquis solitam*, Car. Fresne *d. voce*. Infimae aetatis scriptores à similitudine rotundi baculi, seu rutuli, *rutulos* seu *rotulos* dixerunt: unde forsan Germanorum *die Rolle*, quia instar rotae convolvuntur. Latini sine discrimine volumina, sive membranacea, sive chartacea, sive ceratis tabulis confecta, *libros* vocabant, docente Salmasio de *Modo Usurar. p.* 413. *sequent.* ubi etiam chartaceum volumen ex βίβλῳ Aegyptiaca et conglutinatis pluribus chartis confectum, proprie βιβλίον appellatum fuisse probat. Hebraei, ut in ipsa legis divinae scriptura ad superstitionem usque relligiosi, de quibus supra in *Opusc. de Scribis c.* I. et Simonius in *Histor. Crit. Veter. Test. lib.* I. *c.* 23. Vitringa *de Synagoga Vet. lib.* III. *c.* 7. *sequ.* sic et in exterioribus ejus ornamentis, supra modum fuere solliciti. Ut ergo tota lex uni membranae inscribi posset, plures inter se consuunt non glutine, sericis aliisve filis, sed nervis mundorum animalium à feminis Judaeis contortis; philacteria vero, si non sint ad manus ejusmodi nervi, ligamentis ex membranis vitulinis resectis compingunt. Aliquid etiam spatii tam in superiori quam inferiori membranae extremitate relinquunt, quod non consuitur, ne

quod etiam Horatius insinuat epist. xx. lib. I.

et

ne membranae nimis constrictae, facile rumpantur. Cavendum etiam illis, ne in consuendo nervi in parte voluminis adversa, sed aversa nectentur, quia sutura illa, quae nodos in exteriorem partem conjicit, reddit membranam elegantiorem, efficitque ut una quasi membrana adpareat non deformata scriptura. Quid? Si unica membrana adsuenda supersit, ineptum plane ad publicam lectionem judicant volumen, vide Schickhardum de *Jure Regio Hebraeor. c.* 2 .ibique Carpzovium, Ligtfootium in *Horis Talmudic.* Buxtorf. in *Synagog. Judaic. c.* 14. Hinc amplissima Judaeis volumina, quae Zacharias vates latitudine decem, longitudine viginti ulnas, sibi ostensa fuisse scribit, *Zach.* v. *vs.* 2. In ipsa membranae extremitate duo *tornata ligna*, vel umbilicos, quos *ligna vitae* vocant, aureis argenteisque laminis, ornatus causa, obducunt, Camp. Vitringa *lib.* I. *de Synag. c.* 10. nervisque alligant, ne manibus contrectaretur et conspurcaretur lex divina faciliusque circa cylindros illos volveretur. Manubria his addunt satis magna et poma argentea vel aurea, *malogranata* à Maimonide dicta. Volumen vero involvebatur fasciis palmi latitudine, et quinque ulnaram longitudine, quae fasciae de puerulis semestribus, primum in synagogam delatis, donantur, hinc figurae infantis, nomen parentis et aetas illius acu depicta in illis cernuntur; deinde palliolo, interdum bombycino, vel heteromallo, interdum Attalico librum legis obducunt. *Ab hoc palliolo de catenula argentea* inquit Buxtorfius de *Synag. Judaica c.* XIV. *dependet, lamina argentea satis magna, plures adhuc lamellas in se continens, quae à majori eximi et separari possunt. In minoribus lamellis sculpta sunt nomina festorum et dierum, quibus Liber Legis est usurpandus; majori vero laminae inscriptum:* CORONA LEGIS, *vel* SANCTITAS DOMINI. Et sic summa relligione in arca Synagogae volumen Legis recondunt, de quo ritu vide elegantem J. H. Maji *Dissertationem II. de Libris Canonicis in Arca foederis reconditis.* Quod reliquum est, facile largior Tenzelio in *Colloqu. menstr. Anni* 1692. *mens. Decembr. pag.* 948. ante Christum natum non habuisse Judaeos libros forma qua-

drata

et ſcis
In breve te cogi.
et Martialis lib. XI.
Vadas, ſed redeas inevolutus.
Imo volumina Graeci cylindros ea re vocarunt; ut patet in Epicuro Laërtii.

drata vel in folio ligatos, quo argumento et Saubertus in *Variis lect. textus Graeci Evang. Matth. p.* 261. ibi allegatus, utitur, ad evincendum, ante Chriſtum natum Codicem Legis Judaicae ſcriptum haud inveniri, *utpote*, inquit Saubertus, *ad hodiernam librorum formam compactum, nec more priſco, in Synagogis ſaltem recepto, convolutum.* At num Judaei praeter volumen Legis conſtanter voluminibus uſi fuerint, non vero quadratis libris, ut poſterioris aetatis gentes et nos hodie, id equidem adfirmare non ſuſtineo. Teſte enim Cl. Michaele in *Diſſ.* I. *de MSCtis Biblicis Erfurt.* §. 4. Codex Erfurtenſis maximus, in regio membranae folio, ut ajunt, ſcriptus, craſſis aſſeribus corio obductis et undique bullis ac laminibus ferreis munitus, ſingulis paginis ubique fere in tres columnas diſtinctis, conſpicitur. Saltem diu uſurpaſſe Hebraeos volumina ex hoc licebit demonſtrare, quod et ipſi et alii Orientales populi epiſtolas longiores forma rotatili convolverint, auctore Thevenot *P.* III. *de Voyage aux Indes Orientales lib.* II. *c.* I. ubi literas ad amicos inprimis in rotulum convolvi teſtatur, circumligatis funiculis; Buxtorfio *Inſtit. Epiſt. p.* 4 qua forma et hodie adhuc delectantur Orientales populi in epiſtolis ſollemnioribus, Hottinger. *Theſaur. Philolog. lib.* I. *c.* 2. *ſect.* 3. Sine dubio ergo ligamenta illa Biblicorum MSCtorum à recentiore aetate ſunt repetenda, quum diſtinctae inprimis paginae medium aevum potius ſpirent. Orientales tamen, libros quodammodo noſtris quadratis habuiſſe ſimiles, idem Thevenot allegatus *d. l.* teſtatur, libros Malabarum ex pluribus palmarum foliis, funiculis conſutos, duos inter aſſeres ligneos ejusdem magnitudinis concludi, tradens. Sic et Judaeos poſteriori aetate libris quadratis fuiſſe uſos manifeſtum videtur ex *Eſaja c.* 30. *vs.* 8. *Scribe ſuper tabulam et in libro*

Mox bacilli illi non è ligno, ſed è cornu polito fieri cœpti, unde cornua vocati a Martiale libro XI. Epigr. CVIII.

Explicitum nobis usque ad ſua cornua librum.

De iiſdem lib. V. Epigram. VI.

Nigris pagina crevit umbilicis.

Communiter enim dicti umbilici, quod in medio eſſent ipſius voluminis circumvoluti, inſtar umbilici, qui medius eſt in corporibus; cujus etiam formam referebant, praecipue quando ad ornatum iis utrimque affigebantur bullae quaedam, ſeu poma cornea aut eburnea foris extra vo-

exara illud, et erit in die noviſſima in teſtimonium, usque in aeternum. et ex loco *Lucae* I. *vs.* 63. ubi de Zachariae pugillaribus, de quibus ſingularem Diſſertationem ſcripſit Franciſc. Beringius, quae in *Theſauro Theolog. Philolog. Nov. Teſt.* reperitur. Et haec de compactura voluminum apud Hebraeos dicta ſunto. Graeci et Romani pariter ratione materiae, cui inſcribebant, voluminibus uſi fuere; tabulis vero ubi inſcripſerunt, alia librorum forma opus erat, et hinc videtur enata forma librorum quadrata: quum enim tabulae non poſſent convolvi, alia compacturae ratio excogitanda erat, de qua mox uberius. Convolvebant ergo membranas Graeci et Romani pariter ut Judaei, pluraque volumina unius libri vel operis ſub una faſcia comprehendebant, ut videre eſt ex figura tertia. Saepius longae et ampliſſimae membranae integra Auctorum opera inſcribebant, ſic ut quadraginta octo Homeri libros in uno volumine haberent, teſte Ulpiano in *L.* 52. §. 1. *D. de Legat.* III. *Ut puta, cum haberet Homerum totum in uno volumine, non quadraginta octo volumina computamus, ſed unum Homeri volumen pro libro accipiendum eſt.* Sic mirari deſines, veteres tot volumina operum ſuorum, quae ſingula *libri* vocabantur, reliquiſſe, ceu de avunculo ſuo teſtatur Plinius *lib.* III. *epiſt.* 5. ſi unius operis diffuſi plures membranas, in rotulum convolutas fuiſſe, reputes. Sed Auctorem noſtrum ſequamur. * Per-

voluminis oras prominentia; * ut Pierius obſervavit libro XXXIV. et Porphyrio in notis Horatii. Hinc Martialis lib. I. Epigr. LXVII.

Nec umbilicis cultus, etc.

Lib. III. Epigram. II.

Pictis luxurieris umbilicis.

Lib. VIII. Epigram. LXI.

Nec umbilicis quod decorus et cedro.

Pp 2 Quam-

* Pergit Auctor voluminum ornatum enarrare primumque umbilicos explicat, qui non ſolum ornatus gratia, ſed et utilitatis cauſa in fine ſcripturae, à quo convolvendi initium fiebat, addebantur, partim ut membrana circum bacillos convolveretur, et convoluta à ſordibus eſſet tuta, partim ut in evolvendo vel replicando volumine, firmius manu, vel gremio, vel mento teneri poſſet: nam et mento ſubjeciſſe inevolutam partem membranae Martialis *lib.* I. *Ep.* 67. perhibet:

Quae trita duro non inhorrüit mento

et Salmaſius in *Exercitat. Plin. pag.* 278. De ſinu idem Martialis *lib.* II. *Epigr.* 6. *Haec ſunt ſingula quae ſinu ferebas* et *lib.* III. *Epigr.* 5. *Te manibus ſinuque excipiet.* Ovidius *lib.* I. *Triſt. eleg.* I.

Si quis erit, qui Te, quod ſis meus, eſſe legendum
Non putet, è gremio rejiciatque ſuo

Et Raph. Fabrettus *Inſcript. c.* IX. *n.* 136. ubi monumenti meminit, in quo vir togatus, cum volumine in ſinu repraeſentatur. Umbilici vero, Graecis ὀμφαλοὶ forma erant tenuiſſimi Cylindri, adcurate pro modo latitudinis membranae vel chartae adcommodati. Plerumque duo umbilici membranis jungebantur, Statius *lib.* IV. *Sylv.* 4. *vs.* 7. *Et binis decoratus umbilicis.* Materia horum bacillorum teſte Porphyrione ad *Horat. Epod.* XIV. erat lignum, aut os, veluti ebur, ebenus, cedrus, buxus, cupreſſus, immo et χρυσῶν ὀμφαλῶν meminit Lucianus in *Dial. de Merced. conduct. Tom. I. pag.* 478. 479. edit. Graevii et in *Dial. adverſ. indoct. Tom. II. p.* 387. *ibid.* ſive aureos ſive inauratos, ſive aureis bullis ornatos bacillos intelligas, quod

Quamquam umbilicus ſubinde pro libri fine acceptus eſt Martiali et Horatio, ut Raderus notat.

Tum chartae ad libros faciendos cœperunt magis quoque expoliri. A Fannio Romae primum malleari charta coepit, ut Plinius ſcribit lib. XIII. capite XI.

Deinde etiam pumicibus laevigari, ne ſcabrities manum ſcribentis aut legentis oculum offenderet:

quod veroſimilius, quia idem Lucianus in *Dialogo Adverſus indoct. tom.* II. *pag.* 387. edit. Graevii, inaurare jubet pugillares: Καὶ διὰ τοῦτο χρυσῶσαι αὐτοῦ ἔδει ἐκεῖνο τὸ πυξίον, *et propterea illas ejus pugilares inaurare debebas.* Pingi etiam ſolebant umbilici, Martialis *lib.* III. *Epigr.* 2. *Pictis luxurieris umbilicis* et *lib.* V. *Epigr.* 6. nigrorum umbilicorum mentionem facit:

Nigris pagina crevit umbilicis.

Hinc etiam phraſis explicanda: ad *umbilicum deducere, pervenire*, pro finire opus et conſummare, Caelius Rhodigin. *lib.* XV. *antiqu. lect. c.* 20. Salmaſ. in *Solinum p.* 495. Ab umbilicis denique differunt cornua librorum, Graecis ἀκρομφάλια, erantque capitula ſeu globuli, umbilicis in fine ab utraque parte additi, extra frontes librorum eminentes, auro, argento aliisque rebus pretioſis variisque coloribus ornati, Voſſius ad *Catull. pag.* 54. Panciroll. *Rer. memorab. p.* 269. ibique Salmuth aliique. Tibullus *lib.* III. *Eleg.* I. *vs.* 13.

Atque inter geminas pingantur cornua frontes

Ovidius *lib.* I. *Triſt. el.* I. *vs.* 8.

Candida nec nigra cornua fronte geras.

Ita frontes erant extremitates membranae in ſpiram complicatae, ut cernere eſt in figura III. Ornatus cauſa etiam circumcidebantur frontes et pumice poliebantur, qui Graecis κίσσερις vocatur. Pumex, inquit, Iſidorus *lib.* XVI. *c.* 3. *quod ſpumae denſitate concretus fiat*, uſumque ejus varium tradit Plinius *lib.* XXXVI. *Hiſt. natur. c.* 21. Catullus *Epigr.* I. *ad Corn. Nepotem.*

Quoi

deret: unde Martialis libro VIII. Epigrammat. LXXII. ad librum ſuum:

aſperoque
Morſu pumicis aridi politus.

quod fere è Catullo deſcripſit lib. I. carm. I.

Arida modo pumice expolitum.

item Horatius:

Scilicet ut proſtes Soſiorum pumice mundus.

Quoi dono lepidum novum libellum,
Arida modo pumice expolitum.

Idem *Epigr.* XIX. *vs.*

Membrana directa plumbo, et pumice omnia aequata.

Tibullus *lib.* III. *Eleg.* I. *vs.* 10.

Lutea, ſed niveum involvat membrana libellum;
Pumex et canas tondeat ante comas

Martialis *lib.* VIII. *Epigr.* 72.

Nondum murice cultus, aſperoque
Morſu pumicis aridi expolitus.

Horatius *epiſt.* XXII. librum ſuum *Soſiorum pumice mundum* proſtare cupit, et Martialis *lib.* I. *Epigr.* 67. *pumicatam frontem* dicit. Taceo plura. Neque enim ipſae membranae pumice ad molliorem ſcribarum et legentium uſum poliebantur, ſed etiam ipſa opercula librorum, obſervante Caſaubono ad *Satyr.* III. *Perſii.* Geminae autem erant frontes, Martialis *et frontis gemino decens honore*, et Tibullus ſupra adlatus, *geminas frontes.* De circumciſione librorum recte omnino ſentire videtur Voſſius ad *Catullum pag.* 53. librorum circumciſionem adeo antiquam eſſe, quam ipſorum voluminum uſum. Inprimis cum Ariſtoteles in *Problem. Sect.* XVI. *Probl.* VI. rationem ſectionis illius jam docuerit: Διὰ τὶ τῶν βιβλίων, dicens, ἡ τομὴ ἴσα ἐπίπεδος καὶ εὐθεῖα, ἐὰν μέν τις τέμῃ παρὰ τὴν βάσιν, γίνεται εὐθεῖα, ἀνελιττομένη. ἐὰν δὲ ἐγκλίνας, σκολιά. *Cur ſectio chartarum ſive papyri, ſi quis aeque à baſi plana rectaque dimetiendo, abſciderit, recta evolvetur, ſin autem inclinarit, contorta exiſtet?* Et quae plura mox de ipſa ſecandi arte adfert, vide Guilan-

et lib. I. Epigr. LXVII. Martialis.

Sed pumicatâ fronte si nondum est quisquam,
Nec umbilicis cultus atque membranâ.

Ubi indicat non solum chartam, sed et librorum involucra membranacea, quae frontes sunt, pumicibus fuisse laevigata. Quod et Ovidius innuit:

Nec fragili geminae poliantur pumice frontes,
Hirsutus sparsis ut videare comis.

Nec

landinum de *Papyro m.* II. Lucianus etiam meminit, jam inter alia librorum ornamenta de hac sectione librorum ita in *Dialogo Adversus indoct. pag.* 387. *tom.* II. *ed.* Graevii scribens: Τίνα γὰρ ἐλπίδα καὶ αὐτὸς ἔχων εἰς τὰ βιβλία καὶ ἀνελίτῃεις ἀεὶ ΚΑΙ ΔΙΑΚΟΛΛΑΣ ΚΑΙ ΠΕΡΙΚΟΠΤΕΙΣ, καὶ ἀλείφεις τῷ κρόκῳ καὶ τῇ κέδρῳ, καὶ διφθέρας περιβάλλεις καὶ ὀμφαλοὺς ἐντίθεις, ὡς δή τι ἀπολαύσων αὐτῶν.

Nam qua spe fretus libros semper volvis, coagmentas spolias. ita Benedictus, rectius cum Graevio *p.* 893. *circumcidis*) *croco illinis: et cedro, pellibus amicis, umbilicos indis, ac si fructum aliquem inde sis percepturus.* Hoc περικόπτειν etiamsi de quadratis libris commodius intelligi posset, patet tamen ex iis quae *Tom.* II. *pag.* 549. ejusdem Luciani, adferuntur, in voluminibus idem fuisse usitatum. Isidorus vero *lib.* VI. *c* 12. in Sicilia primum hanc artem innotuisse scribit, *Circumcidi libros in Sicilia primum increbuit.* quam sententiam haud vano augurio doctissimus Schwartzius in *Diss.* II. *de Ornam. libr.* §. 19. falsam pronunciat, auctorem seductum esse nomine *Sicila* à sica, scalpro librario, conjiciens. Haec olim cum Dissert. illas elegantes legerem, inque usus meos, Hugonem vix cogitans converterem, belle virum Cl. observasse memini, cujus argumenta plura videant, quibus scripta illa sunt ad manus. Nobis in praesenti sufficiant verba Vossii, omnem circumcidendorum voluminum rationem paucis explicantia. Ita autem Vossius ad *Catulli Epigrama XXII. pag. m. Erigenda sunt, infit, volumina ad rectos angulos super planum aliquod aequale,*

Nec titulus, minio nec cedro charta notetur,
Candida nec nigrâ cornua fronte gerat.

Et Catullus lib. I. ad Varum:

Novi umbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, et pumice omnia aequata.

Ergo membranae fuere voluminum tectoria, et quidem diversicolores: rubra, ut Tibullus: nigra, ut ex Ovidio; lutea ut Tibullus:

quale, sic ut sectio frontis superioris ad perpendiculum respondeat basi seu fronti inferiori. Si enim hoc modo sectio instituatur, ac inde volumen explicetur, sectio aequalis fuit et rectilinea. Quod si volumen non ad rectos angulos, sed oblique erigatur, et sic secetur, ut circuli non sint aeque distantes ad centrum umbilici; utique sectio non erit aequalis, evolutoque volumine, linea sectionis apparebit non recta, sed undulata et in minores minoresque successive desinet sinus, ut in Volumine A. (Figura IV.) si ad rectos secetur angulos, jam quoque recta erit sectionis linea. Idem si oblique secetur, ut in B. efficit lineam C. D. quam evolutam helicen possis dicere. Denique et orae voluminis extimae in aversa chartarum parte frustulum membranae adglutinabatur purpureo vel alio colore tinctum, cui ab exteriore parte index seu titulus libri, nomenque auctoris, literis aureis inscribebatur, Ovidius *lib.* I. *Trist. eleg.* I. *vs.* 7.

NEC TITULUS MINIO, *nec cedro charta notetur.*

Martialis *lib.* III. *Epigr.* 2.

Et CROCO *rubeat superbus* INDEX.

Tibullus *lib.* III. *Eleg.* I. *vs.* XI.

Summaque praetexat tenuis fastigia chartae
Indicet ut nomen litera picta tuum.

Ubi Poëta vult, ut cooperiat vel adjiciat chartarum extremitati, seu orae extremae, membranulam pictam, Nomen auctoris exhibentem. Et huc Viri docti verba Luciani trahunt. *p.* 387. καὶ διφθέρας περιβάλλεις quod Benedictus vertit: *pellibus amicis*, Graevius ad *Lucian. d. tom.* II. *p.* 893. et Broekhusius ad *Tibull.* III. *Eleg.* I. *vs.* 9. E-

jus-

Lutea sed niveum involvat membrana libellum.

Purpurea, ut Statius lib. IV. Silvar.

Noster purpureus novusque chartâ
Et binis decoratus umbilicis
Liber, etc.

Ovidius lib. I. Trist. Eleg. I.

Nec te purpureo velent vaccinia succo.

D. Hieronymus in Prologo Job: *Habeant qui volunt*

jusmodi membranulam intelligit Cicero *lib* IV. *ad Attic. ep.* 4. *Vellem* inquit, *mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cetera administris, iisque imperes ut sumant membranulam, ex qua* INDICES *fiant, quos vos Graeci, ut opinor* ΣΥΛΛΑΒΟΥΣ *appellatis.* Sic late accepta vox σύλλαβος idem hic notat, quod Latinorum *Index*, ut in Martialis loco, et nos supra in *Notis*, scilicet, non argumentum solum librorum seu rerum tractatarum titulum, sed et nomen Auctoris, et sic recte Cl. Graevius d.l. Ciceronis dubium vocabulum σύλλαβος explicat et auctoritate Hesychii confirmat, qui σύλλαβον interpretatur ἀκάνθιον, ἁδρὸν καὶ ἰδυδιμόν τι, καὶ τὸ τῶν βιβλίων δέρμα. Alii demum minus forsan solliciti circa librorum externum cultum, vel quod esset commodius, in fronte voluminum adpendi curarunt indicem, ita multis membranis in Pluteo dispositis, facilius indicem poterant legere, quem alias extracta membrana demum cognoscere dabatur, uti videre est ex figura tertia et quarta. Adserti probationem repetamus ex Ovidio *lib.* I. *Trist. eleg.* I. *vs.* 109.

Cetera turba palam titulos ostendit apertos.
ET SUA DETECTA NOMINA FRONTE GERIT.

Tandem et loris pulcherrimis constringebant Volumina, ne dissoluta pulverem, tineas et blattas admitterent; lora corrigiae erant ex corio varii coloris, mox funiculi aurei argenteique et alius generis ligamina, Catullus *Epigr.* XXII.

Char-

lunt veteres libros membranis purpureis, auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus, ut ajunt, literis onera magis exarata quam codices.

Poſtquam vero libri deſiere eſſe volumina, coeperunt frontes è tabellis, purpurâ, auro argentoque tectis, ac ſolidis componi. Cauſſam dat Martialis lib. XIV. Epigr. LXXXIV.

Ne toga barbatos faciat vel paenula libros,
Haec abies chartis tempora longa dabit.

Chartae regiae; novi libri, novi umbilici
LORA RUBRA;

Martialis hinc *conſtrictos libros* dixit *lib.* XIV. *Epigr.* 37.

Conſtrictos niſi das mihi libros,
Admittam tineas trucesque blattas.

Uncis vero num indiguerint veteres dubito; etſi enim Barthius, *lib.* XXII. *Adverſ. c.* 18. ex correcto epigrammate Optatiani Porphirii

Purpureo fulgens habitu radiantibus intus

intus mutando in *uncis*, item ex Auſonio in *Commemor. Prof. Burdigal.* XXV. ubi de *menide* ſeu lunula, hoc probare ſatagit; et uncis tamen et mutatione illa minime opus eſſe putem: potuerunt enim lora et ſine uncis initio voluminis adſui, vel toto opere convoluto circumdari voluminibus et firmiter ligari, prout videre eſt ex loris, figurae tertiae adjectis. *Menidem* vero rectius forſan de interiore librorum ornatu intelligimus. Certe, ſi habuiſſent uncos antiqui, pleniorem ſine dubio earum feciſſent mentionem ſcriptores. Quid? quod in Voluminibus, quae hodie paſſim occurrunt, facile veſtigium eorum deprehenderetur, quod quum hactenus nondum mihi innotuerit, nihil hic definire audeo. Reſtat operculum, quod voluminibus convolutis addi ſolebat, iterum non ornatus cauſa, ſed à pulvere et tineis volumina ut eſſent tuta. Dicuntur haec opercula alias *involucra*, D. Gothofred. ad *L.* 21. §. 8. *D. de Furt.* His vero Titulum ſeu indicem, pariter ac ipſi fronti librorum, fuiſſe adnexum, clare inſinuare videtur Ovid. *lib. IV. Epiſt. ex Ponto* 13. *vs.* 7.

De colore vero lib. III. Epigr. II.

Et te purpura delicata velet.

Lib. VIII. Epigr. LXXII.

Nondum murice cultus.

Lib. V. Epigr. VI.

Quae cedro decorata purpuraque
Nigris pagina crevit umbilicis, etc.
Ultro purpureum petet libellum.

Tum folia etiam accisa, ut aequales essent chartarum orae. Quod primum in Siciliâ factum Isidorus

Ipse quoque ut chartae titulum de fronte revellas.
Quod sit opus, videor dicere posse, tuum.

Cicero *lib.* V. *ad Attic. ep.* 5. *Bibliothecam mihi pinxerunt constrictione et Sittybis* σιττύβοις et sic Pollux in *Onomast. lib.* VII. *c.* 15. aliique vocem συττύβον explicant, Cl. Graevius ad *lib.* IV. *Epist.* 4. Eo respicit Martial. *lib.* I. *Epigr.* 67. *liber cultus membrana.* et *lib.* III. *Epigr.* 2. *Te purpura delicata velet. Togam purpuream* vocat *lib.* X. *Epigr.* 93.

Carmina, purpurea sed modo culta toga.

Et *lib.* XI. *Epigr.* I. Sindonem vocat.

Quo tu, quo, liber otiose, tendis,
Cultus sindone non quotidiana.

Ovid. *lib.* I. *Trist. Eleg.* I. *vs.* 5.

Nec te purpureo velent vaccinia fuco.

Et Lucianus in verbis supra allegatis: πορφυρᾷ δὲ ἔκτοσθεν ἡ διφθέρα. Judaeos simili ratione involucra legis voluminibus adplicare, supra ex Buxtorfio vidimus. Ultimum et cedro libros chartasque illitos fuisse ad tineas arcendas, docuit Auctor, adde Ovidium *lib.* I. *Trist. eleg.* I.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Alium etiam chartae colorem, flavum scil. produxisse cedrum idem *lib.* III. *Trist. eleg.* I. *vs.* 13 testatur:

Quod neque sum cedro FLAVUS, *nec pumice levis*

Sed

dorus ſcribit libro VI. Etymolog.

Porro quod de cedro ab Ovidio dicitur, ita ſe habet. Cedria, ſeu oleum è cedro arbore expreſſum, ut Caſſius Hemina docet apud Plinium libro XIII. cap. XIII. chartis illitum, tineas ab iis arcet. Unde apud Horatium:

Speramus carmina fingi
Poſſe linenda cedro:

Martialis lib. III. Epigram. II,

Cedro nunc licet ambules perunctus.

Au-

Sed quid cedrus ad externa librorum ornamenta, cum Ovidius et reliqui, chartam cedro notatam fuiſſe ſcribant, non involucra librorum? Confirmat hoc Vitruvius *lib.* II. *de Architect. c.* 9. nec tineas nec cariem timere libros oleo cedrino unctos, tradens. Adde Plinium *lib.* XIII. *Hiſt. nat. c.* 13. libros Numae per tractum DXXXV. annorum repertos fuiſſe illaeſos, quod cedro uncti fuerint, Servius ad *VII. Aeneid. vs.* 178 hinc Deorum et heroum effigies ex ligno cedrino conficiebantur, Plin. *lib.* XIII. *c.* 5. defunctorumque corpora oleo cedrino ungebantur, eodem Plinio teſte *lib.* XXIV. *c.* 5 et hinc proverbialis locutio: *et cedro digna locutus*, Caſaubon. ad *Perſii Sat.* I. *vs.* 42. Heinſius ad Ovidii *d. l.* At quid haec ad externa librorum ornamenta? Veroſimile eſt, et illa oleo hoc fuiſſe uncta, quum generaliter haec cedrini olei indoles eſſe dicatur, ut à tineis et carie chartas membranasque conſervet. Minimum ergo et frontes librorum inungi debebant et reliqua involucra, tineis et cariei quam maxime expoſita. Et ſic ſentire videtur Ciofanus ad d. l. Ovidii, et Auctor incertus de *Latinit. Veter. Juriſconſ.* à Cl. Dukero illuſtratus *pag.* 105. Croco quoque libros illitos fuiſſe auctor eſt Lucianus ſupra allegatus: τὰ βιβλία ἀλείφεις τῷ κρόκῳ καὶ τῇ κέδρῳ *Volumina inungis croco et cedro.* Ad odorem autem libris conciliandum crocum adhibuiſſe, veroſimile videtur. Satis de Voluminibus.

Eo-

Aufonius ad libellum fuum:

Hujus in arbitrio eft, feu te juvenefcere cedro,
Seu jubeat duris vermibus effe cibum.

De literis autem aureis, argenteis, muriceis jam faepius dictum eft, quibus libri fcribebantur. Illud pro claufulâ appono, quod libris extremis et fummis appingi folitum fcribit ex Aufonio Turnebus lib. XXII. cap. X. Veteres, inquit, ut in calce librorum coronidem * appingebant; ita, fufpicor, in fronte lunulam ad ornatum defignabant. † Hujus

* Eoque pertinet Martialis *lib.* x. *Epigr.* I.

Si nimius videor, feraque coronide longus
Effe liber; legito pauca libellus ero.

Plutarchus in *lib. de Fortuna Alexandri* refert, Philoxenum à Dionyfio in latumias fuiffe conjectum, quod hic totam tragoediam, quam illi Dionyfius emendandam tradiderat *ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μέχρι τῆς κορωνίδος, ab initio ad coronidem, five finem* deleviffet. Auctor vero incertus de *Latinit. Jurisconf. d. l.* coronidem ad externa librorum ornamenta refert, quod et Dempfter. *lib.* I. *Antiqu. Rom. c.* 13. conjicit. Verum recte literatiffimus Duker in *Not. ad Latin. Jct.* haec non intelligere fe adferit, quum ad *coronidem usque* et *coronidem imponere*, veteribus notet, finem imponere. Erafmus in *Proverb.* et alii ibi allegati.

† De libris quadratis et hodierna compactionis ratione filet Auctor, fuppleamus ergo haec breviter. Hi libri quadrati Codicibus noftris fimiles, et forma et compactura toto coelo à voluminibus diftant. De nomine Codicis multis egit Salmafius de *Mod. Ufur. c.* 10. et ad *Vopifci Tacit. c.* 8. Codices hi corpora etiam dicuntur, Graecis *σωμάτια, σώματα*, ut fupra dictum *pag* 380. item Tabulae, de quibus mox. Neque tantum ex caudicibus arborum et tabellis, unde nomen traxerunt codicis, fed et membranis, charta, plumbo, ebore, et quavis alia materia conficiebantur, perhibente Ulpiano in *L.* 52. *D. de Legat. III. librorum appellatio-*

Hujus suspicionis nobis causam Ausonius praebet

bet

latione, ait, *continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membrana sint, sive in quavis alia materia: sed et si in phylira, aut in tilia, ut nonnulli conficiunt, aut in corio; idem erit dicendum. Quod si in Codicibus sint* MEMBRANEIS *vel* CHARTACEIS, *vel etiam* EBOREIS, *vel alterius* MATERIAE, *vel in* CERATIS CODICILLIS, *an debeantur videamus.* Juvenal. *Satyr.* VII. *vs.* 23.

Atque ideo croceae membrana tabellae
Impletur

Martialis *lib.* XIV. *Epigr.* 184. *multiplicem* vocat *pellem*, ob folia membranarum, secundum paginas disposita et plicata. Sic et *aerei codicis* fit mentio apud Gruter. in *Syntagm. inscript. pag.* 1032. *n.* 6. *eboreorum* meminit Jctus, et de aliis vidimus supra, quantum satis. Papyracei rarissime inveniuntur, nisi Mabillonium *c.* 3. *Supplem. de Re diplom.* audiamus, chartae Aegyptiacae varios codices recensentem. Obstat autem illi Cassiodorus *lib.* XI. *Variar. c.* 38. hanc chartam in *se revolutam colligi*, tradens. Leo Allatius *Animadv. ad Monum. Etrusc. n.* 63. et Vossius *ad Catull. pag.* 3. quadratos libros non ex papyro fuisse factos docent, sed ex multis membranis utrimque scripturam admittentibus. Pluribus autem tabellis compacti codices Tabulae dicebantur apud veteres, quod vel ex Jctis constat, ubi de tabulis testamenti agunt, et quae nos supra jam occupavimus. Monuit hoc jam Glossator *verb. Juris* à Car. Labaeo evulgatus, testamentum, quod materiae, in forma quadrata plicatae, inscriptum, tabulam dici: Ἰστέον ὅτι τὸ μὲν ἐν σχήματι τετράδος ἐξ οἱασδήποτε συντιθέμενον καὶ δεχόμενον τὴν διαθήκην, Ταβουλλα λέγεται· τὰ δὲ ἐξειλήματα χάρτου, αὐτὸ τοῦτο χάρτη καλεῖται. *v. Thes. Jur. Tom.* III. *pag.* 1806. Hinc πτύχαι, Θυρίδαι, τρίπτυχοι, πολύπτυχοι, libelii tribus pluribusque tabellis constantes, vide Pollucem *lib.* IV. *Onomast. c.* 2. et J. Clericum *Tom.* IX. *Biblioth. select. p.* 187. Φύλλα etiam vocabantur Graecis medii aevi, Latinis folia, Isidorus *lib.* IV. *Orig. c.* 14. *folia librorum adpellata sive ex similitudine foliorum arborum; seu, quia ex follibus fiunt, id est, ex pellibus, quae de occisis pecudibus detrahi solent; cujus partes*

dicun-

bet Epigr. XXVI. de Professor. Burdegalens.

Quos legis à primâ deductos menide libri
Doctores patriae scito fuisse meae.

Me-

dicuntur paginae, eo quod sibi invicem compingantur. Verosimile etiam videtur veteres numerasse paginas, uti nos hodie, adscriptis numeris. Fidem facit Plinius *lib.* IV. *Epist.* 9. *Ego*, inquit, *non paginas tantum, sed etiam versus syllabasque numerabo*, et Martialis *lib.* VIII. *Epigr.* 44. *Centum explicentur paginae calendarum.* Certe non medii aevi esse videtur, ipsas paginas in columnas dividere, vide Montfaucon. in *Palaeogr. Gr. lib.* I. *c.* 4. ubi de triplici columna, et in *Diar. Italico p.* 11. Si Codices essent cerati, loco paginarum, *primam, secundam ceram* dicebant veteres, de quibus pariter supra. Quod ad antiquitatem Codicum quadratorum eorumque compacturam, omnium clarissime Montfaucon. *lib.* I. *Palaeogr. Graec. c.* IV. *libros* inquit, *Graeci à multis retro seculis ad hodiernum pene modum compingebant; distributa in terniones vel quaterniones folia assuebant; pelle vitulina, sive alia plerumque densiore totum operiebant; partem supernam et infernam, qua latior liber est, tabella lignea corio agglutinata muniebant, quo firmius consisterent: plerumque pelliceae tunicae loco, sericis librum operiebant.* Neque hoc mirum, quum Vossio in *Comment. ad Catull. p.* 51. auctore, Attalus primum libros quadratos seu Codices membranaceos facere instituerit, cujus aetate demum innotuit facilior ratio emundandi pelles ab utraque parte; quum antea non nisi ab una parte conscriberentur, quemadmodum in voluminibus. At, etsi facile largiamur, Attalum invenisse primum pergamenam, dubium tamen manebit, num ipse rationem Codices conficiendi invenerit: an eo temporis tractu voluminum usus fuerit frequentior; vel num diu ante illum ex alia materia, codices jam fuerint confecti, quod veritati magis consentaneum esse videtur. Antiquissimum tamen esse codicum usum et tempore Senecae jam pervulgatum, ipse docet de *Brevit. vitae c.* 13. ubi *plurium tabularum contextus caudex apud* ANTIQUOS *dicitur, unde* PUBLICAE TABULAE CODICES *dicuntur.* Verba autem: *apud antiquos* satis manifeste indicant et diu ante Senecam Codi-

ces

Tab. II.

Fig. I. pag. 608.

Fig. VI. pag. 609



Fig. V. pag. 608




Fig. IV. pag. 609




Fig. II. pag. 609.





Fig. III. pag. 609.



Menis autem lunula eſt, quae corniculata ſit; id-
circo

ces in uſu fuiſſe. Senſim vero et inprimis Seculo XIV. et ſequentibus, arte papyrum conficiendi jam Euſtathii tempore, qui poſt Chriſtum natum 1160. floruit, obſoleta, vel plane deperdita, magis invaluit Codices compingendi ratio. Conſtabant Codices antiqui plerumque quaternionibus, ſeu quatuor foliis noſtris ſimul conjunctis, id eſt, octo paginis, Car. du Freſne in *Gloſſar. Graec.* voc. *τετρὰς, τετράδιον, τετραδίσκιον.* Montfaucon. *lib.* I. *Palaeograph. Graec. c.* 4. quaterniones librorum quatuor foliis duplicatis ſeu octo foliis et ſexdecim paginis conſtare conjicit. Ternionum et quinquernionum exempla exhibet Mabillon. de *Re diplomat. lib.* I. *c.* 8. Sed quaterniones, qua voce et integros libros deſignabant, frequentius occurrunt in ſcriptis medii aevi. Olim etiam typographi duerniones, terniones, quaterniones conjungebant; inque calce librorum numerum plerumque indicabant, forſan in commodum ligatorum, quod hodie rarius obſervatur. Sic diſtributae per duerniones vel quaterniones membranae malleo complanabantur, comprimebantur, teſte Ulpiano legato librorum contineri dicente, *perſcriptos libros*, NONDUM MALLEATOS, *vel ornatos l.* 52. §. 5. *D. de Legat. III.* et haec forſan, ut commodius potuerint folia conjungi. Neque nondum perſcripti, ſed et perſcripti malleo ſubjiciebantur, auctore Ulpiano d. l. Salmuth ad Panciroll. *Nov. repert. tit.* 13. Guiland. *Papyr. Membr. XXII.* At in membranis quoque chartisque nondum conſutis ſcribebant veteres: nam et non conſutarum membranarum meminit Ulpianus *d. l.* §. 5. ſicuti e contrario in Codicibus jam compactis ſcripſiſſe veteres teſtantur imagines apud Montfaucon. *Palaeograph. Graec. lib.* I. *c.* 3. *et lib.* III. *c.* 5. Lambecium *lib.* II. *Bibl. Vind. c.* 7. Notatu inprimis dignum, pleroſque veterum Codices formam plerumque adcurate quadratam habuiſſe, ſic ut longitudo latitudini ex aſſe plerumque reſponderet, unde pro nota et criterio antiquitatis habentur codices in *quarto quadrato*, ut ajunt. Sic Laterculum quadrati lateris figuram repraeſentat, item et Codex Virgilii antiquiſſimus in Bibliotheca Medicaea, vide Cl. Lilienthal in *Select. liter.* Sic et Pandectarum volumina, ſcribit Mabillonius *Tom. I.*
Itiner.

circo et cornua, ea ornamenta Latini vocavere. Hic

Itiner. Italici: forma ſunt prope quadrata, ita ut altitudo duobus tantum digitis latitudinem ſuperet. Malleabantur demum et perſcripti libri et conglutinabantur, ut aptius firmiusque cohaererent. Teſtis eſt iterum Ulpianus d. l. *Sed perſcripti libri nondum malleati vel ornati continebuntur, proinde et nondum conglutinati.* De uſu glutini in librorum compactione adde ſupradictis Reineſium *Inſcript. pag.* 650. Ciceronem *lib.* XVI. *epiſt.* 6. *Ad Attic. Novum*, inquit, *prooemium exaravi, et tibi miſi. Tu illud deſecabis et hoc agglutinabis.* Glutinandorum vero librorum artem primum docuiſſe Philtatium quemdam Athenis, tradit Olympiodorus apud Photium in *Bibliotheca*, unde et ſtatua illi fuit erecta. Circa ipſum externum codicum cultum veteres non fuiſſe adeo ſollicitos, ex antiquis codicibus, paſſim in Bibliothecis obviis, patet. Neque operimenta alius generis erant, quam materia ipſa, in qua liber erat perſcriptus, ita tamen ut nihil inſcriberetur integumentis. Nonnumquam ex fragmentis aliorum codicum membranaceorum, dudum perſcriptorum, operimenta conſarcinata erant, quorum contenta praeſtantiora nonnumquam deprehendebantur, quam illius libri, cui erant indumento. Graeci librorum operimentum φέλλος vocabant, Suidas φέλλος τὸ τῶν βιβλίων ἔξωθεν σκέπασμα, id eſt, *externum librorum operimentum.* Lignea quoque operimenta codicum in medio aevo jam inveniuntur, et aſſeres quernos pro indumento libri inventos fuiſſe teſtatur Leo Allatius in *Animad. ad Monum. Etruſc.* In libris ad uſum ſacrorum vel Principum deſtinatis, major cultus et pompa adhibebatur, quod vel ex ornamentis Evangeliorum et laterculi magni, quod tabula II. exhibuimus adparet, vide Panciroll. in *Notit. dignitatum utriusque Imperii pag.* 61. et 146. et Wolfg. Lazium *Comment. reipubl. Rom. lib.* II. *c.* 4. Sic pro conditione Magiſtratuum Romanorum codices conſpiciuntur corio rubro, luteo, viridi, item purpura, argento, auro tecti, faſciis aureis cincti, virgulisque in rhombum aliisque belliſſimis figuris, immo et Principum imaginibus, in medio externae tabulae inſculptis, qua de re Pancirollus *d. l. et in praefat.* Apud Lambecium *Tom. II. pag.*

Hic libri mei erit coronis, ne quis mihi Callima-

Q q chus

pag. 571. in vetustissimo codice Discoridano folio sexto, femina conspicitur diademate regio, Vestitii Imperatricis Constantinopolitanae, quae sinistra manu *codicem compactum* tenet *rhomboide exornatum.* De eleganti Pandectarum vestitu supra ex Brencmanno egimus. Adducamus in rem praesentem Mabillonii verba ex *Itiner. Ital. d. l. Operculum ex ligno villosum sericum rubei coloris atque emblemata ex argento in medio et in quatuor angulis ornant.* Sic eburneis, argenteis et sericis operimentis libros circumdatos legimus apud Montfauconium *d. l. p.* 18. Hieronymum de *Custodia Virginit. ad Eustoch. gemmis codices vestiuntur,* Schmidium de *Cultu Evangeliorum pag.* 101. *seqq.* In medio aevo dicebantur involucra illa librorum *Manutergia* et *camisiae librorum,* Car. du Fresne *Glossar. Latino d. v.* Addidit etiam posterior aetas lora, *offendices* dicta. Isidoro in *Glossar. Offendices* sunt *nodi quibus libri signantur*, id est, clauduntur, ligantur. In medio aevo videntur hamuli idem fuisse, quod offendices, Du Fresne voce *Ligatores*, ubi: *libri omnes ad Decanum et Capitulum pertinentes, ligentur, tegantur, et hamulis suis claudantur,* et Glossar. Car. du Fresne in Appendice, vide Figur. tab. 11. lamellas etiam, bullas ex orichalco, et cupro extremis codicum oris addebant, ut aeternitatem prorogarent, Panciroli. *d. l. p.* 62. De Frontibus et circumcisione Codicum non constat inter Auctores. Vossius ad *Catullum pag.* 2. *si pari ratione,* ait, *libris quadratis ac voluminibus in rutulum convolutis* frontes *assignare velimus, sicque appellare partes quae circumciduntur utique non duas, sed tres frontes habebunt: cum totidem partibus charta, seu pergamenum incidatur.* Faciunt huc quoque, quae de Codice Theodosiano adtulit Cl. J. D. Ritter in *Praefat. Habet Codex hic,* inquit, *cum antiquissimis, quos vel Vaticana, vel Florentina vel Augusta Vindobonensis Bibliothecae servant, quoad formam commune, quod quarto quadrato constet, oblongus vero quodammodo sit; qualis est etiam Codex Epistolarum S. Pauli, qui in eodem Archivo Wurteburgensis Capituli exstat. Tegulis cooperitur ex nudo crassoque assere querno ruditer confectis, quos hinc inde à tineis excsos videas. In dextra lateris externa parte asseri inscriptum à recentiori manu:*

nu:

chus dicat: Magnum librum, magnum esse malum.

nu: ORIGINALIA LEGUM. *Membranae splendore carent, et impolitae sunt, neque, quod in aliis observamus, pumice rasae, ita ut in literis formandis librario multum temporis consumendum fuisse videatur.* Sic vidimus antiquissimos codices, exceptis codicibus sacris, solis filis colligatos, rarius vero certa ligatura compactos. Seculo XII. et XIII. ligneae tabellae membranis obducebantur, in medio quoque et angulis cujusque lateris bullae ex orichalco ad conservandam compacturam addebantur. Et hoc duravit, fatente Cl Struvio de *Criteriis Manuscript. in Actis literar. P. 1. pag.* 43. usque ad seculum XIV. *cujus medio*, ait, *compacturas videmus cum tabulis quidem ligneis, corio tamen, fusco plerumque, quandoque etiam rubro obductis, idque usque dum compacturae corii suilli orirentur.* Restat, ut de recentiorum compactura agamus; verum crescente per typographiam librorum copia, creverunt etiam compacturae ornamenta et adparatus, ita ut multis figuris, longaque corii cordubensis, et variegatae membranae, variaque compacturae descriptione, et quae plura opus sit, quae omnia recensere, longum est. Alia est ligatura gallica, quae reliquas ornatu antecellit; alia est Anglorum, alia iterum Germanorum. *Charta grossa,* inquit Th. Bartholinus de *Legend. libris Diss. IV, pag. m.* 99. *Itali contenti adhuc sunt, quam ligaturam* ALLA RUSTICA *vocant, usibus lectorum sufficientem, licet, nisi subtili manu tractetur, aetatem longam haud ferat.* Illi vero qui aetatem in MStis examinandis triverunt, non inutilem praestarent rei literariae operam, si ad exemplum scripturae, per secula quaelibet dispositae et examinatae, simul etiam de compactura codicum singulorum seculorum adcuratam exhiberent sciagraphiam. Quantum enim mihi per aetatem studiorumque rationem olim licuit, in Bibliothecis celebrioribus deprehendi omnis aetatis ligaturas, puta, singulis fere seculis à renatis literis, ligandi artem diversam et emendatiorem, et hinc subinde de MStorum praestantia et aetate haud fallax conjectura. Addidissem specimina, nisi libellus praeter opinionem in molem excrevisset. Jam de arte nostra compingendi libros commendo libellum elegantem, et Eruditis, qui artem hanc manuariam temporis fallendi causa

causa exercere cupiunt, perutilem, Joan. Gottfried. Zeidlers *Buchbinder philosophie oder Einleitung in die Buchbinder kunst* Halle 1707. in 8tavo. Ipse ego in prima juventute mea, Patre indulgentissimo et docto, illud Schuppii: artem manuariam, studiis ancillarem, futuro Erudito esse addiscendam, in memoriam saepius revocante, artem compingendi libros, animi causa eligebam, periculumque in illa faciens, ipso magistro, ope hujus libelli, saepe doctior evadebam. Hinc aegre vix feret eruditus lector, quod paulo diutius amore hujus artificii, etsi obiter et quasi per ludum a me tractati, retentus, in historiam ejus excucurrerim. Me sane non poenitet nec pudet; artificium in juventute exercitii causa didicisse. Vellemque omnes Eruditi tantum sibi otii à studiis sumerent, ut artem ejusmodi manuariam ipsi exercerent, ipsique mox idoneam et perfectam ejus descriptionem cum orbe literato communicarent. Nulla hercle periret ars unquam, à docta manu in systema quoddam redacta, nec opus esset in veterum instrumenta et artes deperditas tam sollicite inquirere, si fuissent Eruditi, qui illis olim vacassent. Praestaret etiam alieno damno sapere, artesque nostras curatius describere, ne secula futura haberent, cur negligentiae et nos arguerent. Immo amissis veterum artificiis longe forsan utilius erit, bonas illas horas, quas in suppellectilem ævi prioris, artiumque deperditarum examen impendimus, nostris artibus destinare, earumque inventores, commoda et reliqua adcuratius enodare, sicque miscendo utile dulci, omne laborum ferre punctum. Sed eo proh dolor! belli homines et mediocriter docti, ambitionis pervenere, ut artem didicisse, indignum factum clamitent, nobilitati et imaginibus vel divitiis maculam hoc pacto inferri stolide jactitantes. Hi vero, Seneca teste, libros non in studium, sed in spectaculum parietum comparant. De privilegiis Bibliopegarum pauca ex Jure statutario adtulit Fritschius in *Dissert. IV. de Bibliopegis*, quae praeter taxam ligaturae, et domestica privilegia, amoenum et doctum exhibet nihil. Brevissimam artis compacturae delineationem dedit Christoph. Weigel. in libro; *Abbildung der Gemein-Nützlichen Haupt-Stände pag.* 257. *seqq.* ubi duo exempla, de libris pretiose compactis, et de singulari ligatura duorum librorum in Bibliotheca Altorffina. Plura lubens praetereo, hisque notis justo forsan longioribus, jucundis tamen, nisi fallor, et utilibus, terminum pono.

INDEX

Auctorum, qui ab Auctore & in Notis ſpeciatim laudantur vel notantur.

Litera n. notat laudatæ paginæ notam.

A.

B.

C.

Ca-

E.

F.

G.

H.

Ho-

Leges Digestorum explicatæ, emendatæ.

Leges Codicis illustratæ, explicatæ.

L.

Novellæ illustratæ & explicatæ.

R.

R.

S.

INDEX RERUM

Memorabilium, in ipsum Auctorem & notas.

Amor

Do-

Sy-

cu-

Di-

Pon-

G.

G

Ra-

Lan-

Eno-

Ad

S.

Si-

Trans-

V.

Am-

R E R U M.

F I N I S.

450

SPECIAL 85-B
1944



0 OREGON RULE CO. 1 U.S.A. 2 3 4 5



